UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55721

Visual Library

I 3264

R 157

Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

Des ersten Haupttheiles
oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte
einundzwanzigster Band.

Berlin.
G. Reimer.
1861.

R 15

I
Gi 15
Brandenburg

Universitätsbibliothek Paderborn
07
W
4040
20/5523
LS NB

F.F. BIBLIOTHEK

Vierte Abtheilung.

Die Ukermark.

(Fortsetzung des dreizehnten Bandes.)

Inhalts-Verzeichniß.

		Seite
VIII.	Das Kloster Marienpforte bei Boizenburg	1.
IX.	Die Stadt Prenzlau	87.
X.	Vermischte, vorzüglich Ukermärkische Urkunden	448.

Vierte Abtheilung.

Die Ornamente.

(Vorzeichnung des preisgekrönten Planes.)

Inhalts-Verzeichniß.

Seite

VIII. Das Blatter Ornamentpferde bei Verzierung . . . . . 1.

IX. Die Blatt Ornamentplan . . . . . 87.

X. Vermischte, vorzüglich Ornamentliche Linien . . . . . 118.

VIII.

Das Kloſter Marienpforte bei Boizenburg.

(Mittheilung des Herrn Superintendenten Kirchner in Granſee.)

Die hier folgenden Urkunden ſind mit Ausnahme von dreien im gräflichen Archiv zu Boizenburg vorhanden. Die Pergamente aus den älteren Jahrhunderten ſind meiſtens ſehr ſchön und ſauber gehalten, die Handſchriften oft ſehr zierlich, die Siegel zum großen Theil unverſehrt. Im 15. und 16. Jahrhundert aber wurden oft die Züge der Schreiber bis zur Unleſerlichkeit ſchlecht. Kirchner.

I. Ritter Heinrich von Stegelitz bewidmet das von ihm geſtiftete Kloſter Marienpforte, im Jahre 1269.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Henricus, Dei gratia miles de Stegelitz, fundator clauſtri ſanctimonialium ordinis ſti. Benedicti in porta ſancte Marie, omnibus in perpetuum. Cum omnium habere rerum memoriam non homini, ſed deo pocius adſcribatur, neceſſarie, que fiunt ab hominibus, ne in oblivionem veniant, ſcriptis publicis ac teſtibus ydoneis muniuntur. Hinc eſt, quod ego pro meorum et progenitorum meorum peccatorum remedio preſenti ſcripto profiteor, me dediſſe clauſtro prenominato porte ſancte Marie ac perſonis conventus ejusdem X choros ſiliginis annuatim, quorum VI in molendino apud villam, que dicitur marienvlete et IV in molendino apud villam Stegelitz perſolventur. Item in villa, que dicitur heſſenhagen, VIII manſos et parrochiam ejusdem ville cum IV manſis ejusdem, Item X manſos, quos a me comparaverunt, cum omni jure trado eiſdem in perpetuum poſſidenda, nec non unum chorum ſiliginis in molendino, quod eſt ante curiam, que dicitur Sukowe et II choros ſiliginis in molendino, quod iacet ante ſtagnum, quod dicitur ſavin, a me ſimiliter comparatos. Sane predicta bona non auferantur ab ipſo clauſtro, etiamſi contingeret, conventum eundem ad locum alium transmutari. Ceterum bona jam dicta Domino marchioni, cum dictaverit oportunitas et a me petitum fuerit, reſignabo, ad quod etiam heredes mei, ſi meo tempore non contigerit, tenebuntur. Porro tres chori ſiliginis, qui de molendinis dabuntur, unus de molendino Sukowe et duo de molendino Savin, ſi dicta molendina diruta fierent et deſerta, in vredenwalde vel in Vlete vel in Stegelitz perſolventur. Quod ſi clauſtrum idem, quod abſit, penitus tolleretur, aut veniret in nichilum ac diſpergeretur conventus, pre-

dictorum trium unus chorus dabitur clauſtro in ſehuſen, reliqui duo alijs religioſis locis ſecundum minorum fratrum in Prenzlavia providum conſilium atque meum, quoniam ſic illorum voluntas extitit, quod dictos tres choros pro animabus ſuis comparare dignati ſunt. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXIX, coram viris ydoneis, videlicet Domino Johanne, ejuſdem loci prepoſito, et fratribus minoribus ſcilicet fratre Theodorico de ſparrewalde et fratre Gerardo, elemoſinario fratrum in prinzlavia, et magiſtro Alberto, plebano in Vredenwalde, Domino Johanne, milite de Swanenbecke, Domino Alexandro, milite de Wobrentz, Daniele de blingowe, Henrico, dicto Briz. Ut autem predicta nemo audeat infirmare, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboraui.

II. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Kloſter Marienpforte die Mühle, 10 Hufen und das Patronatrecht zu Boizenburg, das letztere auch zu Crewitz, Claushagen und Hardenbeck, am 25. Juli 1271.

Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Brandenburgenſes Marchiones, omnibus chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in perpetuum. Quemadmodum tempus mobile defluens eſt et fluit, ſic et cum tempore temporales defluunt actiones. Solummodo enim divina ſunt perfecta; humani autem generis condicio eſt defluens in infinitum Et ſine deo in ea nichil eſt, quod perpetuo ſtare poſſit. Propter quod notum eſſe volumus omnibus chriſtiane fidei profeſſoribus, quod ad divini operis cultum, deo perfectius et commodius exequendum, clauſtro Boyceneburch dedimus molendinum, quod conſtructum eſt in villa boiceneburch de pura noſtra voluntate et ſimpliciter propter deum. Et eciam manſos decem reddituum domini Gerhardi de Boyceneburch eidem clauſtro dedimus et ſanctimonialibus inibi deo ſervientibus, quos a nobis dictus dominus Gherardus jure tenuit pheodali, et eccleſiam cum jure patronatus, tribus manſis, modiis et denariis et fundum, in quo dictum clauſtrum conſtructum dignoſcitur, cum palude uſque ad montem predicto adjacente dedimus eidem clauſtro poſſidenda perpetuo libere et quiete, eccleſiam Crewiz, cum modiis et denariis et duobus manſis, eccleſiam Claweshagen, cum quatuor manſis, modiis et denariis, eccleſiam hardenbeke cum quatuor manſis, modiis et denariis, cum omni jure et jure patronatus. Ne autem huic donacioni noſtre laudabili aliquis in poſterum ſe opponat, preſentem paginam deſuper confectam dedimus ſigillorum noſtrorum appenſionibus roboratam, adhibitis tamen teſtibus infra ſcriptis, ut domino Bertrammo de Benſſz et domino Georgio de kercow, domino Frederico de Ecſtede et domino Gherardo de Boyceneburch. Datum Girwalde, anno domini MCCLXXI°., VIII°. kalendas Auguſti.

III. Bischof Hermann von Cammin concedirt dem Kloster Marienpforte das Recht, in den Patronatskirchen zu Hessenhagen, Crewitz, Claushagen und Hardenbeck künftig Vicare zu setzen und zu Boizenburg die Opfer einzunehmen, am 25. Juni 1281.

Hermannus, dei gracia Camminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam. Cum omnis actio, que racione innititur ac juſticie titulis inſignitur, perpetue valitudinis robore ſit firmanda, ea tamen potiſſime, que deputata eſt uſibus in ſancte religionis propoſito converſancium jehſu chriſto pontificali auctoritate rata ac racionabilis eſſe debet et ad evitandam contradictionem in poſterum, ſcriptis auctenticis confirmanda. Hinc eſt, quod dilecta in chriſto . . . abbatiſſa, totumque collegium ſanctimonialium in boycenborch, in loco noſtre dioceſis a nobis poſtulacione humili petiverunt, ut concederemus eis auctoritate noſtra, ut quatuor ſubſcriptarum villarum eccleſias ſcilicet heſſenhagen, clauveshagen, crewiz, hartbeke, cum jus patronatus earundem ab illuſtribus principibus Johanne, conrado et ottone, marchionibus brandeburgenſibus, collatum habeant, poſt obitum plebanorum in predictis nunc eccleſiis reſidencium, poſſent officiare vel vicarios inſtituere in eiſdem. Nos ergo conſiderata pia peticione predictarum ſanctimonialium earundemque penſata inopia graui, quam pro dei amore ſuſtinent, auctoritate a deo nobis conceſſa ipſis tenore preſencium concedimus, ut poſt obitum plebanorum in eiſdem eccleſiis reſidencium, memoratas poſſint officiare eccleſias vel vicarios, de voluntate tamen archidiacini, ydoneos inſtituere in eiſdem, volentes, ut vicariis ibidem inſtituendis tantum relinquant de temporalibus, ut poſſint inde competenter, ſicut expedit, ſuſtentari. Ad hec concedimus prefatis ſanctimonialibus, ut oblaciones, quas ad eccleſiam ſancte virginis in boycenborch in feſtivitatibus ejuſdem virginis ſeu in aliis temporibus anni devocio fidelium obtulerit, in uſus cedant ſanctimonialium earundem. Diſtricte precipientes ſub interminacione anathematis, ne quis dictum collegium iniuſte impediat vel inpetat, in ſepedictis eccleſiis et oblacionibus memoratis. Datum anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo, ſequenti die poſt feſtum ſancti Johannis baptiſte, Pontificatus noſtri XXVII°., VII°. kalendas Julij.

IV. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von 6 Hufen und 3 Morgen in Claushagen, am 9. Auguſt 1285.

Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Styli cavere ſolemus officio, ne ea, que a nobis geruntur racionabiliter aut geſta ſunt, volubilitate temporum immutari valeant, aut eciam retractari. Ea propter cum manifeſta recognicione ac proteſtacione ad univerſorum noticiam deducimus per preſentes, quod conventui dilectarum nobis in chriſto ſanctimonialium in boycenborch ſex manſos et tria jugera in fine campi ville Claweſhagen ſitos prope ſtagnum, Tytzen dictum, funditus et illorum proprietatem cum univerſis utilitatibus, videlicet lignis creſcentibus et iacentibus, quemadmodum menſurati ſunt, pro du-

centis talentis denariorum brandenburg. cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice poſſidendos, ita quod eoſdem manſos ultra menſuracionem eorum nunc factam in poſterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes ſimpliciter iuri noſtro, quod hactenus habuimus in eiſdem. Igitur, ut hec noſtra vendicio, que racionabiliter per nos dinoſcitur eſſe facta, a nobis et a noſtris heredibus perpetuo maneat inconvulſa, preſentes litteras in evidens teſtimonium deſuper conſcribi iuſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Teſtibus qui preſentibus aderant ſubnotatis Friderico de Ecſtede, Reinhero de Bencz, Wernero de Swanenberge, Burchardo de Cocſtede, Ottone de Ellinge, Ottone de Bellinge, Buſſone de Bellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwalde, roſone de Bellin, Droyſekino, Gerhardo de Bellinge, noſtris militibus, et aliis quamplurimis fide dignis. Datum anno domini M°. CC°. LXXXV°., in vigilia ſancti laurencii martiris, per manum Bernardi, curie noſtre notarii.

V. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloſter Marienpforte das Eigenthum von 2 Hufen und 2 Morgen in Claushagen, am 15. Auguſt 1286.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Styli cavere ſolemus officio, ne ea, que a nobis geruntur racionabiliter aut geſta ſunt, volubilitate temporis immutari valeant aut eciam retractari. Eapropter cum manifeſta recognicione ac proteſtatione ad univerſorum noticiam deducimus per preſentes, quod conventui dilectarum nobis in Chriſto ſanctimonialium in Boycenborch duos manſos et duo jugera in fine campi Clawes-hagen ſitos prope ſtagnum, Tytzen dictum, funditus et illorum proprietatem cum univerſis utilitatibus, videlicet lignis creſcentibus et iacentibus, quemadmodum manſurati ſunt, pro ſexaginta octo talentis denariorum brandenburgenſium, cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice poſſidendos, ita quod eosdem manſos ultra menſurationem eorum nunc factam, in poſterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes ſimpliciter iuri noſtro, quod hactenus habuimus in eisdem. Igitur ut hec noſtra vendicio, que racionabiliter per nos dignoſcitur eſſe facta, a nobis et a noſtris heredibus perpetuo maneat in convulſa, preſentes litteras in evidens teſtimonium deſuper conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri, teſtibus qui preſentibus aderant ſubnotatis, ut Friderico de Eckſtede, Reinhero de Bencz, Wernero de Swanenberghe, Burcardo de Cocſtede, Ottone de Ellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwolde, Roſone de Bellin, Droyſekino, Gerhardo de Ellinge, militibus, Johanne de Blumenow, Advocato noſtro, Henrico, Venatore, Erneſto de Kolene, Voſſhardo, Hennekino de Arnim et aliis quam plurimis fide dignis. Datum anno Domini MCCLXXXVI, in die beati Arnulphi Epiſcopi et confeſſoris, per manum Bernardi, noſtre curie Notarii.

VI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloſter Marienpforte das Eigenthum von Brodewinsdorf und der Mühle zwiſchen Berkholz und Cröchelndorf, am 2. Februar 1288.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenſes, omnibus in Chriſto fidelibus has litteras audituris, in perpetuum. Ne facta hominum conſumat mater erroris oblivio, ſcriptis ſolent autenticis roborari, ut indicio evidenti ad poſterorum noticiam deducantur. Innoteſcat igitur tam preſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, quod nos de pari conſenſu heredum noſtrorum dominabus conventus in Boycenborch, que ob amorem Jehſu Chriſti mundum florentem cum ſuis concupiſcentibus conſpexerunt, ſub monaſtice religionis habitu crucem domini baiulantes, proprietatem ville Brodewinſtorp et quadraginta unius manſi, qui dicte ville adjacent et ad hoc unius manſi ibidem cum lignis iacentibus et creſcentibus in eodem, nec non proprietatem tocius molendini iacentis ſuper fluentum ukaricz inter Berkholte et Crichelndorp vendidimus pro ducentis marcis et ſexaginta marcis Brandeburgenſis argenti perpetuis temporibus cum omni iuris integritate pacifice poſſidendam, ita quod in eadem villa nichil iuris prorſus, nichil precarie, nichil ſervitutis, nichil exactionis violente nobis ammodo poterimus uſurpare, nec unquam agriculturam et campum ipſius ville pretacte cum ſuis terminis faciemus per aliquem advocatorum noſtrorum aut officialium cum diſtribucionis funiculo dimetiri. Quicquic vero lignorum, graminum, pratorum, paludum et aquarum (exceptis duntaxat hiis ſtagnis Clodene et item Clodene), intra diſtinctiones metarum ſepedicte ville nunc diſtinctas continetur et ſitum eſt, id ad eandem villam et ad uſus dictarum dominarum integraliter ſine diminucione aliqua in perpetuum libere pertinebit. Ut autem huiusmodi vendicio, que rite et racionabiliter dinoſcitur eſſe facta, per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios in poſterum immutari nequeat aut eciam retractari, preſentes litteras in evidens teſtimonium deſuper conſcribi iuſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Huius rei teſtes ſunt frater . . . . . Gardianus minorum fratrum in prinzlaw, Fridericus de Ecſtede, wernerus de ſwanenberch, Buſſo de Bellinge, lodewicus et Georgius, fratres de ſchiltberch, tethardus de wozſtrow, Ludolfus de Beckendorp, Wilhelmus de kerkow, milites, henricus, venator, advocatus levenwoldenſis, et quam plures alii fide digni. Datum turiglow, Anno Domini M°. CC°. LXXXVIII°., in die purificacionis ſancte Marie virginis, per manum bernardi, noſtre curie notarii et cappellani.

VII. Die Markgrafen Otto und Conrad beſtätigen für immer die Vermeſſung der Aecker des Hofes Zcapele, am 2. Februar 1288.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus preſentibus proteſtantes, quod dimenſionem agrorum curie videlicet Zcapele dicte, per Burchardum de Bellinge et Johanne de ſydow, noſtros milites, nunc factam, volumus ratam ac

firmam perpetuis temporibus irrefragabiliter obſervare, Ita quod agriculturam et campum ſimiliter ipſius curie non faciemus deinceps per aliquem advocatorum noſtrorum aut officialium cum diſtribucionis funiculo dimetiri. Quicquic vero lignorum, graminum, aquarum, paludum et pratorum intra metas pretacte curie per noſtros milites predictos nunc factas, continetur et ſitum eſt, id ad eandem curiam cum omni utilitate ſine diminucione aliqua perpetuo permanebit. Igitur, ut huiusmodi dimenſionis ordinacio per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat, aut eciam retractari, preſentes litteras in evidens teſtimonium deſuper conſcribi juſſimus, et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Huius rei teſtes ſunt Tethardus de Wozſtrow, Ludolfus de Bekendorp, Henricus venator, advocatus lewenwoldenſis, et quamplures alii fide digni. Datum turiglow, anno domini MCC° LXXXVIII° per manum Bernardi, noſtre curie notarii et cappellani, in die purificacionis ſancte marie virginis.

VIII. Die Markgrafen Otto und Conrad beſtätigen für immer die Vermeſſung der Aecker in Hardenbeck, am 2. Februar 1288.

Nos Otto et Conradus, dei gracia marchionis Brandenburgenſes, recognoſcimus preſentibus proteſtantes, quod dimenſionem agrorum ville videlicet hardenbeke per Burchardum de Bellinge et Johannem de Sydow, noſtros milites, nunc factam, volumus ratam et firmam perpetuis temporibus irrefragabiliter obſervare. Nec campum ejusdem ville faciemus deinceps per aliquem advocatorum noſtrorum aut officialium futuris temporibus cum diſtribucionis funiculo dimetiri. Quicquic vero lignorum, graminum, paludum aut pratorum intra markas ville predicte, per noſtros milites nunc factas, continetur et ſitum eſt, id cives ipſius ville cum omni vtilitate ſine diminucione aliqua integre ſibi perpetuo reſeruabunt. Igitur, ut huiusmodi dimenſionis ordinaico per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios immutari nequeat, aut eciam retractari, preſentes litteras in ejusdem teſtimonium deſuper conſcribi iuſſimus, et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Huius rei teſtes ſunt Thiethardus de Wozſtrow, Ludolphus de Bekendorp, Berenhardus noſtre curie Notarius, et quamplures alii fide digni. Datum Pozewalk, Anno Dom. MCCLXXXVIII. in die purificacionis Beate virginis.

IX. Der Ritter Dieterich von Kerkow und ſeine Söhne: die Ritter Ludwig und Georg, ſtiften einen Altar in der Kloſterkirche, und verkaufen derſelben Grundbeſitzungen in Hardenbeck und in Boizenburg, um 1289.

Univerſis preſentibus et futuris, hanc paginam inſpecturis, Theodericus miles dictus de Kerkowe, Lodevicus et Georgius milites, filii eius, pacis abhundanciam cum ſalute. Quo-

niam ea, que in tempore fiunt, cum temporis volubilitate labuntur, ne oblivionis ſorciantur ſcrupulum, neceſſe eſt, ut inſtrumentis memoriabilibus indelabili perhennitate firmiter fulciantur. Hinc eſt, quod ob reverenciam et amorem omnium creatoris, ob ſpem adipiſcende ſalutis et facilioris gracie conſequende, in adminiculum animarum uxorum noſtrarum, necnon progenitorum et omnium amicorum noſtrorum, tres manſos in clawesſhagen et tres in hardenbeke clauſtro ſanctimonialium in Boycenborch ad altare iure perpetuo contulimus; et alios ſex manſos in hardebeke cum filia domini Georgii militis de Kerkowe fratris noſtri pro dotalicio largiti ſumus iugiter permanenti. Proteſtamur deinceps preſencium ſerie, prefatas dominas quatuor manſos emiſſe a nobis in hardenbeke ſitos, et duos manſos in Boycenborch cum agris ortulanorum, qui vulgo cotſati dicuntur. In huius rei teſtimonium noſtri ſigilli munimine preſentem ſeriem in perpetuum valituram duximus roborare. Amen.

X. Der Ritter Ludwig von Schildberg verkauft den Bewohnern von Hardenbeck ſein Allodium daſelbſt und ſetzt die Pacht für jede Bauern-Hufe feſt, am 1. Dezember 1289.

In nomine domini Amen. Oblivio mater erroris ſepe trahit in devium actiones humani temporis, que nec ſcriptis, nec voce teſtium perhennantur. Expedit ergo, ut quod preſenti tempore agitur, munimento litterarum ſic confirmetur, quatinus preſentibus et futuris de hoc certitudo firmiſſima habeatur. Ea propter lodewicus, miles dictus de ſciltberch, tenore preſencium recognoſco publice proteſtando, quod vendidi iuſto emptionis precio civibus in hardebeke allodium ſine ſlavicale villa, que vocatur tum czabele, ut agris adiacentibus eidem ville ſuppleant defectum ſuorum agrorum In hardebeke, qua defectum in agris paciebantur; pachtus autem ſive cenſus ejuſdem ville hardebeke cum agris appoſitis ſtabit ſicut ante, adiecto hec, quod quilibet manſus, ſive colatur ſive non, excepta dote, dabit mihi atque meis heredibus, vel cui vendidero, ſingulis annis duos modios ordei, et ſic manebit pachtus in perpetuum, nec ulterius extendi debet a me vel a meis heredibus tempore in futuro. Huius vendicionis teſtes ſunt Dominus Johannes de Sparenvolde, Dominus iohannes de arneſſe, milites, Dominus hartbernus, ſacerdos ejusdem ville hardenbeke, iohannes halfpape, civis in prinzlawe, et alii quam plures fide digni. Utque hoc evidens factum cunctis Criſti fidelibus pateat tam preſentibus et futuris, preſens ſcriptum inde confectum feci ſigilli mei munimine roborari cum inſcriptis teſtibus ſupra dictis. Datum anno Domini MCCLXXXIX° In craſtinum (ſic) ſancti Andree apoſtoli.

Daran das ſehr ſchön ausgedruckte Siegel: S. Thiderici de Kerkow, woraus hervorgeht, daß Schildberg ein neu angenommener Familien-Name des Ludwig von Kerkow iſt.

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen und vereignen dem Kloſter Marienpforte vier Hufen im neuen Felde bei Boizenburg, am 6. April 1292.

Otto et Conradus, dei Gratia Brandenburgenſes et de Landeſberge marchiones, univerſis Chriſti fidelibus has litteras cernentibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore ſimul labantur cum fluxu temporis, Expedit, ut ea, que coram nobis aguntur, voce teſtium et ſcriptis auctenticis perhennentur. Igitur notum facimus omnibus, tam preſentibus quam futuris, quod domine abbatiſſe ejusque eccleſie in Boycenburch ſeu cenobio quatuor manſos ſitos ſuper novo campo in eadem boyceneburch cum omni iure et proprietate vendidimus perpetuis temporibus pacifice poſſidendos, abrenunciantes omni juri, quod uſque ad hec tempora habuimus in eiſdem. Et dicta domina abbatiſſa nobis pro quolibet manſo dederunt novem marcas argenti Brandenburgenſis. Ne igitur huiusmodi vendicio in poſterum per nos aut noſtros heredes valeat irritari, preſens damus ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. Huius rej ſunt teſtes Johannes de Oldenulith, Dapifer, Fredericus de Ecſtede, Buſſo de Bellinge, Otto, pincerna, Gallo, advocatus, Thiethardus de Wuzſtrow, milites, ac dominus Johannes de Kouzc, clericus, et quam plures alii fide digni. Actum ac datum anno domini Milleſimo CC° LXXXX ſecundo, in Lyvenwalde, In die paſche, per mamum Zacharie, noſtri notarii.

XII. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann, Otto und Heinrich verkaufen dem Kloſter Marienpforte drei Talente jährlicher Hebung im Dorf Warthe, am 1. Juli 1295.

In nomine Domini Amen. Otto, Conradus, Johannes, Otto et Hinricus, dei gracia brandenburgenſes et de Landeſberge Marchiones, univerſis Chriſti fidelibus, preſentes litteras audituris noticiam ſubſcriptorum. Decet excellenciam noſtram, perſonis religioſis aſſiſtere condignis favoribus et ſubſidiis opportunis, maxime in terris noſtris degentibus, que propter amorem Jehſu Chriſti ſpretis mundi huius illecebris ſeculum reliquerunt. Ad univerſorum igitur noticiam tenore preſencium cupimus pervenire, quod dilectis nobis in Chriſto ſanctimonialibus conventus Ordinis Cyſterſienſis, in clauſtro Boycenburch deo famulantibus, de parili conſenſu heredum noſtrorum in villa noſtra Warthe tria talenta denariorum monete brandenburgenſis de primo cenſu noſtro in vigilia beati Martini ſingulis annis extorquenda, pro triginta marcis argenti brandenburgenſis vendidimus et donavimus cum omni iuris integritate racionabiliter in perpetuum, absque omni ſervitio et impedimento et impeticione et quacunque precaria violenta, conferentes eciam dictis ſanctimonialibus in vero ac iuſto feudo, quiete ac pacifice perpetuis temporibus feodali tytulo poſſidenda. Adicimus preterea ſi (cives) de Warthe cenſum ſive tributum dictis ſanctimonialibus exſpirato termino debite non de(derint) — — extunc prefectis eiuſdem ville quicunque fuerint, a ſuis civibus ſine iuſſu noſtro — — — — ceptabit. Id ratum omnino tenebimus atque gratum. U(t autem) huiusmodi ven(dicio — atque) firma permaneat et perpetuo inconcuſſa, preſentes litteras in evidens teſtimonium

conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Teſtibus qui preſentibus aderant ſubnotatis, ut Wernerus de ſwanebeke, Fredericus de Ecſtede, Johannes de Oldenvlit, Henningus de Sidow, Dithardus de Wuzſtrow, Haſſo de Wedele, Romolo, Hinricus de ſtegeliz, Anſelmus de blankenborg, Henningus de Bents, et advocatus Gallo tunc temporis, milites, et quampluribus aliis fide dignis. Actum et Datum Anno domini M° CC° LXXXXV°, In Octava Sancti Johannis Baptiſte, et Data per manum Domini de Klepelſhagen, noſtre curie cappellani. — —

XIII. Der Ritter Buſſo von Cocſtede reſignirt dem Kloſter Marienpforte eine Hufe und ein Stück Landes zu Wittſtock, im Jahre 1298.

Ego buſſo, miles, dictus de cocſtede, tenore preſencium recognoſco publice proteſtando, quod cum voluntate et conſenſu meorum heredum ad uſum conventus ſancte Marie in boycenborg reſignavi unum manſum in villa wizſtocke cum omni iure et proventu eiusdem, inſuper unam aream cum decima minuta. Predictus autem manſus adiectus eſt eccleſie predicte ville, cuius collatio ſpectat ad conventum memoratum. Ne igitur de hoc facto poſterorum alicui dubium oriatur, preſentem cartulam feci conſcribi, ſigilli mei appenſione roboratam. Datum anno Domini M° CC° XC° VIII°.

XIV. Der Convent des Kloſters Marienpforte bauet und verpachtet eine Mühle bei Gröchelndorf, am 12. Januar 1298.

Wilhelmus prepoſitus, Johanna dei gracia abbatiſſa, totusque conventus ſanctimonialium in boyceneborch, univerſis criſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem et omne bonum. Ne ea, que aguntur in tempore ſimul labuntur cum tempore, ſolent poni in linguis teſtium et ſcripture memoria perhennari. Noverint ergo tam preſentes, quam poſteri, quod nos ex unamini conſenſu et maturo conſilio multorum diſcretorum virorum (theoderico) molendinario locavimus molendinum ſitum apud chrechelendorp uſque ad (ter)minum — — tali ſub condicione, ut de predicto mo(lendino — — — nomin)ati quatuordecim choros ſiliginis ita videlicet (die Termine fehlen) perſolvet, quartum dimidium chorum ſiliginis ſit — — — dium chorum ſit in poſtea, quartum dimidium chorum ſit (halbe Reihe fehlt) tum dimidium chorum. Preterea, ſi alique expenſe ſpectat ad (halbe Reihe fehlt) de propriis facultatibus erogabit, et ſi ſibi expediens videbitur eſſe ut alii u— voluerit, ad idem jus nobis ille teneat. hec autem acta et placitata ſunt — —

honeſtis preſentibus, ſcilicet domino burchardo de cocſtede, domino johanni de Benz, domino Joh. de Kercov, domino burchardo de cocſtede, domino bertrammo de ſternhaghe. Datum prizlavie, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo VIII°, feria ſecunda poſt dominicam, qua cantatur in excelſo throno.

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann verkaufen dem Kloſter Marienpforte zwei Hufen und einen Teich bei Malendorp und Brodewineſtorp, am 1. Februar 1300.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Otto, Conradus et Johannes, dei gracia Brandeburgenſes et de Landeſberg marchiones, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que aguntur in tempore ſimul cum fluxu temporis elabuntur et fluunt, conſuevit ea modernorum ſubtilitas ſcriptis autenticis et viva voce teſtium perhennare. Quapropter ad univerſorum Criſti fidelium, etatis videlicet tam preſentis quam poſtere, publicam cupimus noticiam devenire, quod dilecte nobis in Criſto Abbatiſſa et ſanctimoniales clauſtri Boyceneburg conparaverunt ſeu emerunt a nobis pro quinquaginta et quinque talentis Brandenburgenſium denariorum quendam campum magnitudinis ſeu extenſionis duorum manſorum cum quodam ſtagno huic campo incluſo; ſitus autem hujus campi eſt attingens campos aut agros villarum ſcilicet malendorp et Brodewineſtorp, necnon diſtinctiones et metas Illuſtris domini Alberti, Brandeburgenſis marchionis, idem campus attingit. Poſſidebunt autem prefatum clauſtrum et ſanctimoniales deo inibi famulantes campum ſeu agros ſepedictos a nobis emptos cum ſtagno perpetuis nunc deinceps temporibus cum omni iuris integritate, libertatis ac proprietatis tytulo, pro ſuis commodis et uſibus quibuscunque, ita quod liberam habebunt facultatem, ibi ligna fovendi, aut Agros arabiles ſeu eciam ibidem paſcua, prout ipſis placuerit, faciendi. Ne igitur alicui hominum ſuper hiis oriatur dubietas aliqualis in poſterum, preſentes eisdem dedimus litteras ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitas, cuius rei ſeu emptionis Teſtes ſunt fideles noſtri Conradus Rauen curie noſtre marſcalcus, Jacobus de Nebede, Henricus de Stegeliz, Johannes de Blankenburg, Criſtianus de Breſin, Otto de holzendorp, et Gallo noſter tunc temporis Advocatus, milites, et quamplures alii fide digni. Acta ſunt hec anno Domini M°CCC°, et data Lewenberg IIII° Idus Junii, per manus Gernodi noſtre curie capellani.

XVI. Der Convent des Kloſters Marienpforte verpachtet das gekaufte Feld bei Malendorp und Brodewineſtorp für vier Scheffel Gerſte die Hufe, am 8. März 1301.

Wilhelmus prepoſitus, Johanna, divina permiſſione abbatiſſa, totusque conventus ſanctimonialium in boyceneborch omnibus Criſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Quemadmodum tempus mobile defluens eſt et fluit, ſic et cum tempore temporales defluunt actiones, ſolummodo enim divina ſunt perfecta, humani autem generis condicio eſt defluens in infinitum, et ideo in ea nichil eſt, quod perpetuo ſtare poſſit. Propter quod notum eſſe volumus omnibus criſtiane fidei profeſſoribus, quod nos ex maturo conſilio providorum virorum villanis ac villico in brodewineſtorp. (Ausradirte Stelle) quendam campum magnitudinis ſeu extenſionis duorum manſorum excepto ſtagno huic campo incluſo dimittimus ad agriculturam ſeu ad paſcua, prout ipſis placuerit facienda. Situs autem huius campi eſt attingens campos aut agros villarum ſcilicet malendorp et brodewineſtorp; necnon diſtinctiones et metas illuſtris domini Alberti brandenburgenſis marchionis idem campus attingit. Poſſidebunt autem prefati cives inibi commorantes campum ſeu agros ſepedictos perpetuis nunc temporibus tali tamen ſub condicione, ut nobis perſolvant annuatim de quolibet manſo quatuor modios ordei. Ne igitur alicui hominum ſuper hiis oriatur dubietas aliqualis in poſterum, preſentes eiſdem dedimus litteras ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitas. Huius rei teſtes ſunt: dominus Wilhelmus noſter prepoſitus, dominus heydenricus de benz, dominus heynricus de Stegeliz, dominus theodericus de Kercov, dominus Johannes de ſtegeliz, dominus Johannes noſter confrater ſeverus (?) et alii quam plures fide digni. Datum boyceneborch, feria quarta poſt dominicam, qua cantatur: Oculi.

XVII. Der Biſchof Heinrich von Cammin beſtätigt dem Kloſter Marienpforte das Patronatsrecht über verſchiedene Kirchen, am 1. Februar 1303.

Heinricus, dei gracia Caminenſis eccleſia episcopus, univerſis preſencia inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam. Noverit nacio preſencium et felix ſucceſſio futurorum, quod nos venerabilis patris domini Hermanni, bone memorie caminenſis eccleſie episcopi, noſtri predeceſſoris, litteras vidimus in hec verba.

(Wörtliche Anführung der Urkunde No. III.)

Nos igitur huiusmodi predicta conſiderantes, rite et racionabiliter ac deifice eſſe facta, ea in nomine domini confirmamus. Datum anno domini M° CCC° tercio, in vigilia purificacionis ſancte marie, pontificatus noſtri anno ſecundo.

XVIII. Die Markgrafen Otto, Johann und Woldemar verkaufen dem Kloſter Marienpforte das Dorf Warthe, am 30. Auguſt 1304.

In nomine Domini Amen. Otto, Johannes et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſes et de Landiſberg Marchiones, Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras viſuris ſeu audituris, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Actiones, quas mundus ordinat, ſepe delet ſucceſſus temporum, niſi muniantur firmo karactere Litterarum. Quapropter conſtare volumus tam preſentibus, quam poſteris, Quod Nos de noſtra bona voluntate villam warthen, quam clauſtrales domine ſive ſanctimoniales in Boizeneborch erga nos emerunt, cum omni Jure, proprietate, attinenciis ſuis ac redditibus exinde provenientibus, eodem modo quo eandem habuimus et poſſedimus, eiſdem dimiſimus habendam, et donavimus quiete et pacifice in perpetuum poſſidendam. Jam dicte vero domine pro quolibet fruſto eiuſdem ville non inpheodato decem marcas brandenburgeſis argenti — nobis dederunt, et pro quolibet aliorum, videlicet dotis ac prefecture, quatuor marcas eiusdem argenti, debite formam emptionis ſervantes pariter et vendicionis. Ut autem preſcripta dimiſſio atque donacio a nobis et noſtris veris ac legitimis heredibus facta inviolabilis ac Integra perſeveret, Inſtrumenta preſencia, ſuper eo confecta, duximus noſtrorum ſigillorum appenſionibus roboranda, Preſentibus Teſtibus ydoneis, ſcilicet noſtris fidelibus, Conrado de Redere dicto, Heinrico de ſtegelicz dicto, noſtre curie dapifero, Henningo de Blankenborch, Theoderico de Kerkowe, Henningo de mentyz, Bethemanno de Jagow, Bernardo de peccatel et filio ſuo Gheroldo, militibus, nec non et aliis quampluribus nichilominus fide dignis. Actum et datum Grymnitz, ſub annis Domini milleſimo Trecenteſimo quarto, In die Beatorum felicis et Adaucti martyrum, per manus domini Everhardi noſtre curie cappellani et notarii.

XIX. Die Markgrafen Otto und Woldemar verkaufen dem Kloſter Marienpforte alle Bede aus dem Dorfe Warthe mit der Mühle, am 29. Mai 1308.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, ſucceſſu temporis pariter evaneſcant, conſuevit ea ſagacitas hominum teſtibus ſubſcriptis et litterarum teſtimonio perhennare. Hinc eſt, quod nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſes, Landſbergenſes et Luſacie marchiones, ad univerſorum et Singulorum noticiam Tenore preſencium volumus devenire, quod reverendis ac devotis ſanctimonialibus in clauſtro Bouzenburch degentibus ibique deo dicatis, villam Warthen vendidimus liberam ab omni ſervicio, precaria, exactione, conſagittatione et ab omnibus angariis et infeſtacionibus, quibuscunque licet nominibus cenſeantur, et cum molendino, quod dicte ville adiacet, cum omnibus utilitatibus et proventibus et attinenciis quibuslibet, juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus pro nobis ab omnibus noſtris officialibus et ſubditis ſingulis quibuscunque licet condicionibus, quacunque eciam neceſſitate urgente, quiete et pacifice poſſidendam, ita quod nichil penitus ſervitii ſeu ſubvencionis a predicta villa vel incolis

eiusdem ammodo requiremus, abrenunciantes insuper omni juri, quod in ipsa villa prenominata hactenus dinoscimur habuisse. Pro qua quidem precarie vendicione et eius attinenciis, omnium proprietatis donacione, ut prehabitum est, predicte sanctimoniales centum marcas argenti nobis ex toto atque integraliter persolverunt. In huiusmodi evidenciam ampliorem presentes dari jussimus nostrorum sigillorum muniminibus roboratas, adhibitis testibus ydoneis, videlicet Nicolao de Buc, dapifero, Domino Theoderico de Kerkowe, Domino Anselmo de Blank(enburch), Domino Griffekone, Domino Hinrico de Wustrow, Domino Th. de Thornow et Domino Johanne de vrouden, et pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Prenzlaw, Anno Domini M° CCC° VIII°, feria IIII^{a} ante festum penthecostes per manus Johannis de hardestorpp, nostre curie cappellani.

XX. Die Markgrafen Otto und Woldemar vereignen einem Bürger Johann in Prenzlau vier Hufen auf dem Felde Cröchelndorf, am 24. März 1308.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses, Landisbergenses et Lusacienses Marchiones, recognoscimus et ad universorum noticiam presentibus publice volumus pervenire, quod ob specialis fauoris amminiculum, quo virum discretum Joannem nostrum civem in Premzlavia amplectimur, eidem proprietatem — dedimus quatuor mansorum in villa Crechelendorp cum omni iure, ita ut exemptus sit ab omni servicio ... precaria etc. — Testes huius sunt nostri fideles Heinricus de sthegeliz, nostre curie dapifer, Henningius de sthegeliz, Henningius de Blankenborch, Gerhardus de Bardeleve et Gerhardus de (Ker)cow, milites, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Premzlaw, dominica die, qua cantatur: Letare Jherusalem, Anno domini M° CCC° VIII°, per manum domini Zegeri, nostre curie cappellani.

XXI. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von Hardenbeck mit allen Rechten, am 9. Juni 1313.

In nomine domini, amen. Ad geste rei memoriam sempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis, lusacensis et de landesberch marchio, tutorque incliti Johannis de brandenborch marchionis, universis Cristi fidelibus per presentes litteras volumus esse notum, quod devotis in Cristo dominabus in cenobio boycenborch deo famulantibus dedimus et per presentes donacione libera donamus villam hardenbeke dictam cum omni iure et proprietate, cum

omnibus ſuis attinenciis, ſcilicet agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, cum limitibus et dinſtinctionibus, cum iudicio ſummo et ymo, et cum ceteris aliis ad ipſam pertinentibus, prout nobis, dum noſtra fuit, competebat, ex nunc in perpetuum poſſidendam. Renunciamus omni iuri et actioni, que in eadem villa hactenus dinoſcimur habuiſſe, ita ſimpliciter eciam, quod nos nichil nobis aut noſtri heredes ſeu ſucceſſores ſibi in dicta villa, nec aliquam precariam hereditariam, que erfbede vulgariter dicitur, poſſimus aut poſſint de cetero vendicare. Ne autem in poſterum ſuper huiusmodi noſtra donacione per nos rite facta cuiquam queat dubium ſuboriri, preſentes litteras ſuper eo ſcribi et dari juſſimus et noſtri ſigilli munimine de noſtro conſenſu et recta ſciencia roborari, et dominus Johannes dictarum dominarum tunc temporis prepoſitus, nobis pro quolibet fruſto reddituum predicte ville adjacente quatuordecim marcas argenti et ponderis cum dimidia in numerata pecunia erogavit, de quibus ipſum prepoſitum et ſuos ſucceſſores ac predictas dominas quitos omnino per preſentes litteras nunciamus. Teſtes hujusque rei ſunt nobiles viri domini ulricus de lindowe et guntherus de Kevernberg, comites, henningus de blankenborch, Theodericus de Kerkowe et rodolphus de levenwald, advocatus noſter, noſtri fideles milites, heinricus eccleſie ſtendalenſis decanus et Sloteko, noſtre curie prothonotarius, cum multis aliis fide dignis. Actum et datum in curia werbelyn, Anno Domini milleſimo CCC° XIII, in die beatorum Primi et feliciani martirum.

XXII. Markgraf Woldemar ſchenkt dem Kloſter Marienpforte das Eigenthum von drei Hufen in Claushagen, am 27. September 1314.

In memoriam geſte rei ſempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de landeſberch marchio, preſencium forma litterarum recognoſcimus proteſtando, quod ad honorem dei omnipotentis et ad collaudacionem eius ſanctiſſime genitricis marie virginis contulimus, donavimus preſentibus libere et donamus litteris religioſo in Boyceneborch ſanctimonialium conventui proprietatem trium manſorum jacentium in villa Clauſhagen optinendam et habendam temporum motibus ſempiternis, Dantes preſentem noſtro ſigillo communitam in huius facti evidentem claritatem. Actum et datum Boyceneburch, anno domini M° CCC° XIIII°, jn die ſanctorum Coſme et Damyani martirum.

XXIII. Markgraf Woldemar beſtätigt den Nonnen zu Marienpforte Hebungen aus Gröchelndorf, womit ein Altar dotirt war, am 27. Dezember 1314.

Ad memoriam rei acte ſempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landeſberch marchio, recognoſcimus publice proteſtantes, quod contulimus preſenti-

bus et conferimus proprietatem ſex talentorum et quatuor ſolidorum Brandenburgenſium denariorum, que quidem talenta provenient ex manſis tribus adiacentibus curie Koningh et duobus cum dimidio adiacentibus curie — de Wichmanſtorpp in villa Chrechelftorppe juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus obtinenda et poſſidenda a ſanctimonialibus conventus in Boycelenborch; predicta eciam talenta et quatuor ſolidos zindengberus de Wychmanſtorpp, erogauit ad quoddam altare in eccleſia dicti conventus id dotans ad honorem beate Marie virginis in remedium anime ſue et ſalutem. Pro predicta autem — dictus zindengberus ſatisfecit et perſolvit quadraginta et (duas marcas) argenti, prout eundem ſolutum in preſentibus nunciamus et damus et confirmamus in valitudinem perpetuam noſtro ſigillo communitam. Actum et Datum Lyeuenuolde, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quartodecimo, In die beati Johannis apoſtoli et evangeliſte.

XXIV. Markgraf Woldemar giebt dem Kloſter Marienpforte in Hardenbeck ſechs Hufen zu ihrem Ackerbau von Abgaben frei in Rückſicht auf die im letzten großen Kriege erlittenen Verluſte, am 18. April 1317.

In nomine Domini, Amen. Que aguntur temporaliter, a memoriis hominum ſolent excidere, niſi ſcripture ſuffragio perpetuitatem capiant et munimen. Inde ergo eſt, quod nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, tenore preſencium recognoſcimus et in noticiam preſencium et futurorum deducimus manifeſtam, quod in relevamen dampnorum, que noſtri intuitu clauſtrum ſanctimonialium in Buceneborch in gwerra magna proxime preterita ſuſtinuit, dedimus ipſis ſanctimonialibus et clauſtro liberam facultatem, ſex manſos in ſua villa Hardenbeck, quos elegerint, ad aratrum ſue curie ibidem collocandi, preter eos ſex manſos, quos prius ſub aratro habuerunt. Eximentes dictos ſex manſos ab omni precaria et ſervicio ab omnique onere, quo fuerant onerati, volentesque, ipſos, ſicut primos ſex, cum omni libertatis proprietate ad dictam curiam in Hardenbeck perpetuis temporibus pertinere. Huius facti teſtes ſunt Inclita Agnes noſtri thori conſors, Nobilis vir dominus Guntherus comes de Keverenberg, Heinricus decanus eccleſie Stendalgenſis, Everardus prepoſitus ſtolppenſis, Thidemannus prepoſitus in Grandzoy, noſtre curie capellani, et alii fide digni. In quorum nichilominus ſingulare teſtimonium noſtro ſigillo munire fecimus preſens ſcriptum. Actum et Datum Turgelove, anno domini Milleſimo trecenteſimo Septimo decimo, feria Secunda poſt dominicam Miſericordias domini.

XXV. Markgraf Woldemar überläßt den Gebrüdern Hennig und Sander Sack die Dörfer Herzleben und Strehlen für 334 Marck reinen Silbers auf Wiederkauf, am 27. Januar 1317.

In nomine Domini Amen. Nos woldemarus, dei gracia brandenburgenſis et luſacie marghio, univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras viſuris ſeu audituris, ſalutem in eo, qui eſt omnium unica ſalus. Actiones, quas mundus ordinat, ſepe delet ſucceſſus temporum, niſi muniantur firmo karactere litterarum. Ea propter conſtare volumus tam preſentibus, quam poſteris, quod nos ex noſtra bona voluntate et maxima cogente neceſſitate, fidelibus noſtris et dilectis hennigo et ſandero, fratribus dictis ſac, Contulimus et conferimus, ac dimiſimus et ipſorum heredibus veris ac legitimis, aut cuicunque vendiderint, villam hereſleve et ſtrele liberam ab omni ſervicio, precaria, exactione et infeſtacionibus quibuſcunque, pro nobis ac pro omnibus noſtris officialibus cuiuslibet condicionis, quiete et pacifice poſſidendas, ita quod nichil penitus ſervicii ſeu ſubvencionis a predictis villis ammodo requiremus. Pro qua quidem precarie vendicione et eius attigenciis, ut prehabitum eſt, predicti noſtri fideles hennigus et ſanderus nobis CCC marcas et XXXIIII marcas puri argenti integraliter perſolverunt, in quas ipſis de juſto debito obligabamur de dampnis et de captivitate a parte noſtris eis illatis, tali condicione interpoſita: Si nos aut noſtri heredes, ſi quos deo dante procreaverimus, aut noſtri ſucceſſores predictam precariam et ſervicium villarum redimere voluerimus, jam prenominatam pecuniam totaliter erogabunt. Tunc noſtri fideles predicti aut eorum heredes aut cuicunque vendiderint, coram nobis aut noſtris heredibus aut ſucceſſoribus reſignabunt. In cuius noſtre donacionis evidenciam preſentes litteras dedimus, noſtri ſigilli munimine roboratas. Teſtes quoque huius rei ſunt noſtri fideles: heynricus de ſ . . . ., Grifico de grifenberg, Thidericus de kercow, Henningus de blanckenborch, Redekinus, noſtre curie marſchalcus, Conradus de wichemanſtorp, milites, henningus de ſparrenwolde et alii plures fide digni. Actum et datum in curia Grimmeniz, anno domini M°. CCC°. XVII°., feria V^a^ poſt converſionem ſancti pauli.

XXVI. Der Biſchof Conrad von Cammin beſtätigt dem Kloſter Marienpforte ſeine Patronatsrechte, am 30. April 1319.

Nos conradus, dei gracia camminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſencia inſpecturis, notum eſſe cupimus, quod litteras venerabilium patrum eiusdem eccleſie quondam epiſcoporum in hec verba recepimus:

Henricus —. (Es folgt die wörtliche Anführung des Bestätigungsbriefs de anno 1303, cfr. Nr. 17.)

Hanc igitur donacionem et confirmacionem a noſtris predeceſſoribus rite et racionabiliter factas auctoritate noſtra ordinaria confirmamus in hiis ſcriptis. Datum anno domini M°. CCC°. XIX°., in vigilia palmarum kalendas maij II°.

XXVII. Die Herzöge Otto und Wratislaw von Pommern ſchenken dem Kloſter Marienpforte das freie Eigenthum von Herzleben, am 18. Januar 1323.

In nomine domini Amen. Ad perhennem quidem memoriam ſubſcriptorum. Nos Otto et Wartizlaus, dei gracia Slavie, Caſſubie et Pomeranie duces, preſentibus omnibus volumus eſſe notum, quod ob reverenciam omnipotentis dei et beate dei genitricis Marie et omnium ſanctorum et ſalutem noſtrarum animarum et noſtrorum progenitorum, Barnimi videlicet, Bugezlai, Elyzabet et Mechildis bone memorie dedimus et preſentibus donamus ſanctimonialibus in Bozenborch proprietatem ville Herſleve cum omnibus ſuis metis, terminis et diſtinctionibus, cum aquis, paſcuis, paludibus, rubetis et lignis, cum omni precaria, cum omnibus exactionibus quibuſcunque cenſeantur nominibus, cum omni utilitate et uſufructu, cum omni iure ſupremo et ymo, ſicut eam habuimus, perpetuis temporibus libere et pacifice poſſidendam iuſto et habendam. Verum ne hec noſtra donacio per quemquam noſtrorum ſucceſſorum aut officialium quoquo modo et poſterorum violetur, ſeu temere infringatur, preſens ſcriptum eis reddidimus noſtris ſigillis communitum. Dedimus eciam eis eandem villam ab omni ſervicio liberatam, quocunque modo nobis faciendo. Teſtes huius donacionis ſunt Bertramus de Griphenberg, Henricus de Stegeliz, Wedego de Wedel, Henningus de Ecſtede, Didericus de kerkow, milites, dominus Johannes Lencin, magiſter, Johannes, plebanus in demin, noſtri notarii, et quam plures fide digni. Actum et datum per Didericum de Zachow, noſtrum clericum, Anno domini M°. CCC°. XXIII°., ipſo die priſce virginis glorioſe.

XXVIII. Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne vertauſchen dem Kloſter Marienpforte den See Groß-Warte gegen einige kleinere Seen, am 21. März 1324.

Noverint univerſi, ad quorum audienciam et conſpectum preſens ſcriptum pervenerit, quod nos Theodericus, miles, et Petrus et Georgius, dicti de Kerkowe, dimiſimus et per preſentes dimittimus ſtagnum, ſcilicet quod groten warten vocatur, ſanctimonialibus ſeu clauſtralibus in boycenborgh reſidentibus permutacionis tytulo et appropriacionis, effuſionem oracionum devotarum pro nobis et noſtris predeceſſoribus intuentes, — ad uſus ſuos cum omni utilitate et fructi-

bus, ſicuti hucuſque habuimus, perpetuo poſſidendum et de huius omni impeticione ceſſamus penitus et ex toto. — Pro quo quidem dimiſerunt nobis ſtagna ſubſcripta: bobetze et ambo clodene, wokule, ſegerſe; ſed lingna predictis ſtagnis et aquis creſcencia ad uſus dominarum porro remanebunt. In huius rei evidenciam firmiorem preſentes litteras robore noſtrorum ſigillorum dedimus ſigillatas. Teſtes huius rei ſunt: dominus Jacobus, plebanus de gerbodendorp, borco de Kercowe, benedictus de benz, Ghereke de ſwartzenburg. Datum Anno domini M°. CCC°. XXIIII°., in die beati benedicti abbatis.

XXIX. Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne bekunden, daß ſie noch die Vereignung des Sees Groß-Warte bei dem Markgrafen für das Kloſter Marienpforte zu erwirken haben, am 21. März 1324.

Nos Theodericus, miles, petrus et georgius, dicti de kerkowe, recognoſcimus firmius proteſtando per preſentes, quod proprietatem ſuper ſtagnum, quod grotenwarten nuncupatur, a domino marchione Brandenburgenſi ſanctimonialibus in boycenborch debebimus ordinare, In cuius certitudinem hos prouidos et eorum fide media, ſcilicet petrum prefectum et Jacobum piſtorem, Johannem fabrum reponentes. Datum anno domini M°. CCC°. XXIIII°., die beati benedicti abbatis et confeſſoris.

XXX. Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne Petrus und Georg verkaufen dem Kloſter Marienpforte die Mühlenfuhre in Herzleben für 3 Hufen in Claushagen, am 3. Mai 1324.

Quoniam omnium habere memoriam pocius eſt divinitatis, quam humanitatis — oblivio enim, que per humanam condicionem inducitur, per ſcripta autentica et teſtium linguas effugatur — hinc eſt, quod nos theodericus, miles, petrus et georgius, noſtri filii de Kercow, coram univerſis tam poſteris quam preſentibus pubplice recognoſcimus et teſtamur, quod iuſto vendicionis ac empcionis tytulo ſanctimonialibus et clauſtralibus cenobii et clauſtri boycenborg vecturam molariam, quod vulgariter mollenvur dicitur, ville herſleve dimiſimus libere et proprie perpetuis temporibus poſſidendam, pro qua videlicet vectura molaria ſanctimoniales et clauſtrales predicte nobis tres manſos in villa clauſhagen dimiſerunt cum omni proprietate, ſicut ipſe habuerunt, libere poſſidendas, Ita eciam, quod ſi aliquis marchionum et dominorum pretactas ſanctimoniales in ſepe tacta vectura molaria angariaret aut infeſtaret, nos ipſas de tali angaria aut infeſtacione ſive inpedimento liberas faciemus et indempnes. Verum eciam, ſi tali vectura molaria

ab aliquo marchionum aut dominorum privarentur, nos ipſis talia bona in villa noſtra clauſhagen, quam ſi redimerimus, dimittemus. Sin autem prenominatis ſanctimonialibus et clauſtralibus in aliis noſtris bonis talia ac tanta bona demonſtrabimus atque dimittemus, que ipſe cum omni proprietate poſſidebunt ſecure et libere eo modo, quo ſuperius eſt expreſſum. Ne autem in poſterum hoc racionabile factum alicuius infringat uerſucia, preſentem litteram ſuper eo contulimus, ſigillis noſtris communitam. Teſtes huius rei ſunt hinricus de ſtegelyz, prepoſitus in iagow, Dubbeſlau, miles de eycſtede, henricus de blankenborg, borko de kercow, hennigus de ſtegeliz, junior hen . . . agnominis ejusdem, ceterique plures fide digni. Datum et actum boycenborg, anno domini MCCCXXIIII°., In die invencionis ſancte crucis.

XXXI. Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne verkaufen dem Kloſter Marienpforte 16 Scheffel Getreide als jährlichen erblichen Pachtkanon aus der Mühle zu Warthe, am 14. Juni 1324.

In nomine domini Amen. Quum deperire poteſt ſolempnis actio cum motu temporum, niſi roboret eam vivacitas litterarum, hinc eſt, quod nos theodericus, miles de kercow, ad noticiam univerſorum tam preſencium, quam futurorum volumus pervenire, quod nos una cum conſenſu noſtrorum filiorum petri videlicet et georgii eiuſdem cognominis, matura deliberacione prehabita, honeſtis dominabus ſanctimonialibus in boycenborg juſta, recta et racionabili vendicione ac empcione vendidimus reditus annuos XVI modiorum ſiliginis, quos in earum molendino ville Warten adiacenti habuimus, pro V talentis monete brandenburgenſis, quos ſcilicet XVI modios ſiliginis predictos prenominate ſanctimoniales ſeu clauſtrales cum ſucceſſione hereditaria, cum iure hereditario, necnon cum omni proprietate, quemadmodum nos ipſos XVI modios ſiliginis ſepe dictos ab illuſtribus principibus marchionibus noſtris dominis habuimus et poſſedimus, libere et ſecure perpetuis temporibus tollent, percipient et poſſidebunt. In huius teſtimonium noſtrum ſigillum ſimul cum ſigillis noſtrorum filiorum preſcriptorum preſentibus eſt appenſum. Huius rei teſtes ſunt Dominus h. de ſtegeliz, prepoſitus in iagow, Dubbeſlau, miles de eycſtede, hinricus, famulus de ſtegeliz, ghede ſnakenborg, Nycolaus de kercow, ceterique plures fide digni. Actum et datum boycenborg, anno domini M°. CCC°. XXIIII°., feria quinta infra octavas pentecoſtes.

XXXII. Markgraf Ludwig der Baier bestätigt den Nonnen zu Marienpforte alle ihre und ihrer Unterthanen Güter und Freiheiten, am 10. Juni 1325.

Lodevicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, comes palatinus reni, dux bavarie, ſacri Imperii archicamerarius, devotis in Chriſto perſonis, abbatiſſe totique conventui ſanctimonialium in boiceneborch ordinis cyſtercienſis, ſalutem et ad rei memoriam infra ſcripte. Devotis precibus ſtrenui militis noſtri, thiderici de kerkow, favorabiliter inclinati, univerſas veſtras ac monaſterii veſtri, necnon ſubditorum veſtrorum atque bonorum libertates, proprietates, donaciones, gracias, inſuper privilegia, litteras et inſtrumenta veſtra, vobis et monaſterio veſtro a noſtris preceſſoribus quondam Brandenburgenſibus marchionibus data, conceſſa et indulta, approbamus, ratificamus, necnon preſentis pagine munimine per omnia confirmamus. Nolentes a quoquam hominum veſtram infringi libertatem in bonis veſtris et ſubditis quibuſlibet, ſed eam pocius conſervari vobis volumus inconcuſſam, ut eo fervencius atque celebrius eterno poſſitis auctori ſervire et nos oracionum veſtrarum participes fieri mereamur. Quicunque autem huic noſtre confirmacioni contraire temere attenptaverit, in talem preter iuſti vindictam iudicis, noſtre indignacionis aculeum vibrabimus ſic potentem, ut ceteri talia faciendi aut eciam attenptandi merito pertimeſcant. In cuius rei teſtimonium preſentem paginam inde confici et ſigilli noſtri robore mandavimus firmiter communiri. Preſentes ſunt Nobilis vir dominus Guntherus, comes de Lindow, Honorabilis vir dominus Segerus, prepoſitus ſtendalienſis, Thidericus de kerkow predictus, Hermannus de Wolcowe, Dobezlaus de Eckſtede, Hinricus de Rokeze, noſtri milites, cum aliis fide dignis. Datum per manum Hermanni de luchow. Prymzlaw, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo XX quinto, feria ſecunda proxima poſt feſtum ſacri corporis domini eiuſdem.

XXXIII. Heinrich, Herr von Mecklenburg verkauft das Dorf Roſenow und einige Seen der Frau Luitgard und ihren Kindern, am 17. Dezember 1326.

In den namen der heyligen vnd der vnghedelden drivaldicheyt. Wi Hinrik, van der godes gnade here tu mekelenborch, tu ſtargard vnd tu Rozſtok, Bekennen openbare in deſme breue vnd bethugen, dat wi mit vorberadennen mude, mit vulbort vnſer Eruen vnd nach rade vnſer truwen man, der gutliken vrowen vern Lutgharde, de andreas huſvrowe weſen hadde, vnd eren kindern: arnolde, Johanne, ſamen Chriſtinen, agneten vnd katherinen, arnold Gherwer vnd Thideken, ſineme ſone, vnd Eren Rechten Erfnamen, hebben ghelegen vnd lygen jn deſſen yegenwardichen breuen dat gantze dorp tu Roſenowe in ſiner ſceyde, als it licht, mit rechten Eghendome vnd aller vriheyt, mit watere, mit weyde, mit agkere, ghewunen vnd unghewunen, mit holte, mit weſe, mit wiſche, mit vlete, mit ſtowinghe, mit viſcherige, mit torve, mit buſchen, mit bruken, ſunderliken mit deme kenbruke, mit twey ſeen, deſe heten Cyſt vnd gryben, mit pacht, mit tinſe grot vnd ſmal, mit techden groſs vnd cleyne, mit

allerleye bede, pennighbede vnd kornbede, mit allerhande Richte overs vnd nederſt, Beyde in hals vnd in hand, mit wagendinſte vnde mit allerleye plicht, mit allen Nut vnd vromen vnd ſwo dane wis man plege nomen ſcal, yummermer vnd Ewechlighen tu recteme Lengude vnde Egendume tu hebbende vnd tu beſittende, alſo dat deſſe ſulue vrowe ver Lutgard vnd andreas kindere, arnold Gherwer vnd thideke, de vorgheſcreven ſin, van deme dorpe tu Roſenowe vns, vnſen eruen vnd nakomelinghen nin denſte, gros oder cleyne, dun ſcullen, men alſo vorgheſcreuen is, vri beſitten vnd vnbeworren. Were ok, dat na deſſer tid yemanth, man oder wif, geiſtlich oder werlich, vor geyſtliken oder vor werlikem rechte, deſſe vorbeſcreuenen vrowen vnd andreas Erven, arnold vnd thideken, In deſme dorpe tu Roſenowen mit yenighen ſtucken hinderen wolde, dat ſculle wi vnd vnſe Eruen oder nakomelinghe vp vnſe koſt vndwerren. Were, dat wi des nicht vndwerren kunden, oder wi mit rechte van der lenwar ghedrunghe wurden, des god nicht enwille, ſo ſculle wi deſſe ſuluen vrowen mit den erven, mit arnold vnd mit thideken, weder wiſen in Eren lenheren, dar ſe dat dorp vore tu lene af hadden, vnd ſcullen ſe van alſo daner bewerrunghe ſtade los maken. Gheſchege auer dat, dat deſſe dicke vorſprokene vrowe vnd Erfnamen, arnold vnd thideke, vnd ere Erfnamen, Mannes namen oder vrowen namen, dit dorp mit Egendome vnd mit allen vorſprokenen ſtucken vorkoften, ſo ſculle wi vnd vnſe Eruen oder nakomelinghe dat dorp lygen den yenen, de dat kopen, ſunder yenigerleye ghaue. Dat wi vnd vnſen Eruen alle deſſe degdinghe ſtede vnd vaſt holden, des hebbe wi deſſen bref laten beſegheln mit vnſme yngheſſegle. Thughe deſſer dinghe ſint Her bode, Her Hennigh vnd Her Heyde van Helpede, Her Nicolaus Sceplitz, Her Heyne manduuel, Her otte van dewiz, vnſe voghet, Her Clawes Hond, Her Hennigh van puttachle, Clawes van Holpde, vnſe kokemeyſter, Thiderik Clawe, vnſer vrowen kokemeyſter, vnd Zabel van Helpede, vnſer ſpiſer, wighard van vredlande, Hannes, ſcriver van lichen, vnde herman ſtich, vnſe borgere, vnde andere mer, den man wol ghelouen mach. Deſſe bref is ghegheuen vnd gheſcreuen tu brandenborch, na godes bord duſent jar drehundert jar, in deme ſes vnd twintigheſten Jare, des midwokens vor des heyligen apoſtoles daghe ſunte thomas, dat was in deme midwoken in der quatuor tempore.

XXXIV. Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne ſchenken dem Pfarrer zu Malendorf für Sonntags- und Feſttagsmeſſen 2 Hufen und mehrere Netze im See Güſtrin, am 6. März 1328.

In nomine Domini Amen. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti et reddituri ſumus prout geſſimus in corpore racionem, oportet ergo nos illam diem tremendi pietatis operibus prevenire et ea nunc ſeminare in terris, que tunc annuente Domino recolligere mercamur in celis. Hinc eſt, quod nos Theodericus, miles, una cum filiis noſtris Petro et Georgio, dictis de kerkowe, necnon ceteris noſtris heredibus, dedimus ſeu appoſuimus propter deum et pro ſalute animarum noſtrorum parentum et noſtrarum, doti eccleſie Malendorp duos

manſos et unum ſpacium, quod vulgariter dicitur en were, in noſtro ſtagno dicto koſterin ad ponendos ghurgites, qui dicuntur ruſen, Et quatuor recia iactalia et unum rete, quod dicitur en ſtoke nette et cum omni libertate ac proprietate et ſine aliqua infeſtacione aut contradictione noſtrorum heredum iure Sacerdocii rector eccleſie et ſui ſucceſſores perpetuis temporibus poſſidebunt. Item concedimus, quod agricultores manſorum dicte ville dabunt plebano de quolibet manſo annuatim duos modios ſiliginis. Hoc idem coram nobis predicti villani cum quam pluribus fide dingnis ſunt arbitrati, donec ſepe dicte eccleſia ad huc alios duos manſos apponemus. Pro hijs ſupradictis donis ac elemoſinis plebanus per ſe aut per alium ſacerdotem in ſepedicta eccleſia miſſam celebret omnibus ſacris feſtis, diebus dominicis et feſtivis. In huius rei teſtimonium preſentem cartam noſtris ſigillis fecimus roborari. Datum et actum anno domini M°. CCC°. vigeſimo octavo, dominica qua cantatur Oculi. Teſtes huius rei ſunt Dominus Nicolaus, dictus de Schonebeke, dominus Hinricus, plebanus in Jarkendorp, dominus Erenbertus de kuz, ſacerdotes, et borko de kerkow, Bertramus de wichmanneſtorp, Thydekinus ſparenwolde et alii quam plures fide digni.

XXXV. Die Aebtiſſin Odilia verſpricht dem geiſtlichen Bruder Heinrich für 1 Talent Brandenburgiſchen Geldes nach ſeinem Tode jährliche Vigilien und Seelenmeſſen, am 7. Mai 1328.

Nos Odilia, divini muneris benignitate abbatiſſa ſanctimonialium in boycenborch, harum ſerie litterarum ad certam noticiam preſencium et ad perpetuum memoriam deferimus futurorum, quod honorabilis dominus hinricus, ſpiritualis frater noſtri conventus, lumine divine gracie illuſtratus, oculo ſue provide conſideracionis aperto in vias ſuas caute reſpiciens, qualiter ſic tranſeat per temporalia, ut non amittat eterna, de bonis a deo temporalibus ſibi preſtitis, in generacionibus ſeculi, in confeſſione laudis ſalutifere et benedictionibus dulcedinis, anime ſue ſalutem per hec conſulta cogitacione premeditans, ſui memoriam iugiter procuravit celebrari in eo, quod a nobis in villa noſtra hardenbeke racionabiliter et iuſto empcionis tytulo unum talentum brandenburgenſium denariorum comparavit, quod eccleſie noſtre ad ſervicium ſingulis annis in carnibus et cerviſia valenti dominica die poſt octavas epyphanie conventui univerſaliter miniſtrandum, perpetuis temporibus liberaliter tribuit et aſſignavit. Nos igitur, ut ei viciſcitudinem in ſpiritualibus rependamus, cuius temporalibus beneficiis tam largiter et gratulanter adiuvamur, eiusdem domini hinrici ſuperius predicti, cum ex hac luce tuba canente ſupremi iudicis fuerit evocatus, diem anniverſarium eodem tempore, quo predictum miniſtratur, ut per recens annuatim innovatum beneficium ipſius participes ad agendas graciarum actiones promciores reddamur, ſingulis annis in perpetuum in vigiliis ac debitis miſſarum ſolemniis devocione, qua poſſumus, peragemus. Ut vero hec omnia et ſingula inviolata perhenniter perſeverent, preſentes noſtri ſigilli ac ſigillorum Petri et Georgii, fratrum de kerkov, munimine fecimus communiri. Teſtes huius dominus Johannes, prior in celi porta, Dominus Johannes, plebanus in boycenborch, Dominus Rodolphus, nec non

Dominus Johannes, plebanus in Krechellendorp, ceteri quoque plures fide digni. Actum et datum boycenborch, Anno domini M°. CCC°. XXVIII°., Sabato poſt Johannis ante portam latinam.

XXXVI. Papſt Johann XXII. trägt dem Probſt zu Paſewalk auf, über die Beeinträchtigung zu entſcheiden, welche der Ritter Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne durch Erbauung einer Kapelle in der Parochie des Kloſters Marienpforte demſelben zugefügt hatten, am 1. Juli 1328.

Johannes, epiſcopus, ſervus ſervorum dei, Dilecto filio . . . . Prepoſito eccleſie in Poſewalc, Caminenſis dioceſeos, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Conqueſte ſunt nobis dilecte in Chriſto filie . . . . Abbatiſſa et Conventus Monaſterii in Boyceneborg, Cyſtercienſis ordinis, Caminenſis dioceſeos, quod Thidericus de Kerkowe, miles, Petrus, Georgius, Richardus et Thidericus, eiuſdem militis filii, armigeri dicte dioceſeos, infra limites parochie eccleſie beate Marie dicti loci Boyceneborg, quam dicte abbatiſſa et Conventus in uſus proprios canonice obtinere dicuntur, quandam Capellam ſine corum aſſenſu de novo temeritate propria conſtruxerunt, in earundem abbatiſſe et conventus non modicum preiudicium et gravamen. Ideoque diſcrecioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam et appellacione remota, debito fine decidas, faciens, quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gracia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellacione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Avinion, kalend. Julii, Pontificatus noſtri anno Duodecimo.

XXXVII. Ludwig der Baier verkauft dem Kloſter Marienpforte die Bede und alle Jahres-Einnahme in Hardenbeck für 156 Marck Silbers, am 8. März 1330.

Ad perpetuam memoriam ſubſcriptorum. Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bavarie, ſacri Imperii archicamerarius, notum eſſe volumus univerſis, preſentes audituris litteras, vel viſuris, quod devotis in Chriſto perſonis abbatiſſe et conventui ſanctimonialium clauſtri Boyceneborch, ciſtercienſis ordinis, dedimus et donamus in perpetuum donacione ſollempni, precariam totam et omnimodam denariorum et annone, atque alterius rei cuiuslibet ſuper villam hardenbeke, perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidendam, renunciantes conſueta et ſollempni renunciacione dicte precarie atque proprie-

tati necnon omni iuri, quod nobis aut noſtris heredibus aut ſucceſſoribus poſſit competere, precariam ad eandem volentes ipſam adeo pleno iure et proprietate dictis perſonis et clauſtro pertinere, quod omnino nullus noſtrorum officiatorum ullo unquam tempore aliquid iuris aut facti noſtro nomine ſibi debeat vendicare, vel quoquo modo ſe ingerere aut aliquid attenptare. Proinde nichilominus prefate deodicate virgines in Chriſto pro ſtabiliori noſtre donacionis firmitate nobis dederunt complete centum marcas et quinquaginta ſex marcas argenti in pecunia numerata, de qua ipſas et ipſarum poſteras dicimus abſolutas. Et ut huiusmodi noſtrum factum cum fidelium et ſapiencium noſtrorum conſilio celebratum, robur firmitatis perpetue irrevocabiliter ſorciatur, preſentes inde confici et ſigilli noſtri appenſione fecimus ex certa ſciencia communiri. Preſentibus teſtibus ad hoc vocatis et rogatis, ſcilicet Nobili Gunthero, comite de lindowe, hinrico de Sydowe, Ricberto de Berlin, Wernero de arneborch, Thiderico de kerkow, Yone de koningeſmark, militibus, hermanno de Reder, Ebelino de benz et francone vulf, famulis, cum aliis de noſtra familia fide dignis. Datum Templin, per manus hermanni de luchow, feria quinta poſt dominicam Reminiſcere, Anno domini Milleſimo CCC°. Triceſimo — —.

XXXVIII. Dietrich von Kerkow und ſeine Söhne verpfänden dem Kloſter Marienpforte die Seen Boptiſt, Clode, Wokule und Grieben, am 3. April 1330.

Nos Thidericus de Kerkov, Petrus et Georrius, noſtri filii eiuſdem agnominis, ac alii omnes noſtri heredes, publice recognoſcendo proteſtamur, Quod conventui ſanctimonialium in boyceneburch tradidimus et poſuimus iuſte tradicionis tytulo ſtagna: primo boptiſt, quod iacet apud villam brodineſtorp, cum duobus ſtagnis Clode et Wocule et ſtagnum cum palude, quod dicitur griben, circumiacente in terminis ſive metis ville brodewineſtorp et in lignis dominarum iacentibus, pro triginta tribus talentis cum quinque ſolidis brandenburgenſium denariorum in feſto martini nunc proxime affuturo, tali condicione appoſita, ſi predictam pecuniam prepoſito ac conventui feſto prehabito non perſolverimus omni pertractione poſtpoſita, coram dominis marchionibus reſignabimus et reſignamus prefata ſtagna conventui antedicto perpetuis temporibus poſſidenda. Inſuper proteſtamur quod omnes fructus ſtagnorum piſcium ſive cuiuſcunque utilitatis, quos ab eiſdem ſtagnis exſequi poterimus, infra tempus preſignatum nulla cauſa obſtante dimiſimus et dominabus in boycenburch dimittimus ſupradictos. Preterea, ſi ſtagna predicta a nobis vel a noſtris heredibus die prenarrata redempta non fuerint, ex tunc inpetere ac deinceps non valemus. In horum igitur omnium evidens et perpetuum teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Huius rei teſtes ſunt Dominus Gherardus de yrkeſlebe, miles, dominus Nycolaus de ſconenbeke, capellanus, dominus Thydericus, Zabellus de kriwitz, henricus winttervelde et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno incarnacionis Domini M°. CCC°. XXX°., feria tercia poſt feſtum palmarum.

XXXIX. Die Gebrüder von Kerkow überlaſſen dem Dietrich von Friedland die Hebung von 50 Rauchhühnern aus Weghun, womit ſie 4 Talente von einer Schuld ihres Vaters decken, am 12. Dezember 1331.

Ad univerſorum ſingulorumque noticiam perveniat, Quod nos Petrus, Georgius et thidericus, dicti de kerkowe, dimiſimus et preſentibus dimittimus quinquaginta pullos redituum ſingulis annis tollendos abſque quolibet inpedimenti et contradictionis genere debitis terminis et conſuetis in villa noſtra weghun, partem tamen dictorum pullorum fumigalium, qui Roc-hunre dicuntur et partem aliorum, ſicut eos tenuimus in villa prenotata, Honeſto viro Thiderico, dicto de vredelant, quamdiu idem vitam traxerit ſuper terram. Ipſo vero defuncto, deo ſic volente, Dominus Thidericus eius filius in dicta villa plebanus, dictos pullos eiſdem terminis tollet et percipiet ſine impedimento quolibet temporibus eciam ſue vite. Ipſis vero ambobus, ſcilicet patre et filio iam dictis, viam univerſe carnis ingreſſis, ſepedicti pulli ad nos immediate divolventur. Et pro dicta dimiſſione ſepedictus Thidericus, dictus de vredelant, nobis quatuor talenta denariorum brandenburgenſium defalcavit, de hiis videlicet decem talentis, in quibus pater noſter pie memorie eidem tenebatur. Ut igitur ſepedicta noſtra dimiſſio per nos vel aliquem noſtrorum, aut noſtrorum ſucceſſorum non infringatur, ſed ut dictum eſt, in ſuo robore et vigore perſeveret, preſentem litteram ſuper hec confectam iuſſimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Teſtes huius ſunt Ghedekinus, dictus de Irkeſſleve, miles, hennighus de wintervelt, Zabellus de Crywiz, aliique plurimi fide digni. Datum anno Domini MCCCXXXI°., ſecundo Idus Decembris.

XL. Benedict XII. beſtätigt dem Kloſter Marienpforte alle von ſeinen Vorfahren, ſowie von Königen und Fürſten verliehenen Rechte und Freiheiten, im Jahre 1332.

Benedictus, epiſcopus, ſervus ſervorum dei, Dilectis in Chriſto filiabus .... Abbatiſſe et conventui monaſterii monialium in Boycenborch, Ciſtercienſis ordinis, Brandenburgenſis diocefis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis et honeſtis petencium precibus favorem benevolum impertiri. Eapropter, dilecte in domino filie, veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus, ſive privilegia vel alias indulgencias vobis et monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum, a regibus et principibus et aliis Chriſti fidelibus racionabiliter vobis indultas, ſicut eas iuſte et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Avinion, Idibus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XLI. Die Gebrüder von Kerkow ſchenken der Pfarrei zu Malendorf für den Pfarrer in Warte vier Hufen und mehre Netze für ſonn- und feſttägliche Meſſen, am 18. Juni 1332.

In nomine Domini, Amen. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ante Chriſti tribunal ſtabimus, reddituri prout geſſimus in corpore racionem, oportet, quod diem illam tremendam pietatis operibus prevenire, et ea nunc ſeminare in terris, que domino annuente mercamur metere tunc in celis. Nos igitur Petrus, Georgius et Thidericus fratres, dicti de Kercow, lucide profitemur harum teſtimonio litterarum, quod ob divini cultus aucmentum ſalutemque omnium noſtrorum progenitorum animarum et noſtrarum libero et unanimi conſenſu dedimus et appoſuimus doti eccleſie in Malendorp quatuor manſos cum omni libertate, commodo atque fructu, cum paſcuis, graminibus atque lignis, cum participacione quoad omnes fructus ſecundum numerum dictorum quatuor manſorum, prout incole ville dicte ſecundum numerum ſuorum manſorum hiis fruuntur, per dominum Johannem, nunc in Wartis plebanum et ſuos in poſterum ſucceſſores abſque ulla contradictione ad infeſtacione tempore perpetuo poſſidendos, Hiis eciam ſic ad dictos quatuor manſos ſpectantibus utendis et deportandis in loca dicto domino Johanni ſuisque ſucceſſoribus expedientia et placentia omni inpedimenti genere proculmoto. Inſuper appoſuimus dicte doti unum ſpacium in ſtagno noſtro Cuſtryn, quod vulgariter eyn were dicitur ad ponendos gurgites qui ruſen dicuntur, et quatuor iactalia recia et unum rete, quod dicitur eyn ſtokenette, faventes et permittentes, ut dictus nunc in Wartis plebanus et ſui in poſterum ſucceſſores, cuicunque placuerit, pro ſuo commodo officianda hec committant. Hec omnia atque ſingula dedimus et preſentibus damus omni iure, quo ſupra, atque omni eccleſiaſtica libertate ſine omni eciam noſtrorum in poſterum heredum aut ſucceſſorum contradictione perpetue duratura. Pro hiis omnibus nomine elemoſinarum ſic appoſitis dictus plebanus in Wartis et ſui ſucceſſores per ſe vel per alium ſacerdotem in ſepedicta eccleſia Malendorp miſſas celebret omnibus ſextis feriis diebus atque dominicis et feſtivis. In huius teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus juſſimus apponenda. Teſtes dominus Petrus, prepoſitus ſanctimonialium in Boyceneborch, dominus Gherke de Irkeſſleve miles, aliique quam plurimi fide digni. Datum et actum Anno Domini MCCCXXXII in die corporis Chriſti.

XLII. Albert, Herr von Mecklenburg, Stargard und Roſtock, beſtätigt den Verkauf des Dorfes Roſenow und mehrerer Seen an das Kloſter Marienpforte für 250 Marck Silbers, am 25. April 1333.

Nos Albertus, dei gracia Magnopolenſis, Stargardie et Rozſtok dominus, preſencium tenore publice recognoſcimus proteſtando, quod in noſtra conſtituti preſentia Copko, Conradus et filii Ghevehardi dicti de Valkenberghe, ac Otto de Wothenowe, noſtri fideles, de noſtro, heredum ipſorum ac omnium aliorum, quorum intereſt, aut intereſſe poterit, beneplacito et et conſenſu vendiderunt, dimiſerunt et animo deliberato reſignaverunt viro diſcreto, prepoſito ſan-

ctimonialium in Boyceneborg totique conventui ſanctimonialium ibidem, integram et totam villam Roſenowe cum omnibus diſtinctionibus et terminis ſuis ad ipſam ab antiquo pertinentibus, cum agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, ſilvis et memoribus ſcilicet Keubroch, cum aquis, Aquarum decurſibus et ſtagnis videlicet Gryben et Tziſt, piſcacionibus, viis et inviis, cum judicio majore, videlicet manus et colli, ac minore, cum precaria, exactionibus, molendinorum vectura, utilitatibus, fructibus et ſuis attinenciis univerſis et ſingulis, pro ducentis marcis Brandenburgenſis argenti necnon omnium predictorum proprietatem pro quadraginta marcis eiuſdem argenti, ipſis, ut recognoverunt, integraliter perſolutis, temporibus perpetuis poſſidendas, et pro ſuis uſibus libere ordinandas, prout hanc villam cum premiſſis utilitatibus dicti venditores hactenus liberius poſſederunt. Nos quoque ad utriusque partis inſtanciam ipſis prepoſito et conventui ſanctimonialium in Boycenborch predictis, hanc villam Roſenowe cum omnibus libertatibus, utilitatibus et diſtinctionibus modo, quo premittitur, contulimus earum ſervicio, et conferimus in hiis ſcriptis, tali nichilominus interpoſita condicione, quod dicte ville diſtinctiones et termini noſtro adiacent dominio velut ab antiquo tam in longum, quam in latum, nec a nobis et heredibus noſtris ac ſucceſſoribus alienentur et minuantur; Et quod eciam omnes cauſe et querimonie ex hac villa et eius utilitatibus, attinenciis et diſtincionibus emergentes et ſurgentes, que per dictos prepoſitum et conventum nequeant diffiniri et terminari, coram nobis et advocato noſtro Stargardenſi in forma juris, et non coram domino extraneo decidantur, uel amicabili compoſicione reformentur, — ſimiliter etiam quod prepoſitus, qui pro tempore fuerit, et ſanctimoniales in Boyceneborg, ac villani agros prefate ville colentes, ad miniſtracionem exactionum et precariarum preſtacionem de hac villa Roſenowe et eius attinenciis univerſis, ut ceteri ſubditi vaſallorum noſtrorum proprietatem eciam ſuorum habentium bonorum, nobis et heredibus noſtris obligentur et teneantur. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt Wedegho de plote, Otto de Dewiz, Bodo et Nicolaus de helpede, Lyppoldus Bere et Albertus Warbach milites noſtri, ac alii plures fide digni. Datum Quaſtenberghe, anno domini M° CCC° XXX tercio dominica, qua cantatur Jubilate. — —

XLIII. Das Kloſter Marienpforte verkauft zur Dotation eines Altars in Granſee Hebungen aus dem Hufenzinſe und aus der Mühle zu Fürſtenberg, am 23. Juni 1334.

In nomine domini, Amen. Ad perpetuam memoriam ſubſcriptorum. Nos Oda, (abgekürzt von Odilia) dei gracia abbatiſſa, Yda prioriſſa, nec non totus conventus ſanctimonialium in Boyzenburch, tenore preſencium publice proteſtamur, quod cum devoti in Chriſto dominus Nicolaus, dictus Dyreke, ſacerdos, nec non Gregorius de Borch, patruus eius, morantes in Granzoye, de noviſſimis ſuis cogitantes, altare quoddam in eccleſia parochiali antedicte civitatis Granzoye conſtruxerint, et in honore beatiſſime virginis Marie ac omnium apoſtolorum fecerint conſecrari, nos, huius ſalutaris operis cupientes eſſe participes, ad dotacionem eiuſdem de communi et concordi conſilio et conſenſu omnium noſtrarum ſanctimonialium, quarum intereſt vel intereſſe

poterat, et ſpecialiter de conſenſu et conſilio honorabilis viri domini Petri, prepoſiti et procuratoris noſtri, nomine eccleſie noſtre predicte, vendidimus prefatis VII talentorum Brandenburgenſium redditus, provenientes annuatim de cenſu manſorum civitatis Vorſtenberch, perſolvendos in die Martini finaliter, et unum chorum ſiliginis annuum in pachtu molendini ibidem, pro ſexaginta marcis Stendalienſis argenti, nobis in pecunia numerata perſolutis et in noſtrum uſum converſis, percipiendos perpetue ſine omni impedimento pleno jure pheodi, et cum omni proprietate reddituum predictorum. Sane de redditibus eiſdem Agnes, filia fratris ſui, clauſtralis in Lyndow, unum talentum, et Sophia, puella ſecularis, reſidens in Granzoy, eciam filia fratris dicti Dyrekini, unum talentum, quoad vixerint, in ſolidum poſſidebunt. Quibus de medio ſublatis, antedicta duo talenta cum omni uſu redibunt ad altare ſepedictum. Collacionem vero, ordinacionem et proviſionem eiusdem altaris, dum vacaverit, habebit Diriko primo et Gregorius ex conſequenti, poſt quorum mortem collacio, ordinacio et proviſio prefata ad nos libere cum omni iure devolvetur, addicientes, quod, ſi infra menſem proximum, poſtquam idem altare vacaverit, et nobis de vacacione ipſius conſtiterit, ipſum conferre aut de ipſo ordinare vel providere neglexerimus, ex tunc collacio, ordinacio et proviſio eiuſdem pro illa vice tantum ad conſules memorate civitatis pertinebit, et quotiens taliter negligencia in preſentacione acciderit, tociens eadem devolucio apud conſules prefatos erit. Ut autem predictus contractus iugiter hinc inde maneat inconcuſſus, et nos abbatiſſa, prioriſſa et totus conventus antedicti, nomine noſtre eccleſie et omnium, quorum intereſſe poterit, in perpetuum obligamus nos ad predictum contractum in omnibus ſuis clauſulis ſine qualibet reciſione conſervandum. Renunciamus igitur ſollempniter dictis redditibus et eorum proprietatibus, nec non ſucceſſioni et iuri ipſorum, nobis aut eccleſie noſtre in ſempiternum competenti, ſed pocius tanquam deo dicati ipſi altari annexi ad uſum ſecularem non redibunt. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum et ſigillum domini Petri, noſtri prepoſiti, preſentibus ſunt annexa. Teſtes eciam ſunt conſules civitatis Granzoy, ſcilicet Heymericus, Albertus Beyendorp, Conradus, Nicolaus Uden, Albus Wilhelmus, et plures alii fide digni. Datum Granzoy, anno domini M° CCC° XXXIV° in vigilia beati Johannis baptiſte.

Aus dem Originale im Domarchive zu Brandenburg aus Hefter's Mittheilung.

XLIV. Biſchof Friedrich von Cammin fügt dem Patronatsrecht des Kloſters Marienpforte über Heſſenhagen, Claushagen, Crewitz, Hardenbeck und Boizenburg das über Wittſtock und Herzleben hinzu, am 12. Mai 1335.

In nomine ſancte et individue trinitatis, Amen. Fredericus, dei gracia epiſcopus eccleſie caminenſis ad perpetuam rei memoriam. Cum a nobis, quod iuſtum eſt, petitur, ordo iuris et vigor expoſtulat racionis, ut ad effectum debitum perducamus, quod tunc eo prompcius facimus, cum in huiusmodi cultum divinum augeri conſpicimus que libenti animo perhennando, quantum auctoritate ordinaria poſſimus, confirmamus. Sane vidimus et audivimus venerabilium in Chriſto patrum Hermanni, Hinrici et conradi, quondam epiſcoporum eccleſie Caminenſis, noſtrorum predeceſſorum pie memorie, litteras ſuper quasdam gracias et prerogativa de quibusdam eccleſiis infra ſcriptis, facta

religioſis dominabus.. abbatiſſe Totique Collegio ſanctimonialium in boyceneborch noſtre dyoceſis et eorum confirmaciones deſuper confectas, quarum eccleſiarum ius patronatus ad dominas ſanctimoniales ex donacione pura et libera magnificorum principum Johannis, Conradi et Ottonis, Brandeborgenſium et Luſacie marchionum pacifice ab antiquo pertinuit et adhuc dinoſcitur pertincre, quarum tenor ſequitur in hec verba:

Nos Conradus, dei gracia caminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſencia inſpecturis, notum eſſe cupimus, quod litteras venerabilium patrum eiusdem eccleſie quondam epiſcoporum recepimus in hec verba. (Cfr. No. XXVI. de 1319):

Henricus — — (hier folgt die wörtliche Anführung von No. XVII. de 1303, mit eingeſchalteter älteſter Urkunde No. III. de 1281, welche letztere allen zum Grunde liegt), incl. des Schluſſes: Nos igitur huiusmodi predicta etc. Darauf der Schluss von No. XXVI. de 1319: Hanc igitur donacionem et confirmacionem etc. Darauf fügt der Biſchof Fredericus in der vorliegenden Urkunde hinzu:

Nos autem predeceſſorum noſtrorum volentes veſtigiis inherere, cupientesque in dicto collegio divinum cultum, prout poſſumus, feliciter adaugere, predicta omnia et ſingula per noſtros predeceſſores ex cauſis iuſtis et racionabilibus deifice facta et confirmata, auctoritate noſtra apoſtolica approbamus et ratificamus et de novo in nomine domini ratificando confirmamus. Cum igitur ex certa experiencia, que eſt rerum magiſtra, evidenter congnovimus et multorum fide dignorum relacione et predictarum ſanctimonialium humili inſinuacione ſimus efficaciter informati, quod redditus et proventus ſint ita tenues et exiles, quod de eis non potuerunt ſecundum ipſarum decenciam commode ſuſtentari, ob dictam remuneracionem et noſtram ſalubrem memoriam ad peticionem condignam premiſſarum paterna ſollicitudine eiſdem de remedio oportuno cupientes providere, ut liberius et fervencius omnium creatori valeat famulari, Eccleſias parochiales villarum Wizſtock et herſleve dicte noſtre dyoceſis, cum earum iuribus, proventibus, redditibus quibuscunque, quarum ius patronatus pertinet ad easdem, una cum ſupranotatis quatuor eccleſiis predictis, abbatiſſe et eccleſie eius conventuali, auctoritate noſtra predicta preſentibus decrevimus adiungendas — Dantes et concedentes dictis abbatiſſe et conventui earumque proviſori liberam facultatem, ut poſſint in prenominatis eccleſiis, cum vacaverint, perpetuos ponere vicarios vel temporales ydoneos et honeſtos, qui ipſis eccleſiis preſint et debita et conſueta ſervicia eiſdem inpendant, nec non ſacramenta eccleſiaſtica parochianis ibidem degentibus miniſtrabunt, ipſis tamen vicariis vel preſentatis de proventibus dictarum eccleſiarum pro ſuſtentacione corporum ſuorum conpetenti porcione reſervata, Juribus tamen Epiſcopalibus in eiſdem eccleſiis et vicariis nobis et noſtris ſucceſſoribus perpetuis temporibus reſervatis, Addicientes autem, quod, cum in dictis eccleſiis vicarios perpetuos vel temporales ponere voluerint, ipſos ad recipiendum curam animarum nobis noſtrisque ſucceſſoribus preſentabunt, non obſtante clauſula de inſtitucione tamen archidyaconi ſuperius nominata. Volentes inſuper dictis ſanctimonialibus et earum proviſori meritorum ſuorum intuitu graciam facere ſpecialem, auctoritate preſencium harum eiſdem indulgemus, ut prepoſitus vel proviſor earum, qui pro tempore fuerit, eccleſiam parochialem opidi boycenborch teneat, regat et Gubernet, ac eidem eccleſie preſit; ſed tamen tali officio fuerit conſtitutus cum condicione de oblacionibus fidelium ſuperius expreſſata, ſicuti temporibus quorundam proviſorum ab antiquo fieri eſt conſuetum, ut onera ipſius collegii liberius et commodius valeat ſupportare, Juribus tamen epiſcopalibus, quantum ad ipſam eccleſiam et eius inſtitucionem canonicam nobis noſtrisque ſucceſſoribus in omnibus ſalvis, prout de aliis eccleſiis ſuperius eſt expreſſum. Inhibentes ſub pena anathematis, ne quisquam cuiuſcunque condicionis,

ſtatus aut preeminencie fuerit, dictas ſanctimoniales vel earum vicarios, quos in dictis eccleſiis duxerint ſtatuendos, in eccleſiis aut bonis eis pertinentibus, contra hanc graciam et predeceſſorum noſtrorum ac noſtram preſentem confirmacionem aliquatenus impediat, vel impedire preſumat, ſeu aliquid in premiſſis ſibi vendicet aut uſurpet, ſicuti omnipotentis dei et noſtram voluerit canonicam evitare ulcionem. Ut autem premiſſa et premiſſorum quodlibet firma et illeſa perſeverent, ad maiorem huius rei evidenciam noſtrum ſigillum preſentibus duximus appendendum. Datum et actum Zwerin, anno domini Milleſimo trecenteſimo triceſimo quinto, quarto nonas Maij, pontificatus noſtri anno quinto.

XLV. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Kloſter Marienpforte gewiſſe Hebungen in der Stadt Fürſtenberg und in den Dörfern Schmiedeberg und Golinze, am 4. Juli 1338.

In nomine ſancte et individue trinitatis, Amen. Ut ea, que ſub tempore fiunt, non ſimul cum tempore labantur, neceſſe eſt, ut litteris autenticis ac ydoneorum voce teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludowicus, dei gracia brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bavarie, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, omnibus tam preſentibus quam futuris notum facimus publice proteſtando, quod divine remuneracionis intuitu, ac predeceſſorum noſtrorum animarum ob reſpectum, devotis in Chriſto perſonis nobis dilectis ſanctimonialibus clauſtri boycenburg bona infra ſcripta, videlicet ſeptem talenta in civitate vurſtenberge in cenſu manſorum ibidem, in molendino unum chorum ſiliginis, in villa ſmedeberg quinque choros tritici, quinque choros avene, quos ab yeſkino lykever pro pecunia propria racionabiliter emerunt, eccleſiam ville Golinze, duo talenta denariorum brandenburgenſium annuatim in abſencia ſolventem, per borkonem de Kyrchowe ipſis pure et ſimpliciter propter deum donatam, damus et approbamus, cum omni iure, proprietate, ſummo atque ymo, cum omni ſervicio, quocunque modo cenſeatur, cum omni precaria, omnique decima maiori ac minuta, ſine omni periculo ac inpedimento perpetuis temporibus pacifice poſſidenda. Renunciamus eciam pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus in bonis ſupradictis omni iuri, acioni et impeticioni, nobis pronunc conpetentibus, vel que nobis in eiſdem conpetere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius rei teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero ſunt ſtrenui et milites Almannus de Deygenberge, Johannes Huſener, Camere noſtre magiſter, Gerhardus wolf, dominus Johannes de Kungeſperge, plebanus, Nycolaus Oldria, civis de Premzla, adam civis de Poſewalk, cum ceteris pluribus fide Dignis. Datum Frankinfurth anno domini milleſimo CCC° triceſimo octavo in die ſancti Uldalrici.

---

religioſis dominabus.. abbatiſſe Totique Collegio ſanctimonialium in boyceneborch noſtre dyoceſis et eorum confirmaciones deſuper confectas, quarum eccleſiarum ius patronatus ad dominas ſanctimoniales ex donacione pura et libera magnificorum principum Johannis, Conradi et Ottonis, Brandeborgenſium et Luſacie marchionum pacifice ab antiquo pertinuit et adhuc dinoſcitur pertincre, quarum tenor ſequitur in hec verba:

Nos Conradus, dei gracia caminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſencia inſpecturis, notum eſſe cupimus, quod litteras venerabilium patrum eiusdem eccleſie quondam epiſcoporum recepimus in hec verba. (Cfr. No. XXVI. de 1319):

Henricus — — (hier folgt die wörtliche Anführung von No. XVII. de 1303, mit eingeſchalteter älteſter Urkunde No. III. de 1281, welche letztere allen zum Grunde liegt), incl. des Schluſſes: Nos igitur huiusmodi predicta etc. Darauf der Schluss von No. XXVI. de 1319: Hanc igitur donacionem et confirmacionem etc. Darauf fügt der Biſchof Fredericus in der vorliegenden Urkunde hinzu:

Nos autem predeceſſorum noſtrorum volentes veſtigiis inherere, cupientesque in dicto collegio divinum cultum, prout poſſumus, feliciter adaugere, predicta omnia et ſingula per noſtros predeceſſores ex cauſis iuſtis et racionabilibus deifice facta et confirmata, auctoritate noſtra apoſtolica approbamus et ratificamus et de novo in nomine domini ratificando confirmamus. Cum igitur ex certa experiencia, que eſt rerum magiſtra, evidenter congnovimus et multorum fide dignorum relacione et predictarum ſanctimonialium humili inſinuacione ſimus efficaciter informati, quod redditus et proventus ſint ita tenues et exiles, quod de eis non potuerunt ſecundum ipſarum decenciam commode ſuſtentari, ob dictam remuneracionem et noſtram ſalubrem memoriam ad peticionem condignam premiſſarum paterna ſollicitudine eiſdem de remedio oportuno cupientes providere, ut liberius et fervencius omnium creatori valeat famulari, Eccleſias parochiales villarum Wizſtock et herſleve dicte noſtre dyoceſis, cum earum iuribus, proventibus, redditibus quibuscunque, quarum ius patronatus pertinet ad easdem, una cum ſupranotatis quatuor eccleſiis predictis, abbatiſſe et eccleſie eius conventuali, auctoritate noſtra predicta preſentibus decrevimus adiungendas — Dantes et concedentes dictis abbatiſſe et conventui earumque proviſori liberam facultatem, ut poſſint in prenominatis eccleſiis, cum vacaverint, perpetuos ponere vicarios vel temporales ydoneos et honeſtos, qui ipſis eccleſiis preſint et debita et conſueta ſervicia eiſdem inpendant, nec non ſacramenta eccleſiaſtica parochianis ibidem degentibus miniſtrabunt, ipſis tamen vicariis vel preſentatis de proventibus dictarum eccleſiarum pro ſuſtentacione corporum ſuorum conpetenti porcione reſervata, Juribus tamen Epiſcopalibus in eiſdem eccleſiis et vicariis nobis et noſtris ſucceſſoribus perpetuis temporibus reſervatis, Addicientes autem, quod, cum in dictis eccleſiis vicarios perpetuos vel temporales ponere voluerint, ipſos ad recipiendum curam animarum nobis noſtrisque ſucceſſoribus preſentabunt, non obſtante clauſula de inſtitucione tamen archidyaconi ſuperius nominata. Volentes inſuper dictis ſanctimonialibus et earum proviſori meritorum ſuorum intuitu graciam facere ſpecialem, auctoritate preſencium harum eiſdem indulgemus, ut prepoſitus vel proviſor earum, qui pro tempore fuerit, eccleſiam parochialem opidi boycenborch teneat, regat et Gubernet, ac eidem eccleſie preſit; ſed tamen tali officio fuerit conſtitutus cum condicione de oblacionibus fidelium ſuperius expreſſata, ſicuti temporibus quorundam proviſorum ab antiquo fieri eſt conſuetum, ut onera ipſius collegii liberius et commodius valeat ſupportare, Juribus tamen epiſcopalibus, quantum ad ipſam eccleſiam et eius inſtitucionem canonicam nobis noſtrisque ſucceſſoribus in omnibus ſalvis, prout de aliis eccleſiis ſuperius eſt expreſſum. Inhibentes ſub pena anathematis, ne quisquam cuiuſcunque condicionis,

ſtatus aut preeminencie fuerit, dictas ſanctimoniales vel earum vicarios, quos in dictis eccleſiis duxerint ſtatuendos, in eccleſiis aut bonis eis pertinentibus, contra hanc graciam et predeceſſorum noſtrorum ac noſtram preſentem confirmacionem aliquatenus impediat, vel impedire preſumat, ſeu aliquid in premiſſis ſibi vendicet aut uſurpet, ſicuti omnipotentis dei et noſtram voluerit canonicam evitare ulcionem. Ut autem premiſſa et premiſſorum quodlibet firma et illeſa perſeverent, ad maiorem huius rei evidenciam noſtrum ſigillum preſentibus duximus appendendum. Datum et actum Zwerin, anno domini Milleſimo trecenteſimo triceſimo quinto, quarto nonas Maij, pontificatus noſtri anno quinto.

XLV. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Kloſter Marienpforte gewiſſe Hebungen in der Stadt Fürſtenberg und in den Dörfern Schmiedeberg und Golinze, am 4. Juli 1338.

In nomine ſancte et individue trinitatis, Amen. Ut ea, que ſub tempore fiunt, non ſimul cum tempore labantur, neceſſe eſt, ut litteris autenticis ac ydoneorum voce teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludowicus, dei gracia brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bavarie, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, omnibus tam preſentibus quam futuris notum facimus publice proteſtando, quod divine remuneracionis intuitu, ac predeceſſorum noſtrorum animarum ob reſpectum, devotis in Chriſto perſonis nobis dilectis ſanctimonialibus clauſtri boycenburg bona infra ſcripta, videlicet ſeptem talenta in civitate vurſtenberge in cenſu manſorum ibidem, in molendino unum chorum ſiliginis, in villa ſmedeberg quinque choros tritici, quinque choros avene, quos ab yeſkino lykever pro pecunia propria racionabiliter emerunt, eccleſiam ville Golinze, duo talenta denariorum brandenburgenſium annuatim in abſencia ſolventem, per borkonem de Kyrchowe ipſis pure et ſimpliciter propter deum donatam, damus et approbamus, cum omni iure, proprietate, ſummo atque ymo, cum omni ſervicio, quocunque modo cenſeatur, cum omni precaria, omnique decima maiori ac minuta, ſine omni periculo ac inpedimento perpetuis temporibus pacifice poſſidenda. Renunciamus eciam pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus in bonis ſupradictis omni iuri, acioni et impeticioni, nobis pronunc conpetentibus, vel que nobis in eiſdem conpetere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius rei teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero ſunt ſtrenui et milites Almannus de Deygenberge, Johannes Huſener, Camere noſtre magiſter, Gerhardus wolf, dominus Johannes de Kungeſperge, plebanus, Nycolaus Oldria, civis de Premzla, adam civis de Poſewalk, cum ceteris pluribus fide Dignis. Datum Frankinfurth anno domini milleſimo CCC° triceſimo octavo in die ſancti Uldalrici.

XLVI. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster Marienpforte gewisse Hebungen von Geld und Rauchhühnern in Weghun, welche es von dem Büger Rudolph Gotow gekauft hat, am 4. Juli 1338.

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Ut ea, que sub tempore fiunt, non simul cum tempore labantur, necesse est, ut litteris autenticis ac ydoneorum voce testium robor accipiant firmitatis eterne. Hinc est, quod nos Ludowicus, dei gracia etc. omnibus tam presentibus, quam futuris notum facimus publice protestando, quod divine remuneracionis intuitu ac predecessorum nostrorum animarum ob respectum, devotis in Christo personis nobis dilectis sanctimonialibus claustri boycenburg bona infra scripta, videlicet quinque talenta reddituum et septem solidos in censu octo mansorum et dimidii ac in taberna cum decima maiori ac minuta in villa weghun, omnesque pullos fumigales ville tocius eiusdem, tribus exceptis, que quidem bona a Rudolfo gotow et suis fratribus, civibus in premzlaw racionabiliter emerunt, damus et approbamus cum omni proprietate sine omni periculo ac inpedimento perpetuis temporibus pacifice possidenda. Renunciamus eciam pro nobis et nostris successoribus in bonis supradictis omni iuri, actioni et inpeticioni nobis pro nunc competentibus, vel que nobis in eisdem competere possent aliqualiter in futurum. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero sunt strenui milites almannus de Deygenberge, Johannes Husener, Camere nostre magister, Gerhardus wolf, Dominus Johannes de Kungesperge plebanus, nycolaus Oldria civis de premzlaw, adam civis de Posewalk, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Frankinfurth, Anno Domini millesimo CCC° tricesimo Octavo, in die Uldarici.

XLVII. Probst und Aebtissin versprechen dem Nicolaus von Worm zwei Mal jährl. Vigilien und Seelenmessen zum Andenken seiner Eltern für zwei Talente brandenburg. Silbers, am 5. Januar 1340.

Ad certam ac perpetuam rerum gestarum in nomine dei memoriam. Nos Petrus prepositus, Odilia abbatissa de permissione divina, Totusque conventus sanctimonialium in boyceneborch camynensis dyocesis, Recognoscendo et protestando presentibus ad universorum atque singulorum in perpetuum noticiam volumus pervenire, quod Nicolaus, filius olim Hinrici dicti Worm pie memorie, ammonitus et inductus hoc videlicet verbo: „si dileximus viventem, diligamus mortuum“ a nobis, de bonis sibi a deo omnipotente concessis et ad ipsum de suis progenitoribus iure hereditario devolutis, duo talenta reddituum in prompcioribus redditibus ville nostre herfleve pro duodecim marcis argenti rite et racionabiliter comparavit, que conventui nostro ad faciendum servicium singulis annis duabus vicibus, videlicet dominica ante diem beati Georgii, vel proxima post una vice, atque dominica ante Mathei vel proxima post altera vice, prout dicto conventui magis videbitur expedire, et ad ministrandum nobis universaliter in carnibus et cervisia valentibus, perpetuo

tempore et ad perfruendum, ſicut premiſſum eſt, tribuit et donavit. Nos vero volentes refuſionem pro poſſibilitate, qua poſſumus, in ſpiritualibus facere diem anniverſarium obitus ſupradicti Hinrici dicti Worm pie memorie, in dominica ante Georgii vel poſt, diemque obitus Anniverſarium Mechtildis quondam uxoris dicti Heinrici pie recordacionis in dominica ante Mathei vel proxima poſt, ut dictum eſt, progenitorum dicti Nicolai, cum vigiliis ac miſſarum ſollempniis diligentia atque devocione, qua poſſumus, perpetuo tempore peragemus. Ut vero hec omnia ac ſingula inviolata atque rata perpetue perſeverent, preſentem litteram inde confectam ſigillis prepoſiti predicti atque capituli ſanctimonialium predictarum duximus roborandam. Teſtes huius ſunt diſcreti viri dominus Thidericus de berona, Nicolaus dictus de borch preſbyteri, Thidericus et fredericus dicti de Walfleve, armigeri, Gregorius de borch, Conradus et henricus dicti buk fratres, cives in premzlaw, layci, et alii quam plures clerici et layci fidei et honoris conſtancia purpurati. Datum et actum Anno domini MCCCXL° In vigilia Epiphanie domini noſtri iheſu Criſti.

XLVIII. Markgraf Ludwig giebt dem Kloſter Marienpforte das Dorf Kuhz gegen das Dorf Heſſenhagen und einige andere Güter, am 25. Februar 1340.

Noverint univerſi Tenorem preſencium inſpecturi, quod nos Ludowicus, dei gracia brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bavarie, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, matura et bona deliberacione prehabita, concambium et permutacionem quarundam villarum aliorumque bonorum annuorum redituum cum honorabilibus et religioſis deodicatis perſonis abbatiſſa, prioriſſa et conventu monaſterii boyzenborch, Cyſtercienſis ordinis, ſincere nobis dilectis, convenimus et convenire fecimus in hunc modum, videlicet quod abbatiſſa, prioriſſa et capitulum prenominatum, publica et ſollempni renunciacione literarumque magnificorum principum marchionum brandenburgenſium, videlicet Johannis, Ottonis, Conradi et Woldemari, pie recordacionis, predeceſſorum noſtrorum, voluntaria renunciatione totam villam heſſenhagen cum omnibus manſis ſibi adiacentibus, et manſorum pactu, cum precaria denariorum et annone, cum curruum ſervicio et decima maiori et minuta, cum omni jure ſupremo atque ymo, et iure patronatus omnibusque ſuis proventibus, et quedam alia bona in vornholte et wiſmarowe penitus nobis dimiſerunt, predictisque bonis et redditibus renunciaverunt, ſic, quod ipſis nec ipſarum ſucceſſoribus in premiſſis bonis non conpetat nec conpetere debebit aliquod ius vel accio eccleſiaſtica aut mundana pro nunc aliqualiter in futurum. Pro quorum quidem bonorum et reddituum annuorum donacione, reſignacione et renunciacione, prout premittitur benivolencius nobis factis, ipſis ex beneficio mentis noſtre, integram villam Koz cum omnibus manſis ſibi adherentibus et pactu manſorum, Kozatis et taberna, jureque patronatus, eiusdem eciam ville precariam denariorum et annone, cum curruum ſervicio, decima maiori ac minuta, ſimiliter et ſtagnum quoddam prope villam ſuis cum limitibus, diſtinctionibus et terminis, cum quadam inſula in ſtagno predicto, que vulgariter dicitur beulozenwerder, (der be- oder umfloſſene Werder), omni cum homagio villa in eadem, ceterisque cum lignis in campo eiusdem ville ubique creſcentibus, paludibus et rubetis, paſcuis, viis ac inviis, cum omni jure ſupremo atque ymo, ceterisque omnibus cum proventibus, fructibus, uti-

litatibus et quibuslibet ſerviciis, quocunque nomine cenſeantur, damus, appropriamus et preſentibus appropriavimus perpetuis temporibus ſine inquietatione et revocacione qualibet poſſidenda, renunciantes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, accioni et impeticioni, que nobis in premiſſis bonis et redditibus conpetebant hactenus, vel nobis competere poſſent aliqualiter in eiſdem, Volentes, litteras ſive munimenta quecunque ſupra bonis ſive reditibus per abbatiſſam, prioriſſam et capitulum prenotatum publice renunciatas, poſt datam preſencium ſi que in poſterum adinventa fuerint, nullius fore roboris, ſed eſſe omnibus ſuis viribus deſtituta. Volumus eciam, ut omnes et ſinguli, bona pheodalia ſive redditus in eadem villa habentes, deo ſe humiliant, et de cetero bona ſua pheodalia ab ipſo deo, abbatiſſa et monaſterio predicto pheodanda habeant et acceptent. Si vero aliquis ipſorum absque heredibus morerctur, eius redditus non nobis nec aliquibus aliis, ſed ſanctimonialibus et monaſterio predicto libere cedent eisque divolventur. In eius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes vero huius ſunt: nobilis vir Guntherus, comes de Swarzburg, dominus Johanns de buch, capitaneus noſter dilectus, Johannes Huſener, camere noſtre magiſter, beringerus helo, marſchalcus, bonbrecht, pincerna, milites, Gerekinus Wolf, officiatus noſter, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum berlyn, anno domini M° CCC° quadrageſimo, in craſtino beati Mathie.

XLIX. Der Knappe Georg von Kerkow verpfändet und verkauft dem Kloſter Marienpforte Beſitzungen im Dorfe Cerwelyn und in Boizenburg, ſowie den See Trebbow, am 29. October 1340.

Noſcat nacio preſencium et felix ſucceſſus futurorum, quod ego Georgius famulus de kerkow dictus, lucide proteſtor in hiis ſcriptis, quod religioſis perſonis et dilectis noſtris in Chriſto, abbatiſſe et conventui ſanctimonialium cenobii in boycenborgh, obligor ſeu teneor LII marcas argenti et ponderis, quas mihi in prompto propagaverunt, pro quo quidem argento obligavi et obligo in preſenti pro pignore duas partes tocius ville Cervelyn, et duas partes ſtagni Trebbowe, cum omni fructu et utilitate, et cum omnibus eorum attinenciis, Inſuper IIII^{or} manſos, duos in novo campo et duos in antiquo campo ville boycenborghe et unam aream in predicta villa Boycenborghe, quas Gycelerus quondam poſſidebat, tali tamen condicione interpoſita, quum predicta bona redimere voluero, ut debeo, tunc predictos IIII^{or} manſos indefertos reſignabunt. Preterea recognoſco ſerie in preſenti, me predicto conventui vendidiſſe rite et racionabiliter XIIII^{or} Coſſatos pro XII marcis argenti prope curias exiſtentes a via prenſlavia circumnumerando, cum omni fructu et utilitate, et cum omnibus attinenciis, cum iudicio ſummo et infimo, cum pactu, ſervicio, decima, prout, dum mei fuerunt, mihi competebant — Et quandocunque requiſitus fuero, eoſdem Coſſatos coram domino meo marchione reſignabo predicto conventui perpetuis temporibus poſſidendos. Ne huiuscemodi mea obligatio aut vendicio a me aut ſucceſſoribus irritetur, preſentem litteram ex certa mea ſciencia munimine mei ſigilli feci roborari. Datum et Actum Boycenborghe, anno domini MCCCXL° ſequenti die apoſtolorum Simonis et Jude.

L. Papſt Clemens VI. trägt dem Probſt in Neu-Angermünde auf, dem Kloſter Marienpforte die widerrechtlich entfremdeten Güter wieder zu verſchaffen, am 1. April 1342.

Clemens epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilecto filio .. Prepoſito in Nova Angermunde, Brandenburgenſis dioceſis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectarum in Chriſto filiarum abbatiſſe et Conventus Monaſterii Sanctimonialium in Boicenborch, ordinis Ciſtercienſis, Camminenſis dioceſis, precibus inclinati, preſencium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipſius monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad ius et proprietatem eiuſdem monaſterii legitime revocare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellacione poſtpoſita, compoſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, et ſe gracia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellacione ceſſante, compellas, veritati teſtimonium perhibere. Datum Avinione, Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

LI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Marienpforte zwölf Pfund brand. Denare aus den jährlichen Abgaben und der Bede von Bentz und Hindenburg, am 23. Mai 1343.

Ludowicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchyo, Comes palatinus Reni, Bawarie et Karinthye Dux, ſacrique Romani Imperii archicamerarius, Singulis et univerſis, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem et noticiam ſubſcriptorum. Cum rerum largiciones bonorumque donaciones, divine remuneracionis intuitu donate, tribute religioſis et deodicatis perſonis et ſingulariter virginibus ſub ſacre religionis habitu deo obſequentibus, ſolite ſunt apud eumdem animarum ſalutem ac commoda procreare: Nos vero pia conſideracione moti pretendentes id ipſum, honorabilibus et religioſis in Chriſto deodicatis perſonis .. Abbatiſſe .. Prioriſſe et Conventui ſanctimonialium monaſterii in Botzenborch, ordinis Cyſterſienſis, Camminenſisque dioceſis, ob iugem et perhennem Magnificorum principum bone recordacionis Marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum ſalutem et memoriam, appropriare decrevimus et preſentibus appropriamus duodecim librarum redditus denariorum Brandenburgenſium annue penſionis ſive contribucionis in cenſu et precaria in villis dictis Bentz et Hinnenburg ſitos, cum ſingulis et univerſis ipſorum iuribus, commodis, graciis et libertatibus, ex jure vel ex debito redditibusque prenotatis quomodolibet competentibus, et prout ſtrenuus vir Gerckinus Wolf dilectus noſter fidelis, poſſedit et tenuit, in antea perpetuis temporibus ſine inquietacione qualibet pacifice poſſidendos, Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, accioni et impeticioni, que nobis in premiſſis competebant redditibus, vel competere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius rei teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero huius ſunt Nobiles viri Chumadus Dux de Decka, Guntherus Comes de Swartzenburg, Hainricus de Ryſchach, curie noſtre Magiſter, Henningus de Buch, milites, et Gerckinus Wolf, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Sehauſen, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tercio, in Craſtino aſcenſionis eiuſdem.

LII. Markgraf Ludwig verkauft seinem Vasallen Werner von Rudenzhofen 12 Stücke jährlicher Einkünfte in Kuhz, am 16. Juli 1347.

Noverint universi tenorem presencium inspecturi, quod Nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis ac Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, Bavarie et Karinthie dux, Sacri romani Imperii archicamerarius, Tyrolis et goricie comes, necnon aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum advocatus, Considerantes fidelia obsequia nobis per strenuum virum Wernherum de Rudenczhofen dictum, familiarem nostrum fidelem dilectum, sepius exhibita et adhuc in posterum perpetuo fidelius exhibenda, contulimus et presentibus conferimus prenotato Wernhero suisque veris et legittimis heredibus ob id, ut nobis et heredibus nostris perpetuo in marchia corporali residencia commaneant, in villa dicta chucz duodecim frusta annuorum reddituum nobis in pachtu, precaria aut censu, aut in aliis quibuscunque redditibus in eadem villa situata spectantibus, necnon cum singulis et universis suis pertinencijs, qualitercunque nominatis vel ubicunque situatis, ad premissa duodecim frusta de iure vel ex debito pertinentibus cum omnj iure, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet nostri, heredum aut succesorum nostrorum quiete et pacifice possidenda. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt strenui viri Sweykerus de Gundolfinghen, curie nostre Magister, Geberhardus de Chamer, Wolfhardus de Saczenhofen, Chunradus de Chumerspruchke et Chunradus de Vriberg, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Bozano, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo septimo, feria secunda, in crastino divisionis apostolorum.

LIII. Ludwig der Römer bestätigt die Schenkung seines Bruders Ludwig an Werner von Rudenzhofen, am 8. August 1352.

Noverint universi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludwicus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reny et Bavarie dux, vidimus litteras Illustris principis fratris nostri karissimi Ludivici senioris, Marchionis Brandenburgensis, infra scripti tenoris: Noverint — (cfr. de 1347, Nr. LII.) Quas gratas et ratas habentes, eas presentibus confirmamus. In cuius rei evidenciam presentibus sigillum nostrum est appensum, presente nobili viro Günthero iuniori, Comite de Swartzburgh, strenuisque viris Petro de Bredow, Hentschelino de Waldow, nostro Marscalco, Marquardo Luterbek, Friscone de Wedern, Bussone de Alvensleven, militibus, Heinrico de Schulenborgh, Hennyngo de Veltbergh, Judice curie nostre, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Gardeleghe, anno domini Millesimo Tricentesimo quinquagesimo secundo, proxima feria quarta ante diem beati Laurencij.

LIV. Herzog Johann von Mecklenburg überläßt mehreren Bürgern in Lychen 8 Hufen im Dorfe Konow, am 14. Dezember 1354.

Wy Johan, van der gnade godes hertoghe tu Mekellenborch, tu Stargarde vnde tu Rozſtock, Bekennen vnd betughen openbar in deſſeme briue vor alle den ghenen, dy enne ſyen edder horen, dat wy mit gantzer vulbord vnde mit rade onſer truwen ratgheven hebben ghelaten vnde laten in deſſeme jeghenwardyghen briue vnſen truwen borgheren tu lychen, hermanne vnd Thyde carſtauel vnde eren rechten eruen, achte huuen in deme dorpe tu Konow vry mit alleme eyghene, mit aller bede, mit alleme dinſten, mit aller plicht, mit aller nuth vnde mit aller vrucht, alſo alſe wy vnd vnſe olderen, dy ſo vry eyghenſt ghehad hebben, wente in deſſen dach, tu ener ewyghen vickeryen (Vicarien) tu ſtichtyghen (ſtiften) vnd tu makene in vnſer vorbenumenden ſtad tu lychen, alſo dat vnſe voghede edder ambathlude edder lantrydere nein ghebede ouer dy beſcheydene huuen mer hebben ſcholen edder deſſe vorbenumed lude dar ane hynderen. Weret ouer, dat wy edder vnſe eruen ene bede beden ouer den meynne eyghendum in vnſeme lande, der vns ghetwydet worde, ſo ſcholen dy vorbenumeden achte huuen nicht mer beden, wenne vor vier huuen. Thu ener groteren betughinghe vnd vullenkomener bekantniſſe hebbe wy vnſe heymelike yngheſeghel an deſſen brif laten henghen, wente wy tu deſſer tyd noch neen anders onhebben; ereghe wy over eyn gröter, ſo ſchole wy vnd willen en deſſe ſtucke vnd dedinghe dar mede beſegheln laten, ſunder ghaue vnd wedderſprake. Thughe deſſer dingh ſyn vnſe truwen Greue Otto van vorſtenberghe, Albrecht warborch, Lyppold Bere, Andres van bentze, riddere, her clawus van arneborch, vnſe capellan, vnd ander lude nuch, dy louenwirdich ſyn. Deſſe brif is ghegheuen tu lychen, na godes bord drutteyn hundert jar, jn deme viervndeveftygheſten jare, des negheſten daghes na ſunte lucien daghe, der heylyghen juncvrouwen.

LV. Ludwig der Römer willigt in den Verkauf der Bede und Wagendienſte in Kuhz an das Kloſter Marienpforte, am 1. Auguſt 1355.

Nos Ludowicus Romanus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Reni et dux Bavarie, tenore preſencium recognoſcimus coram Chriſti fidelibus univerſis, quod Wernerus, dictus Bergher, familiaris noſter dilectus, de noſtro conſenſu ac de noſtra conſentanea omnimoda voluntate vendidit ſanctimonialibus in Boycenborch precariam et ſervicium curruum in villa Kuz, cum omni eo Jure omnino, quo ipſe premiſſa bona a nobis hactenus habuit in pheodum, perpetuis temporibus poſſidendo pacifice et quiete, proprietate tamen noſtrorum et noſtris iuribus, que nobis in eiſdem competunt, reſervatis. Datum kyritz, anno domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto, in die beati Petri ad vincula.

LVI. Woldemar von Benz verkauft an die Klosterfrauen 4½ Hufen, den 18ten Theil des Sees und Werders und eine Anzahl Hühner in Kuhz, am 25. Januar 1356.

Ich Woldemar van benz bekenne in deſſen briue, dat ik hebbe vorkoft vnde ghelaten der Ebdiſſen vnn deme gantzen convente des cloſters tu Boycenborch den achtenden deyl des waters oder den ſee vnn den achtenden deyl des beulottene werders met deme holte, dat dar up ſteyt, vnn twe huuen vp arnt kunekens houe, vnn eyne halue huue, dy dar lach tu lucowes houe, vnn eyne halue huue vp langhe hennekens houe, vnn eyne halue huue vp crunkels houe, vnn eyne gantze huue in deme nyen lande, vnn twe ſchillinge vp den cruch, vnn achtehalf hun vnn virtich hunre, vnn och dat overſte richte ouer eyne huue, dy kune ſchulten was, in dorpe vnn in velden tu deme Kutze, dat myne was vnn di myne gheweſt ſyn, vnbeworren, ane anſprake, met ſulker rechticheyt, alſe ik dit gut beſeten hebbe, met deme ouerſten richte vnn met deme ſideſten richte, met alreleye pleghe, dy vp dit vorbenumede gut lecht vnn gheleghen heft. Vortmer vortyge ik des gudes vnn late dar af alſo degher, dat ik vnn mine erfnamen nicht mer rechtes, plicht oder anſprake dar vp ſcolen beholden. Hirvor hebben mi deſſe benumede cloſtervrowen alſe vele gheldes bereydet vnn gegheven, dat mi ghenughet. Tu tughe des dinghes hebbe ik min inghefeghel ghehangen an deſſen brif. Deſſer dinghe tuch ſint aluerik vnn ebel, veddern, gheheyten van kercow, Cune buc, betke viſcher, hinrik brunne, borghere tu prenzlaw, vnn ander vele berue lude. Datum prenzlaw, anno domini M°. CCC°. LVI°., in die converſionis ſancti pauli apoſtoli.

LVII. Woldemar von Benz gewährleiſtet mit Alverich und Ebel von Kerkow zu geſammter Hand den vorſtehenden Verkauf, am 25. Januar 1356.

Ich Woldemar van benz, ſakeweldige, Alverich vnn Ebel, veddern, gheheten van kercow, medelouer, bekennen jn deſſen briue, dat wy hebben ghelouet vnn louen met ſammeder hant vnn entruwen, hern dyderike van bern, der Ebdiſſen vnn den gantzen conuente tu boycenborch vor eyne Waringhe des achtendendeyl des waters vnn des achtendendeylles des werders vnn veſtehalver huue, twiger ſchillinghe vp deme crughe vnn achtehalf vnn virtich huner, vnn ok des ouerſten richtes ouer eyne huue, dat ik Woldemar em vorkoft hebbe tu deme kutze, Jar vnn dach, alſe eyn recht is. Were ok, dat ſy des bedorften, ſo ſchal ik Woldemar van benz en dat gut verlaten vor den markgreuen. Tu tughe des dinghes hebbe wir vnſe jnghefieghele an deſen brif ghehanghen. Datum prenzlaw, anno domini M°. CCC°. LVI°., in die converſionis ſancti pauli.

LVIII. Ritter Friedrich von Lochen verkauft dem Kloſter Marienpforte Beſitzungen in Kuhz, am 3. Juni 1356.

Ich Her Frederich van Lochen, Ridder, Bekenne vnd betughe openbar vor mich vnd minen Rechten Erben vnd vor alle den, dye deſſen yeghenverdighen brif ſen vnd horen, dat ich Redeliken vnd Recht vorkoft hebbe der Erliken gheſtliken vrowen jn god vor Margareten van Permenitz, Abbatiſſen, vnd Her dyderike van Berne, tu der tyt proueſte, vnd deme gantzen couente des kloſteres tu Boycenborch, jn deme dorpe tu deme kutze ſeſteyn huuen met der pacht vnd alle der pleghe, dye dar vppe lecht, wo men dye numen mach, uppe deme krughe vir ſchillinghe vnd vif vnd ſeuentich hunre, met deme virendele des ſehes, met deme virendele des werders jn deme ſehe bevloten, met holten vnd bruken, met deme kerklene vnd met deme ſchultammete vnd ghemeynlike, met alle den nutten, fruchten vnd rechticheiten, yo den virdendel, ſo dat horet tu den ſeſteyn huuen vorghenumet, alſo dye Beteke warborches gheweſen ſint vnd dye jn ſinen weren ghehat heft, vnd eft was mer tu den ſeſteyn huuen hort jn deme dorpe tu deme kutze, wen dye virdedel jn ſtuken, dye vorbenumet ſint. Dyt vorbenumede gut hebbe ich vorghenante her frederich van lochen vorkoft vnd vorlaten met alleme rechte, ouerſt vnd nederſt, vnd vortyhe alle der Rechticheit, dye ich vnd mine eruen In deme dorpe tu deme kutze vnd ghemeynliken aller anſprake ghehat hebben edder hebben mughen, ſunder vir huuen, dye min vnd miner eruen vorleghene gut ſint. Och ſchal ich den vorghenanten vrowen vnd deme proueſte des kloſters tu Boycenborch dat vorgheſcrevene gut entweren vnd ſchal em des ghewaren ane ſprake, alſo eyn lantrecht iſt vnd alſo my tu Rechte ghebort. Tu vrkunde deſſes dinghes gheue ich em deſſen brif, beſeghelt met mine Ingheſeghele, dat dar anhanghet, dye gheſchreuen iſt tu Boycenborch, na godes bort virteyndehalf hundert iare jn deme ſeſten jare, dar na des neghe-ſten frydaghes vnſers heren hemelvart. Tughe deſſes dinghes ſint Mentze van holtzendorp, Henningh van Stegelitz, Henningh van vornholte, heyne ſtulpenaghel, Hinnrich van Steghelicz vnd andere bederue lude ghenuch.

LIX. Ritter Friedrich von Lochen gewährleiſtet den vorigen Verkauf durch ein Gut in Weghun und 2 Bürgen, am 3. Juni 1356.

Ich her Fredrich van lochen, Ridder, bekenne vnd betughe openbar vor my vnd minen rechten eruen vnd vor alle den, dye deſſen yeghenwerdighen brif ſen vnd horen, dat ich redeliken vnd recht vorkoft hebbe der Erliken geſtliken vrowen in god vor Margarethe van Permenitz, abbetiſſen, her dyderike van Berne, proueſte tu der tyt, vnd deme gantzen conuent des kloſters tu Boycenborch, alſo dane gud, alſo beteke warborch beſeten heft jn deme dorpe tu deme kutze vnd ich em vorbreuet hebbe. Dat gud ſcal ich em ghewaren vnd ghewere ſyn vor alle anſprake vnd hinder, alſo dye briue ſpreken, dye ſye van mi hebben. Were

denne, dat ich des nicht en dede, noch ghedun en muchte, alſo, dat ſye dat gud nicht vor anſprake vnd hinder jn nemen muchten In der tyt, dat ich em des ghewaren ſchal, ſo ſette ich em min eyghen gud In deme dorpe tu weghun, teyntehalf ſtucke geldes up tu nemende, alſo langhe, went ich em dat gud vor anſprake entwere. Deſſe vorbeſchreuen ſtucke hebbe ich vorgenannte her frederich vnd mine rechten erven met minen borghen henninghe vnd hinrich van ſteghelitz, dye vor my louen, ghelouet vnd louen met deſſen briue entruwen vnd met ſameder hant gantz vnd ſtede ſunder argheliſt tu holden der vorgenanten abbetiſſen vnd dem couente vnd den proueſte vnd tu erer hant her otten van dewitze vnd her otten van helpede, Ridderen, Mentzen van Holzendorpe, henningh van vornholte vnd Zabel Scadebac, knechten. Tu vrkund deſſer dingh gheue ich em deſſen brif met minen borghen met vnſen Ingheſegheln, dye dar anne hanghen, dye gheuen is tu Boyceneborch, na godes bort virteyndehalb hundert iare jn deme ſeſten jare darna, des negeſten frydaghes vnſes heren hemelvart.

LX. Ritter Friedrich von Lochen, Herr in Boizenburg, bekundet dem Kloſter Marienpforte und Anderen gemachte letztwillige Schenkungen, am 7. Februar 1365.

Noverint univerſi, ad quos preſencia perveniunt, quod ego ffredericus de Lochen, dominus in Boycenborgh, legaui, aſſignaui libere et in teſtamentum at ſalutem anime mee donavi, Primo: dominabus monialibus in Boycenborch villam Cutze et omnia, Que in illa villa habeo et hucuſque habui, renuncians pro me et omnibus meis heredibus omnibus inpeticionibus et accionibus, Juribus habitis et habendis nunc et in futurum, Ita quod dicte moniales a me et meis heredibus ſeu officialibus quibuslibet de cetero nunquam debeant impediri aut moleſtari. Item dedi concedi eccleſie in monte beate virginis edificande ac meliorande L marcas argenti. Item dedi ſanctimonialibus ibidem in boycenborgh XXXI marcas argenti pro debitis, que juſte ſolvere teneor. Item dedi In X clauſtra circumiacencia XX marcas argenti. Item In haneſtal ecclefie XL flor. et jn heddinghen X flor. Item ad capellam de novo edificandam prope Lochen C flor. Simul hec dedi domine Ghuten mee conthorali et vxori CCX marcas argenti. Item dedi domino vlrico de lochen meo filio C marcas argenti. Item pro dampnis, nomine meo fratri meo domino hinrico de lochen illatis XL marcas argenti eidem fratri meo predicto militi, Item ffrikoni de Lochen patruo meo pro debitis et ſervicio L marcas argenti, Item dedi C marcas argenti ſervitoribus meis pro debito et ſervicio eorum. Hec omnia per me data et in ſalutem anime mee aſſignata libere et voluntarie dari debeant de LXXX CCCCCCCC marcis argenti, que mihi ſolvere tenetur Illuſtris princeps domin. meus Rupertus, dux Bavarie, que eciam promiſſa ſunt uxori mee domine Ghute antedicte et filiabus ſuis et meis: Agnete et Margarete puellis et ad manus meas et ipſarum, Hermanno de lino et hinrico Muſheym, In quorum omnium preſencia omnia antedicta donavi et libere dedi, conſenſu et aſſenſu dicte mee uxoris dominique vlrici, filii mei pleniter adhibitis et voluntarie; eciam dedi C marcas pro debitis maioribus et neceſſariis, quibus adhuc ſolvere teneor. In cuius rei teſtimonium evidens ſigillum meum cum ſigillis uxoris

mee, domini vlrici, filii mei, hermanni de Lino et hinrici Muſheym, preſentibus eſt appenſum. Datum Boycenborgh, anno Domini M°. CCC°. LXV°., feria ſexta poſt purificacionis beate marie virginis, preſentibus henningho de middewold et domino Thiderico, noſtro notario, cum pluribus fide dignis.

Eciam dedi ad ſepulturam meam C marcas argenti, Item C marcas argenti pro debitis maxime neceſſariis.

LXI. Die Wittwe des Ritters von Lochen bekundet ihre Zuſtimmung zu den dem Kloſter Marienpforte im Teſtamente ihres Gemahls gemachten Schenkungen, am 13. März 1365.

Ego Chatarina, relicta domini frederici de Lochen, beate memorie, recognoſco lucide preſentibus et proteſtor, quod dictus meus dominus dedit et in Teſtamentum ad ſalutem anime ſue legavit et donavit omnia, que habuit In villa cutze, Dominabus monialibus In boycenborch, meo et domini Ulrici de Lochen, ſui filii bono conſenſu et voluntate, Ita, quod dicte moniales in illis bonis per dominum Ulricum antedictum et ſuos ſucceſſores de cetero nunquam debeant inpediri, ſed ea omni jure et omnibus utilitatibus et fructibus libere et pacifice abſque omni inpeticione debeant perpetue poſſidere. In cuius teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum Boycenborch, Anno domini M°. CCC°. LX°. quinto, feria quinta poſt Reminiſcere.

LXII. Ritter Ulrich von Lochen verſchreibt dem Kloſter den vierten Theil des Dorfes Kuhz und des Sees und Werders daſelbſt, am 3. Januar 1366.

Ich Her Vlrich van lochen, Ridder, bekenne vor mi vnd vor minen eruen vnd vorbat vor alle den yhenen, die deſſen iegenwerdigen briff ſyen vnd horen, dat ich ghegheuen hebbe vnd gheue leddigh vnd vry ewichliken den hilgen kloſter Junkfrowen des godeshuſes tu Boycenborgh den virden deil des dorpes tu deme Cutze, ane die vir huuen, die Clawus vam ſtoue dar van mi tu leene hefft, mit alle der Rechticheit, die ich dar anne hebbe vnd ghehat hebbe, dorch god vnd dorch ſelicheyt vnd troſtes willen der ſylén mins vader, hern frideriches van lochen, deme god ghenedigh ſy, die mit den Junkfrowen vorgenumet begraven is, mit alle den nutten, fruchten vnd rechten, alſo dat in deme velde vnd dorpe lecht, mit den kozſten vnd hunren vnd pacht vppe den kozſten; vnd dartu dat verndel des ſehes vnd viſcherien, mit deme verndele des werders in deme ſehe bevloten, mit deme nyenlande, mit den holten, bruken vnd

büſchen vnd ghemeynlike mit alle den tugehörden, wo man die ghenumen magh, alſo dat dorp mit den tugehorden min vader ſelighe vorgenant hadde van Betekens warborges weghene ſeligen, vnd alſo dat van minen vadere an mi ghekomen is vnd alſo ich dat hebbe vnd ghehat hebbe vnd beſeten hebbe went an deſſe thiet, vnd gheuen em dartu die mollenfure vry vnd los ewichliken. Vorbat mer vorſake ich vnd vorthye mit guden willen vor mi vnd vor mine eruen vnd allen nakommenden aller rechticheit, alles ghebodes vnd ghebydes In deme gude vorgenant tu deme Cutze vnd aller der tugehorden vorgenant, vnd ſunderliken heynrich van muſheym, alſo dat ich, mine eruen vnd nakomenden vnd heinrich muſheym die Junkfrowen des kloſters vorgenumet daranne nummermer ghehinderen edder erren ſcholen. Wat och van gelde, van pachte, van hunren, van viſcherien vnd van holten vallet vnd van aller Rente, dat ſcholen die Junkfrowen In deme kloſtere vpnemen vnd vnder ſik deylen, vnd die proueſt des kloſters nicht. Tughe des dinghes ſint die erborn lude, die Edele vrowe Ghute, die mins vader ſeligen huſſrowe gheweſen is, ffricke van lochen, min veddere, Ludike van holtzendorp, herman vam lyne, heynrich ketelhake, Peter van Steghelitz, beteke lutſtede, Ebele Suanebeke, Henningh van middenwolde, her dyderich dorman vnd andere bederue lude ghenuch. Ghegheuen is deſſe briff tu Boyccenborgh, na godes bort drutteynhundert iare In deme ſes vnd ſeſtigeſten iare, des ſunauendes na des nyen iares daghe, vnder minen Ingheſeghele, dat dar anne ghehanghen is mit minen gantzen willen vnd vulbort.

LXIII. Markgraf Otto beſtätigt alle Rechte und Güter des Kloſters Marienpforte und der Unterthanen deſſelben, am 22. Juli 1367.

Otto, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Sacrique romani imperii archicamerarius, Comes palatinus reni et Bavarie dux, deuotis in Chriſto perſonis, abbatiſſe totique conventui ſanctimonialium in Boyzzenborg, ordinis cyſtercienſis, ſalutem et ad rei memoriam infra ſcripte. Vniverſas veſtras ac monaſterii veſtri, nec non ſubditorum veſtrorum atque bonorum libertates, proprietates, donaciones, gracias, Inſuper priuilegia, litteras, Inſtrumenta veſtra, vobis et monaſterio veſtro a noſtris predeceſſoribus quondam Brandenburgenſibus Marchionibus data, conceſſa et indulta, approbamus, ratificamus, necnon preſentis pagine munimine per omnia confirmamus; — Nolentes, a quoquam hominum veſtram infringi libertatem in bonis veſtris et ſubditis quibuslibet, ſed eam pocius conſervari vobis volumus inconcuſſam, ut eo fervencius atque celebrius eterno poſſitis auctori ſervire et nos oracionum veſtrarum participes fieri mereamur. Quicunque autem huic noſtre confirmacioni contraire temere attemptaverit, in talem preter iuſti vindictam vindicis, noſtre indignacionis aculeum vibrabimus ſic potenter, ut ceteri talia faciendi aut eciam attemptandi merito pertimeſcant. In cuius rei teſtimonium preſentem paginam inde confici et ſigilli noſtri robore mandavimus firmiter communiri. Preſentes fuerunt Nobilis vir Guntherus, comes de Swartzberg, dominus in arnſtete, et ſtrenui viri Johannes de Rochowe, Hermannus de Wul-

kowe, hermannus de hermanſteyn, milites, et conradus de Sliewen, curie noſtre magiſter, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Berlyn, anno domini M°. CCC°. ſexageſimo ſeptimo, die beate marie magdalene.

LXIV. Die Grafen Jacob und Gerhard von Fürſtenberg verkaufen dem Kloſter Marienpforte die Dörfer Malendorf, Ziegelsdorf und Cüſtrin, am 14. Mai 1368.

Wy Jacob vnd Ghernard, Brudere, van Godes ghenaden Greuen tu Vorſtenberghe, Bekennen vnd betugen openbar In deſſeme iegenwerdigen bryue vor vns vnd vor vnſer eruen vnd vorbat vor alle den ghenen, die den ſeen vnd horen leſen, Dat wy recht vnd redeliken vorkofft hebben vnd vorkopen tu eyme rechten ewigen kope met guden vorbedachten mude vnd vulbort vnſes rades vnd vnſer vrunt den heiligen kloſterjunkvrowen, der Ebdiſſen vnd deme gantzen convente des Godeshuſes tu Boycenborgh vnſe dorpe dry Malendorp, Telſtorp vnd Coſteryn alſo gantz, Met alle der herſchap vnd manſchap, met herrenrechte, met deme Eygendume vnd vryheit, alſo vns die dorpere gheeyghent vnd ghevryet ſint met werdicheit vnd ghenaden, van den ghenaden vnſes herren des keyſers vnd darna van vnſer herren ghenaden, des Markgreuen van Brandeborgh vnd der Hertogen van Meklinborgh, met alle yren nutten, vruchten vnd rechten, geſtliken vnd werliken, met deme gherichte ouerſt vnd nedderſt, alſo die dry dorpe ghelegen hebben vnd noch lighen, an dorpen, an velden, an ackeren, ghewunnen vnd vnghewunnen, met wateren, met viſcheryen, met weſen, weiden vnd brucken, met den holten, buſchen vnd horſten vnd ghemeynliken met allen yren ſcheiden vnd enden in yren veltmarken, die dartu ghehort hebben vnd noch horen van older rechticheit vnd wonheit, alſo die dorpere dry vorgenumet ghelegen vnd gheweſen ſint vnd tu vnſen vedderen Greuen Otten vnd tu ſinen eruen, den god ghenade, ghekommen ſint, vnd darna tu vns, vnd wy na went an deſſe thiet vredeliken ane anſprake beſeten hebben, vor ſeventich mark brand. ſulvers, die vns die Ebdiſſe vnd die proueſt des godeshuſes Boyzeneborgh tu willen vnd tu ghenughe darvor betalet vnd bereidet hebben. Vnd vorthyen vnd laten dar aue vor vns vnd vor vnſe eruen vnd nachkomelingen van alle der rechticheit, die wy vnd ſie dar anne ghehat hebben vnd nu hebben vnd noch ghewunnen muchten, alſo dat die vorghenanden Junkfrowen die dorpere vnd die gud met alle yren tughehorden vorgheſchreuen vry vnd vredeliken vngehindert vor vns allen, die nu ſint vnd noch komen mogen, ewichliken beſitten vnd beholden ſcholen. Och hebbe wy vorlaten vnd vorlaten den vorghenumeden Junkfrowen vnd yreme godeshuſe die dorpere vorgheſchreuen met der herſchap, vryheit vnd eyghene, met alle yren tughehorden vnd rechten vorghenand, vor vnſeme herren Hertoge Johanſe van Meklenborgh, vnd louen entruwen, dat wy ſunder allerleye hinder vnd vortogh en die gud vorgenumet vorlaten willen vnd ſcholen vp vnſe eyghene koſte vnd ſchaden vor vnſen herren den Markgreuen, war vnd wenne en des thiet vnd nod is. Och wille wy vnd ſcholen en der dorpere vnd der gud alle vorgheſchrevene rechliken ghewaren vnd rechte ghewere ſin vor alle dieghene, die die mit rechte anſpreken willen, alſo langhe, alſo lantrecht is. Alle deſſe vorbe-

ſchreven dink die hebbe wy vorgenumeden Greuen Jacob vnd Ghernard ghelouet vnd louen entruwen met eyner ſamenden hant met deſſeme bryue, ane alle wedderrede vnd hulpewort met vnſen medeloueren, Met Langhe vlricke van Dewitz vn ſin vedderen, met Zabele vnd Ghotman beeren, brudern, vnd williken Grunow, dene vorgenanden Junkfrowen vnd yreme godeshuſe tu Boycenborgh ſtede, vaſt vnd gantz ewichliken tu holdene, dar wy vnd vnſe borgen alle vorgheſchreven vnſe Inghefighele anghehangen hebben met vnſer aller vulbort vnd witzſchap, Die ghegeuen is tu lychen, na Godes bort drutteynhundert jare jn deme achte vnd ſeſtigeſten Jare, des ſundages, alſo men ſinghet vocem iocunditatis. Deſſes dinghes tughe ſint die Erbarn lude her vritze van Berthikow, her vicke munt, Riddere, Herman van Blankenborgh, heynrich van vornholte, knechte, herman karſtauel vnd Brugghow, borghere tu lychen, vnd andere bedderuer lude ghenugh.

LXV. Markgraf Otto conſentirt unter dem Titel einer Schenkung in den Verkauf der Dörfer Cüſtrin, Ziegelsdorf und Malendorf an das Kloſter Marienpforte, am 26. Februar 1369.

Noverint univerſi, tenorem preſencium inſpecturi, Quod Nos Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, Sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bavarie dux, ob laudem et honorem omnipotentis dei ſueque genitricis virginis Marie et omnium ſanctorum, necnon noſtre, predeceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum animarum ſalutare remedium, dedimus atque donavimus, damus preſentibus et ſollempni donacione donamus Religioſis deo devoto . . . Abbatiſſe totique Conventui Sanctimonialium monaſterii in Boizzenburg, ordinis ſancti bernhardi, proprietatem villarum Coſtrin, Tileſdorp et molendorp, cum agris cultis et incultis, viis et inviis, pratis, paſcuis, nemoribus, lignis, paludibus, aquis, piſcariis et molendinis ac attinenciis univerſis, cum redditibus, cenſibus, fructibus, proventibus et obvencionibus quibuscunque, quocunque nomine nuncupentur, cum omni judicio ſupremo et infimo, cum jure patronatus eccleſiarum atque ſerviciis, cum omnibus iuribus, commodis, honoribus, libertatibus et conſuetudinibus, iuſto proprietatis titulo exnunc in antea, ad utilitatem et uſum ſanctimonialium et monaſterii predictorum pacifice et quiete perpetuis temporibus pertinendas. Renunciantes pro nobis, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris omni iuri, accioni vel impeticioni, quod vel que nobis competit aut competere poterit quomodolibet in futurum. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Preſentibus Reverendo in Chriſto patri Domino Theoderico, Brandenburgenſis eccleſie Epiſcopo, ac ſtrenuis viris Johanne de Rochow, hermanno de wulkow, haſſone de Wedel, militibus, Nicolao de Biſmark, Curie noſtre magiſtro, Gunczlino de Berthinſleuen, Gebhardo de aluensleven et Ottone morner, curie noſtre iudice, ac honorabili domino Rudolfo, prepoſito Stendilienſi prothonotario noſtro dilecto, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, feria tercia proxima poſt dominicam, qua cantatur Reminiſcere miſeracionum.

LXVI. Der Ritter Benedict von Bentz verkauft dem Kloſter Marienpforte Alles, was er im Dorfe Kuhz hat, am 23. April 1369.

In godes namen amen. Ik Her Benedictus van bencz, Ridder, bekenne vnde betughe openbar in deſſen ieghenwardighen breven vnde wil, dat witlic ſy al denienen, de deſſe breve ſeen edder horen lezen, dat ik mit beraden mude vnn mit guder vordechteniſſe, mit vulbort myner zone heydenrikes vnde anzimes vnn anderer miner ſone hebbe hern arende, perrer to vorſtenberghe vnn proveſt to boycenborch, vnde den begheuenen vrowen, vrowe elzebete van angermunde, ebbetiſſe, vnde petronellen, prioriſſe, vnde deme ganzen meyne covente des cloſters to boycenborch, vorcoft vnde vorlaten, wes ik hebbe vnde hebbe ghehat van myner olderen weghen vnn myner vedderen an hoven, an wateren vnde an holte, an wezen, an weyde, an ackere, an pacht, an rente, an honrepacht, an weghen vnde an ſteghen, an mynen del deneſtes, den ik vppe bouere hebbe ghehat, alſo vppe verdehalve hove, vnde overſte richte vnde nedderſte richte vnde allent, dat ik imme dorpe tu me kuze wente her tu hebbe ghehat, vnde ſonderleken myn deel kerchlenes in deme ſuluen dorpe tu me kuze, vnde hebbe dor got ghegheven alſo dat kerklen, welken papen ſy dat lien, dat de proveſt vnde de vrowen, de nu ſyn vnde hirna comen tu boycenborch, ſcolen mit den papen beſcheyden, dat hy alle ſundaghe vnde hilghe daghe, wan hy den buren godes wort kundeghet in der kercken vnder der miſſen ſcal myner, hern benedictus van bencz, wan got dat ſine met my deit, vnde alle myner olderen vnde alle dariener vte myne ſclechte van bencz, denken bi name, vnde ſunderleken mit ſime ghebede, de he by name beſcreven ſcal hebben. Vnde vortughe des rechtes, des my mach tu hulpe camen, vnde des ik hebbe bette her tu ghehat van lenes weghene van den vorſten, den marcgreven van brandenborch, van deſſeme gude tu me kuze tu myme deyle vnde ſunderleken an deme lene, dat ik hebbe bette her tu ghehat an deme ſulven gude tu me kuze van myme heren markgreve lodewighe, des breve ik vnde myne brodere darover hebben ghehat, de dar ſpreken aldus dane wis:

Noverint univerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes palatinus reni, dux bavarie, ſacrique romani imperii archicamerarius, contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuis viris Benedicto, Woldemaro, Conrado, fratribus dictis de bentzt, manu coniuncta ipſorumque veris et legitimis heredibus iuſto pheudi titulo bona ſita in villa Kutze, que Bertramus de bentz, eorum patruelis, quondam cum ſtangno et inſula, lignis ac ceteris commodis, vtilitatibus et attinenciis vniverſis ad ea ſpectantibus, precaria et ſervicio curruum manſorum, curie, in qua inhabitabat, adiacencium, habuit et poſſedit ſine impedimento quolibet quiete et pacifice poſſidenda, Juribus ſiquidem et conſuetudinibus nobis in eiſdem bonis conpetentibus, ſi que vel qua nobis competunt, omnimodo reſervatis. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi ſigillique noſtri appenſi munimine iuſſimus communiri. Teſtes huius ſunt honorabilis vir gheverardus de burchhelt, hinricus de yſotzreit, marſallcus, Altmanus de deghenberch, Camere magiſter, Johannes de buc, Betekinus de wiltberghe, ſecretarii noſtri dilecti, cum pluribus aliis fide dignis. Datum ſpandowe, Anno domini M°. CCC°. XXXV°., in die beati Juliani (9. Januar).

Vortmer vnn na deme ereghenanten vorſten markgreve lodewich deme olden vnde na van markgreve deme remere, Unde nu van markgreven Otten an demſulven gude hebbe

ghehat, dat vorlate ik vnde vortyghe genzleken; vnde worden hirna ienighe andere breue vunden edder vpghetoghen van myner weghen edder van myner erfnamen weghen, de deſſen ſaken vnde deghedinghe mochte ſchedelic wezen, de ſcolen nine macht hebben. Alle deſſe vorſcreuen ſtucke hebbe wy heydenrik vnde anzim, Brodere, gheheten van bencz, hern Benedictus ſone, des Ridders, vulbordet vnde beiawordet in aller wis, alſo vorgeſcreven ſteyt, vnde hebben vnſe Ingheſeghele to merer bekantniſſe aller deſſer vorſcreven ſtucke, genzleken to holdende, an deſſe ieghenwardighe breve mit vnſes vader hern Bendictus vorghenant ingheſeghel ghehangen, de ghegheven ſin in deme cloſterre to boycenborch, na godes bort drutteynhundert iar In deme neghen vnde ſoſtigheſten iare, in ſunte Juriens daghe, des hilghen mertelers. Tughe deſſer dink ſint hern Thydericke van berne, her werner, perrer to golmiſz, vnde her Godeke, perrer to boycenborch, preſtere, vnde her Claws lanckowe, Cummeldur tu nemerowe, vnn her hennigh van helpte, godes riddere van ſunte Johannes orden, vnde de erebaren lude hinric Moſheym, Claws ſtone, Hennigh meddenwolde vnde Tydeke lubberſtorp vnde ander bedderuer lude noch, de loven vnde truwe wert ſint.

LXVII. Kaiſer Karl IV. und ſein Sohn, der König Wenzeslaus, beſtätigen dem Kloſter Marienpforte alle Rechte und Güter ꝛc., am 29. Auguſt 1373.

Wir Karl, von gots gnaden Romiſcher keiſer, zu allen zeiten merer des Reichs, vnd wir Wenczla, von denſelbin gnaden Kunig zu beheim, Markgraue zu Brandenburg vnd Herczog in Slezien, Bekennen vnd tun kunt offenlichen mit dieſim brieue Allen den, di yn ſehen oder horen leſen, dat wie hebben beſtetigt vnd beſtetigen mit diſſim brieue vnſen lieben andechtigen, der aptiſſynn vnd dem .... Conuent des Jungfruwen Cloſters zu buſſeniburg, ſante Benedicten Ordens, in dem Biſthtum zu Camyn gelegen, Alle ire Rechtikeit, freiheit, gute gewonheit vnd alle ire lehen vnd auch alle ire brieue vbir ire lehenn, Eygen, Erbe, pantſchap vnd guter, vbir ire freiheit, Rechtigkeit vnd vbir ire gute gewonheit, die ſie hebben von allen vnſsen vorfaren, furſten vnd furſtynnen, ſtete vnd ganz zu haldene vnd yn di nicht zu ergernde noch zu krenkende, ſunder allerleye argeliſt. Mit vrkund dicz briues vorſigelt mit vnſin Anhangenden Inſigeln, der gegebin iſt zu Struſperg, nach Criſte geburte dreytzehenhundert Jar, dornach in dem dreyvndeſibentzigſten Jare, an ſant Johannistage decollacionis, vnſer des obgenanten keiser Karls Reiche in dem achtondczwenczigſten vnd des keiſertums in dem newntzehenden Jaren, vnd vnſer vorgenanten kunig Wenczlaws kunigreichs in dem Elfften Jare.

De mandato domini Imperatoris Nicolaus Cameracenſis prepoſitus.

LXVIII. Kaiſer Karl IV. incorporirt das den Brüdern Gryfko, Reinbold und Bertram von Greifenberg abgekaufte Dorf Labuzick den Kloſtergütern, am 15. Mai 1374.

Karolus quartus, divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Boemie Rex, Notum facimus tenore preſencium vniverſis, quod meditacione debita perpendentes, quanta deuote nobis dilecte . . . Abbatiſſa, Totusque Conventus monialium monaſterii Boyceniburgenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Caminenſis dioceſis, egeſtatis inopia ſint gravati propter gwerrarum diſſidia Marchie Brandenburgenſis, que longis temporibus multarum commocionum fluctuavit preſſuris, pro noſtro necnon progenitorum noſtrorum remedio ſalutari, non improvide neque per errorem, ſed animo deliberato, Principum, Comitum et Nobilium Marchie Brandenburgenſis conſilio nichilominus accedente, de noſtra certa ſciencia pro nobis, Illuſtri Wenczeſlao, Rege Boemie, Marchione Brandenburgenſi et duce Slezie, necnon aliis filiis heredibus et ſucceſſoribus noſtris Marchionibus Brandenburgenſibus et eorum nominibus, totam villam labuzicken vulgariter nuncupatum, conſiſtentem prope Templyn, quam predicti abbatiſſa et Conventus iuſto empcionis tytulo ſuis emerunt pecuniis a Gryfkone, Reynboldo et Bertramo, fratribus de Gryfenberg, cum ipſis ville agris cultis et incultis, viis et inviis, Campis, Silvis, Nemoribus, Pratis, paſcuis, piſcinis, piſcacionibus, aquis, aquarumve decurſibus, Ruſticis, Villanis, Incolis, Agricultoribus et Inhabitatoribus, Juribus, Juriſdiccionibus et Judiciis, necnon fructibus, Redditibus, proventibus, obvencionibus, emolimentis, penſionibus annuis, Serviciis curruum, decimis, decimacionibus, Solucionibus, honoribus, honoranciis, Cenſibus pullorum fumi, necnon Jure patronatus Eccleſie conſiſtentis ibidem, ac aliis ſuis pertinenciis univerſis, quibuſcunque nominibus et vocabulis valeant deſignari, Prout eadem villa cum ſuis huiusmodi pertinenciis in ſuis terminis, Gadibus, limitibus et circumferenciis a bonis vicinis antiquitus limitata dinoſcitur et diſtincta et ſignanter, eo modo, forma et iure, quibus prefati fratres Gryfko, Reynboldus et Bertramus poſſiderunt eandem pacifice actenus et quiete, — pro uſu abbatiſſe ac . . . . Conventus predictorum dicto monaſterio incorporavimus, applicavimus, adiunximus, uniuimus, incorporamus, applicamus, adiungimus tenore preſencium in perpetuum et vnimus, volentes, eandem villam Labuzicken cum dictis ſuis pertinenciis ammodo cenſeri eccleſiaſticam, omnique debere gaudere, prout cetera bona dicti monaſterii gaudent eccleſiaſtica libertate, Renunciantes nichilominus pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris Brandenburgenſibus Marchionibus ſupradictis univerſis et ſingulis iuribus, Jurisdiccionibus, impeticionibus et arreſtacionibus, que nobis ſeu noſtris eiſdem heredibus et ſucceſſoribus Marchionibus Brandenb. imperpetuum competere quomodolibet futuris unquam temporibus pretextu huiusmodi viderentur. Mandamus ideo Principibus, Comitibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus et hominibus dicte Marchie, cuiuscunque condicionis, Gradus ſeu dignitatis extiterint, univerſis noſtris fidelibus, ſub obtentu noſtre gracie firmiter inhibentes, Ne abbatiſſam et Conventum predictos ac eorum monaſterium ſuper villa huiusmodi, necnon ipſius pertinenciis memoratis impedire preſumant, ſeu aliquomodolibet moleſtare. Si quis vero ſecus fecerit, noſtram indignacionem graviſſimam ſe noverit incurſurum. Preſencium ſub Imperialis noſtre Maieſtatis Sigillo teſtimonio litterarum, Datum Prymſla, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Septuageſimo quarto, Indiccione duodecima, Idus maij, Regnorum noſtrorum anno viceſimo octavo, Imperii vero viceſimo.

De mandato domini Imperatoris Nicolaus Cameracenſis prepoſitus.

LXIX. Biſchof Dietrich von Brandenburg benachrichtigt den Pfarrer in Gandeniz, wie der Probſt Arnold von Boizenburg die Kirche in Warthe verſorgen ſoll, am 26. Juli 1374.

Thidericus, dei et apoſtolice ſedis gracia epiſcopus Brandeburgenſis, diſcreto viro domino plebano in Gandenicz noſtre dioceſis, Salutem in Domino. Dominum Arnoldum, prepoſitum ſanctimonialium in Bozlinborch, quem ad preſentacionem venerabilium dominarum Elizabeth abbatiſſe, Margarete prioriſſe tociuſque conventus earundem ſanctimonialium in Bozlinborch de eccleſia in Warthe poſt obitum ſui ultimi rectoris vacante inveſtivimus, curam animarum et regimen populi ſibi conmittendo ibidem, vobis cum preſentibus mandantes, quatenus ipſum in poſſeſſionem uel quaſi eiusdem eccleſie ducatis corporalem vice noſtra, facientes ſibi ab inibi parochianis debitam reverenciam et obedienciam exhiberi; et ab hiis, quorum intereſt, de fructibus et redditibus integre reſponderi; Eciam ut idem dominus Arnoldus a dicta eccleſia in Warthe a data earundem ad triennium, dummodo (eccleſia) medio tempore in diuinis non defraudetur et dos in eccleſia conſeruetur ac ei, qui ipſam eccleſiam interim regere debebit, de fructibus et redditibus predicte eccleſie, ut ſe congrue ſuſtentare et noſtris iuribus ac aliis oneribus incumbentibus, debite reſpondere valeat, in tantum aſſignetur, abeſſe poſſit, preſentibus indulgemus. Datum Berlin, anno domini MCCCLXXIV ſequenti die beati Jacobi noſtro ſub ſigillo.

LXX. Das Kloſter Marienpforte verkauft Hebungen aus Herzleben und Kuhz an Johann Emmelryck, am 14. Februar 1375.

Nos elyzabet, divina miſeracione abbatiſſa, margareta prioriſſa, totusque conventus ſanctimonialium in boyzenborch, Arnoldus earundem prepoſitus, necnon in villa gronow plebanus et altariſta in civitate tempelyn, tenore preſencium lucidius profitemur, quod unanimi noſtri conſenſu et noſtrorum amicorum conſenſu, maturo conſilio interpoſito, vendidimus ac dimiſimus per preſentes, vendimus et conferimus diſcreto viro, domino Johanni preſbitero Emmelryk ac katherine ſue ſorori, necnon Hellewych, filie Emmelryk ſui fratris, eorumque veris heredibus utriusque ſexus videlicet maſculini et feminini, in villa noſtra herſleve unum talentum Brandenburgenſium denariorum vel aliorum denariorum equivalencium ſecundum ſtatutum terre et curſum ſi moneta brandenborg. In poſterum mutaretur, ſingulis annis in duobus terminis, videlicet in feſto beate Walburgis virginis decem ſolidos brandenburgenſium denariorum, et in feſto beati martini confeſſoris decem brandenburgenſium denariorum de taberna noſtra Inferiori et duobus manſis ad eandem tabernam prope iacentibus, quos poſſidet albertus ſcutte, et in villa noſtra Kucz ſexaginta pullos ſuper tres curias, utpote de curia, in qua habitat petrus krügher triginta pullos, et de alia curia, quam hermen Kuzeragghe inhabitat, quindecim pullos, et de curia in qua betheke ſoldyn reſidet, quindecim pullos, cum omni utilitate et placentia annuatim ſucceſſive ſublevandos pacifice et quiete, prorogacione qualibet finaliter poſtergata et In civitate prenſ-

law preſentandos, et, ſi opus fuerit, abſque ulla contradiccione in ſuis terminis per expignoracionem extorquendos. Pro quibus annuis redditibus prefatus dominus Johannes Emmelryk nobis octo marcas argenti brandenburgenſis ponderis dedit plenius et perſolvit, addicientes nichilominus, ſi predictus Johannes Emmelryk aliabus perſonis, ſanus corpore aut in extremis, eoſdem redditus nomine teſtamenti aſſignare decreverit ob ſalutem anime ſue ad agendam perpetuam memoriam cum ipſis perſonis, quibus aſſignaverit nomine teſtamenti, promittimus ſicud et promiſimus domino Johanni Emmelryk et ſuis veris heredibus, pacifice et finaliter prenominatos redditus in ſuis terminis ante dictis abſque aliqua contradiccione ſuorum heredum ſublevandos, et in civitate prenſlaw preſentandos. Eciam quandocunque prefatos redditus nos in poſterum reemere decreverimus, poterimus et voluerimus, extunc domino Johanni predicto vel ſuis veris heredibus aut perſonis, quibus nomine teſtamenti aſſignaverit, ad ſpacium dimidii anni predicere volumus et debebimus, redditibus prius dictis integraliter perſolutis, et prefatas octo marcas argenti brandenburgenſis ponderis deinde in termino et tempore medij anni circumvoluto, in parato argento una vice abſque omni impedimento in civitate prenſlaw retroſolvere tenebimur, promittimus et pagare. Extunc prenarratos redditus, omni prorogacione proculmoto et inpedimento preſbiteri predicti vel ſuorum heredum vel perſonarum, quibus aſſignaverit, noſter conventus cum omni proprietate et utilitate obtinebit. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtri conventus, cum ſigillo domini Arnoldi, noſtri prepoſiti, litteris preſentibus duximus apponendum. Datum et actum boycenborch, anno domini M° CCC° LXX° quinto, ipſo die beati valentini martiris. Teſtes huius rei ſunt dominus, Johannes ſtolpenſis plebanus in poſlow, et dominus Tydericus plebanus in Ghyrzwalde, et dominus nicolaus plebanus in clawesſhaghen, noſtri kapellani, et alii quam plures fide digni.

LXXI. Das Kloſter Marienpforte verkauft an die Kalandsbrüder zu Prenzlau Hebungen aus Herzleben, am 25. April 1378.

In nomine domini, Amen. Nos elizabeth divina miſeracione abbatiſſa, Katherina Scadebach prioriſſa, totusque conventus ſanctimonialium monaſterii boycenborgh, camynenſis dioceſis, omnibus preſencia audituris ſeu viſuris, cupimus eſſe notum publice proteſtando, quod matura deliberacione omnium noſtrarum noſtrique prepoſiti, domini arnoldi plebani in warte conſenſu, rite et racionabiliter vendidimus honorabilibus viris et dominis fratribus Kalendarum in prenzlaw eiuſdem dyoceſis duo talenta brandeborgenſium denariorum annuorum reddituum in villa noſtra herſleve ſuper curiam et manſos dytmer colpyn villani noſtri, ſingulis temporibus, videlicet ſuper feſto martini unum talentum, et ſuper feſto beatorum phylippi et iacobi apoſtolorum unum talentum, quiete et pacifice percipienda, et ſi opus fuerit per expignoracionem extorquenda, pro quibus redditibus duodecim marcas argenti brandenburgenſes integre nobis perſolverunt. Promittimus eciam nos predicte ipſis predictis fratribus, redditus dictorum duorum talentorum, ſub noſtra cuſtodia et proteccione ſervare, quemadmodum alia noſtra bona. Eciam ſi, quod abſit, prefati

jedes namhaftig insonderheit in diesem Briefe begriffen vnd ausgedrückt wären. Vnd wir vorkaufen, zueignen vnd geben genannten vnserm Landvoigt Hansen von Arnim vnd seinen männlichen Leibes-Lehens-Erben solch obbestimmt Kloster Boitzenburg mit allen vnd jeglichen Gütern, jährlichen Zinsen, Renten, Pächten vnd sonst allen ihren Zu- vnd Eingehorungen zu einem rechten Erbkauf erblich, Leihen Ihnen auch die ferner zu einem rechten Mannlehen als obsteht, in Kraft vnd Macht dieses Briefes, Also dass er vnd seine männlichen Leibs-Lehens-Erben dasselbig Kloster, Dörfer vnd Güter mit allen Zu- vnd Eingehorungen, nichts davon ausgeschlossen, forderen von vns, vnsern Erben vnd Nachkommen, Marggrafen zu Brandenburg, zu rechtem Mannlehen haben, besitzen, geniessen, gebrauchen, Die, so oft es Noth thut, nehmen vnd empfahen, vns auch davon halten, thun vnd dienen sollen, als solcher vnd Mannlehens Recht vnd Gewohnheit ist, Doch mit solcher Bescheidenheit, dass er vnd seine Lehenserben die Domina mit sammt den Klosterjungfrauen, so itzo aldar in Vorsammlung sein, die Zeit ihrer Leben mit Essen, Trinken, Kleidung vnd Nothdurft, wie sie solches von Alters vnd allweg aus den Klostergütern gehabt haben, vorsehen vnd vorsorgen sollen. Es soll aber auch bemelter vnser Landvoigt Hans von Arnim vnverbunden sein, über diese Anzahl, so itzo im Kloster vorhanden, mehr Jungfrauen daselbst einzunehmen. So sollen vnd wollen wir vnd vnsere Erben Ihme vnd seinen Erben dieses erkauften vnd aus Gnaden zugeeigneten vnd gegebenen Guts ein rechte vollständige ewige vnd erbliche Gewähr sein, Ihm vnd seine Erben auch aller vnd jeder Zu- vnd Ansprach gegen männiglich zu Recht vnd sonst vortreten vnd sie in allweg schadlos halten. So wollen wir auch vnd vnsere Erben das Kloster vnd desselben Güter hinfür mit Ablagern vnserer Jäger Waidleute fremder Herrschaft vnserer Räthe vnd vor vns selbst verschonen vnd forder nicht ferner gebrauchen oder gebrauchen lassen. Doch soll Er vnd seine Lehnserben alle Jahr, die Zeit der Kloster-Jungfrauen leben, vnsern Waidleuten, so wir in das Jungfrauen-Kloster vnd Häuser aufs Ablager schicken, In ihrer Unterhaltung fünftehalb schock Hühner vnd einen halben Wispel Hafer schicken vnd antworten lassen, alles in Krafft dieses Briefes, bei vnseren fürstlichen Treuen vnd wahren Worten, auch sonder alles Gefährde.

Wir haben auch aus besondern Gnaden seinem Vetter Jacoben von Arnim zu Gerswalde vnd seinen männlichen Leibs-Lehens-Erben die gesampter Hand an solchen Lehen vnd Gütern geliehen vnd leihen ihnen die hiermit vnd in Kraft dieses Briefes, Doch dass sie zu jederer Zeit, so es zu Schulden kommt, der gesampten Hand, wie gesampter Hand Recht vnd Gewohnheit ist, Folge thun. Und wir leihen Ihnen hieran alles, was wir ihnen von Gnaden vnd Rechts wegen daran vorleihen sollen vnd mögen, Doch vns an vnserm vnd männiglich an seinen Rechten ohn Schaden. Zu vrkunnt mit vnserm anhangenden Insiegel vorsiegelt vnd Geben zu Cöln an der Spree, am Abend visitationis Marie, Christi vnsers Herrn Geburt 1539sten Jahre.

Joachim, Churfürst, manu propria.

CXXV. Georg von Blankenburg, Stiftshauptmann von Havelberg, vergleicht die letzte Kloster-Jungfrau aus Marienpforte, Catharina von Arensdorf, mit Curt und Berndt von Arnim über eine bestimmte Präbende, am 21. November 1572.

Zu wissen. Nachdem die Andechtige, Edle vnd Vieltugentsame Junffer Catharina Warborgen, Kloster Junffer alhie zu Botzenborch, in Gott Sehliglich entschlaffen, vnd Im selben kloster die auch Andechtige, Edle vnd vieltugentsame Junffer Catharina Arnsdorffen hinter sich verlassen. Vnd weil sie dan hiebeuohr das Dorff Newgartten mit Pechten, Rauchunnern, gerichte vnd gerechtigkeit — ausgenohmmen die Dienste, welche zum hause Botzenborch von ieh her auffer gelegen gewesen, — Darneben auch auf anderen ettlichen Dorfern Im Eigenthumb Botzenborch Ettliche Geldepechtte zu heben, welches in itziger Zeit also von den Leuthen, dieweill sie numehr alleine, einzufordern Sehr beschwerlichen. Nachdem ir solches von Jare zu Jare zum Teill vndergeschlagen vnd von den leuthen nicht hatt ermahnen konnen, Als ist sie bewogen worden, nicht alleine von dem Dorfe Newgarten, Sondern auch von den Andern Hebungen in den Andern Dorffern in gleichem fall sie vor Ire person hinferner zu heben oder einzuforderen, abzustehen, wo ferne sie nur alleine mit Churtt vnd Berndt, gebruder von Arnim, eine handlunge treffen konthe, das sie Ir Jerlichen ein Genandts, auch ein gewisses Erstlichen an Gelde, jedoch das es derselbigen Iren Jerlichen Einkommen nach gleichmessigk gemacht vnd sie daran nicht mochte verkurtzett werden, vnd Deputhatt, dauon sie sich Zeit Ires lebens erhalten konthe, Jerlichen geben wollten.

Derowegen sie dan den Gestrengen, Edlen vnd Ehrenvesten Jeorgen von Blankenborch, Haupttman des stifftes Havelbergk vnd Goldebegk etc., bittlichen vermocht, das er Iretwegen zwischen gemeltten von Arnim vnd sie derentwegen handlen mocht. Welcher sich dan bei dieser Handlunge wilfertigk erzeigt vnd volgich beide teile den Donnerstagk nach Elisabeth dieses laufenden 42 sten Jares zu solcher Handlunge zu Prentzlow einzukommen bescheiden. Do den gemeltte Junfer Catharina Arnsdorfen Samptt Irer darzu verbethener freundschafft erschienen vnd ankommen vnd derentwegen zwischen gedachter Klosterjunffer vnd denen von Arnim hierauff gehandeltt, wie volgdt.

Erstlichen, nachdem sie selbst berechendt, das sie an allerley hebunge, auch durchaus vnd an allen Orten Im gantzen Eigenthumb Botzenborch nichts mehr den LI Fl. benebenst den Zehenden, so hierinne mit Eingeschlagen, zu heben, Als haben Ir Churtt vndt Berndt von Arnim auf gedachtes Jeorge von Blanckenborges vnderhandlunge vorgedachtes geldt Irer selbst Eigen Rechnungk nach Jerlichen auff Catharine des zukunfftigen 73 sten Jares Anzufangen vnd volgents Zeit Ires Lebens zu geben bewilligt vnd Angenohmmen.

Auch neben dem diss nechstvolgende Deputhat, nemlichen Alle Jar:

I tonne Herinck,
IX Schfl. Maltz zu Allen VI wochen,
I feist Schwein,
I Rindt, das loblich sey,
II Wisp. Rocken,
II Wisp. Haber,
II Schfl. Buchweitzen,

XXI Genſe,
LVIII Hunner,
I tonn Butter . . . .
I Hammell,
X Zehntlemmer,
I Schfl. Erbſen,
II Emmer Honnich,
Auf II Perſonen vor vnd vor Brodt. Item Kuchenfiſche alle mittwoche vnd freitage.

Hierentkegen hat vilgemeltte Junffer Catharina Arnſsdorffen denen von Arnim das Dorff Newgarten mit Allen Pechten, Zehenden, Rauchunnern, Allem gerichte vnd gerechtigkeit, wie ſie dieſelbige biſsanhero eingehabtt, beſeſſen, genoſſen vnd gebraucht, Auſsgenommen die Dienſte, wie vorgemeltt, die zum hauſe Botzenborch gehoren, Samptt den Andern Hebungen, ſo ſie in den Andern Dorfern allen Im gantzen Eigenthumb Botzenborch als vor Kloſtergudt eingehabtt, beſambtt das gantze Kloſter Botzenborch, Jedoch das ſie die Zeit Ires Lebens geruhlichen darinnen wohnen vnd bleiben magk, mit guthen wiſſen vnd willen, auch Rade irer freundtſchaft, gutwilliglichen abgetretten vnd zugeſtellt, auſsgenommen, das ir die Pauer zu Newgartten Jerlich ir kuchenholtz, ſo vill ſie deſſen bedorfftigk, ſie auch darneben zu Iren freunden vnd wohin ſie ſonſten zu fharen willenſs, zu jeder Zeit vnweigerlichen furen ſollen vnd mögen. Solches zu mehrer Stedter vnd veſter haltunge Sindt hieruber zwey gleichlautende Pacts einer auſs dem andern geſchrieben, vnd von gemeltten Jeorgen von Blanckenborgen, als erſtlichen dieſer Sachen vnterhendlern, Darnach von Junffer Catharina Arnſsdorf mit des Conventes des Kloſters Botzenborchs Siegell, vnd neben vorgemeltter Junffer von Matteuſs Arnſsdorffen vnd Criſtoffer Lindtſteden, Ires Sehligen Bruder vnd Schweſter Sohne, als von den Einen, vnd von Churtt vnd Berndt, gebruder von Arnim, als dem Andern Teill, wiſſentlich verſiegeldt vnd mit Eigenen Handen vnderſchrieben. Geſchehen zu Prentzlow, Freytags nach Eliſabeth, Im 1572ſten Jar.

L. S. Jorg von blankenborch, myne hand.

L. S. der Aebtiſſin.

L. S. Chriſtoff Lintſted, min handt.

L. S. Matteuss Arentſtorp, meyn handt.

L. S. Churdt vonn Ahrnim, meine handt.

L. S. Berndt von Arneim, meinne Huandtt.

IX.

Stadt Prenzlau.

I. Barnim, Herzog der Slawen, stiftet die Stadt Prenzlau, am 27. Dezember 1235.*)

Barnim, dei pacientia dux Sclauorum, uniuerſis, ad quos peruenerit preſens ſciptum, ſic tranſire per bona temporalia, vt non amittant eterna. Quum quidem omnia, que agimus per ſtudium conſiderationis preuenire debemus, quemadmodum ſpiritalis docmatis apice per virorum reuelationem ſumus inſtructi litteratorum, qui velamine littere ablato nos edocuere plerumque euidentibus argumentis, attendentes igitur illud docma prefatum, id quod fecimus et ordinauimus, ſcriptis et munimentis aliis bonum duximus eternare, ne a noſtra noſtrorumue ſucceſſorum memoria queat labi. Siquidem noſtris volentes utilitatibus et comodis prouidere, nos nichilominus aliarum prouinciarum conſuetudinibus conformantes, in terra noſtra ciuitates liberas decreuimus inſtaurare. Significatum itaque ſit preſentium honeſtati, necnon reuerende discretioni futurorum, quod nos tam de proprio voluntatis arbitrio, quam de noſtrorum nobilium prudenti conſilio, decreuimus in Prencelaw ciuitatem liberam inſtituere, ad cuius loci edificationem et cetera comoda et utilitates ipſorum, qui in iam dicta manſerint ciuitate, trescentos manſos adiecimus, ducentos ex una parte aque que ukera vocatur, in illa videlicet, in qua ciuitas edificabitur, et in alia trans ukeram centum manſos, et aquam ad molendinorum, quibus carere non poterunt, exſtructionem. Cuius ciuitatis promotionem viris prouidis et discretis waltero, qui in ea prefectus erit, jordano et fratri ſuo, willikino cum eſyko, henrico cum helya et paulo de Stendal, qui a nobis hunc locum receperunt, commiſimus in hunc modum. A feſto beati Martini per tres annos de manſis, quos ciuitati adie-

*) Seckt's Geſchichte von Prenzlau Bd. I. Anhang S. 147 theilt als älteſte Urkunde Prenzlau's ein Zugeſtändniß mit, das die Markgrafen Johann und Otto im J. 1223 den Minoritenbrüdern daſelbſt zur Erweiterung ihres Grundbeſitzes in der Stadt gemacht haben ſollen — „ex originali Marchionum sigillis corroborato." Das angebliche Original hat ſich jedoch nicht wieder auffinden laſſen: iſt auch im rathhäuslichen Archive zu Prenzlau nicht vorhanden. Dabei enthält die Urkunde eine Bezeichnung der Markgrafen (primi Marchiones) und eine Auffaſſung der Stadt Prenzlau als einer ſchon vollendeten ſtädtiſchen Anlage, welche der Botmäßigkeit der Markgrafen unterworfen geweſen wäre, nach welcher die Urkunde als falſch und ſpäter untergeſchoben erſcheinen muß.

cimus, nichil recipietur, peracto autem trium annorum ſpacio, de quouis manſo ferto dimidius ſolui debet. Prefatis autem octo, qui ciuitatem edificandam de manu noſtra ſuſceperunt in feodo octoginta manſos contulimus. Si vero molendina edificata fuerint, duas partes molendinorum reddituum dominus terre recipiet et terciam partem qui expenſas dederint ad extruendum. Quidquid ſoluendum eſt de areis et de aliis emolumentis dominus duas partes et memorati octo viri terciam aſſument. Ciuitas autem hec eadem debet frui libertate, quam habet ciuitas madeburgenſis, et eodem iure, excepto eo, quod Rade appellatur, quod aput nos decreuimus abolendum. Mercatores etiam, qui de ciuitate Prenzlaw ſunt, per totam terram noſtram thelonea non ſoluent. Cupientes autem hanc noſtram ordinationem et libertatis collationem nunc et in poſterum firmiter obſeruari, litteris noſtris cum ſigilli muniuimus appenſione. Teſtes autem ſunt: Prepoſitus Colbergenſis Paulus, Bartolomeus frater eius, eiusdem loci canonicus, Rodolfus ſacerdos in Stetin, Priznoborus vir nobilis in Stetin, Stephanus dapifer, Rimboldus pincerna, zulizlaus, jarozlaus, Salimarus, andreas mozkot, alius andreas, alter zulizlaus, Symon nobilis Stetinenſis, qui omnes noſtre intererant ordinationi et libertatis ut diximus collationi. Actum apud Stetin, anno dominice incarnationis M°. CC°. XXX°. quinto, ſexto Kal. januarii.

Nach Koſegarten's Abdruck in dem Cod. Pom. I. 479.

II. Barnim, Herzog der Slawen, ſchenkt dem Convent der büßenden Schweſtern in Prenzlau die Pfarrkirche und drei andere Kirchen daſelbſt, am 7. März 1250.

Barnym, Dei Gratia Slavorum Dux, univerſis hanc paginam inſpecturis ſalutem in Perpetuum. Ne facta hominum conſumat oblivio, ſcriptis ſolent authenticis roborari, ut indicio evidenti ad poſterorum notitiam transmittantur. Innoteſcat ergo tam preſentibus quam futuris, quod nos conſiderantes pium eſſe indigentibus ſubvenire, illis quidem precipue, qui ab amorem Criſti mundum florentem eum ſuis concupiſcentiis deſpexerunt, ſub monaſtice religionis habitu crucem domini bajulantes, Ad honorem Dei omnipotentis contulimus ſororibus penitentibus ordinis beate Marie Magdalene in Prinslawe Eccleſiam beate Dei genetricis et virginis Marie in dicta jam Prinslawe Civitate ſimulque alias annexas ſibi Eccleſias, videlicet beatorum Nicholai, Jacobi et Sabini in nova Civitate, cum omni Jure ſuo et fructuum perceptione in legitimum beneficium perpetuo poſſidendas. Ut autem hec noſtra donatio rata et inconvulſa habeatur, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboratam prememoratis ſororibus duximus indulgendam. Teſtes ſunt iſti: Johannes et Gerengerus, milites de Jagowe, Dominus Henricus, Prepoſitus Stetinenſis et alii viri multi. Actum Anno Domini MCCL. Datum in Stetin, Nonas Martij.

Aus einem Copialbuche.

III. Markgraf Johann bestätigt der Stadt Prenzlau nach deren Uebergange unter seine Herrschaft ihre Besitzungen und Rechte, am 18. Januar 1251.

In nomine sancte et jndiuidue trinitatis. Johannes, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi firmentur Subsidio literarum. Etenim cum ex resignatione dilecti consanguinei ac fidelis nostri, Domini Barnimi, illustris Sclauorum Ducis, ciuitas Prinzlaw, qve ab ipso fundata fuit, nostre nunc dicioni subiecta noscatur, nostra interest, eiusdem ciuitatis utilitatibus ac commodis omni sollicitudine prouidere. Harum ergo inspectione propensius elucescat tam presentis, qvam futuri temporis hominibus vniuersis, quod nos supra dicte ciuitati nostre Prinzlaw, postqvam ad nos peruenit, assignauimus Ducentos et Quinquaginta mansos, Ducentos ex vna parte aqve, que Vkera uocatur, in illa uidelicet, in qva ciuitas est constructa, et trans Vkeram qvinqvaginta, eo tamen pacto, ut de mansis eisdem, eandem in festo beati Martini soluant ex integro anni pensionem, qvam antea soluere consveuerunt, qve de qvolibet manso dimidius ferto fuit. Addimus insuper preter agros cultui aptos, loca qvoque palustria, ciuitati uicina, et hec ad pascua deputamus, Item idem ius, Magdeburgense uidelicet, qvod dicte ciues ciuitatis hactenus habuisse noscuntur, ipsis etiam in antea indulgemus. Eandem etiam habebunt in totius terre nostre districtu thelonei libertatem, quam habent illi de Brandenburg et de Berlin aliarumque nostrarum communio ciuitatum. Ad hec omnia nunc de nouo utilitatj eiusdem adicimus ciuitatis, ut Theatrum et qvecunque in ipso edificanda duxerint, in usum ac commodum ciuitatis ipsius redigant et conuertant. Similiter et stagnum adiacens, qvod Vkerse uocatur integrum, et medietatem stagni, quod Meln dicitur, ad emendationem donauimus ciuitatis. Ligna qvoque suis necessitatibus oportuna Secare licenter et afferre poterunt ubicunque in partibus illis attingere ea possunt. Vt autem hec premissa fixa perpetuo maneant atque firma, presentem paginam super eo conscriptam sigilli nostri appensione duximus muniendam. Presentibus fidelibus nostris Gerardo de Kercow, Friderico de Bertecow, Alberno Marscalco, Heinrico Pincerna, Heinrico Aduocato de Stolp, Heinrico de Stegelitz, Johanne de Benitz, Borchardo de Gnewkow, et aliis qvam pluribus militibus atque seruis. Datum per manum Johannis Plebani de Stolp, nostri tunc Notarij, Anno M°. CC°. LI. Indictione IX. XV. Kal. Februarij.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Diese Urkunde ist nach den bisherigen Abdrücken immer dem Jahre 1252 zugeschrieben worden.

IV. Bischof Hermann genehmigt die dem Convent der büßenden Schwestern zu Prenzlau am 7. März 1250 vom Herzog Barnim gemachte Schenkung, im Dezember 1251.

Hermannus, Dei gratia Caminensis ecclesie electus, Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui neminem vult perire. Ad hoc Deus et Dominus noster in ecclesia

ſua conſtituit Principes et Paſtores, ut per ſe intendant operibus pietatis et non ſolum in aliis, qui locis religioſis ſua liberalitate contulerunt, verum et ipſimet ipſis commiſſi ſibi Studeant fieri formam gregis, loca religioſa locupletantes, cum fieri poteſt ſuo munere et favore. Hinc eſt quod venientes ad nos dilecte in Chriſto filie Prioriſſe et conventus ſororum penitentium in Primislave nobis humiliter ſupplicarunt, ut Privilegium ſibi ab illuſtri Duce, domino Barnim de Stetin traditum et donatum noſtre dignaremur auctoritatis munimine roborare et eſt ipſius Privilegii tenor talis. (Hier folgt die Urkunde No. II.) Nos autem eorum veſtigiis inherentes, qui juſtis petionibus pium prebere conſueverunt aſſenſum, conſiderantes etiam, quod ex dicta donatione Status dictarum ſororum, temporalium adjumento poterit emendari, eam auctoritate nobis a Domino tradita confirmamus, Salvo tamen in omnibus jure noſtro noſtrorumque ſucceſſorum et prepoſiti, qui in Spiritualibus tanquam noſter vicarius noſtram vicem gerere comprobatur, ſub anathematis interminatione diſtricte inhibentes, ne quis ſepe dicte donationi noſtreque confirmationi auſu temerario ſe opponere et dictas ſorores ſuper ea audeat moleſtare ſi omnipotentis Dei et beati Johannis Baptiſte, cujus vices in terra gerimus, ingratitudinem et excommunicationis ſententiam voluerit evitare. Datum in Dargum, Anno gratie MCCLI, menſe Decembris.

Aus Beckmann's Handſchrift.

V. Der Biſchof Hermann von Camin beſtätigt einen Vertrag der Bürgerſchaft und der Pfarrkirche, worin der letztern anſtatt der angeordneten Geld- und Getreideabgaben 2 Hufen Landes zugeeignet werden, am 30. Auguſt 1253.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ, Nos Hermannuſ, Dei gracia ſancte caminenſis eccleſie electuſ, Notum eſſe cupimus, tam preſentibus, quam futuris, quod ciueſ de prinzlau pro recompenſatione modiorum et denariorum, qui ſecundum ordinationem Domini Marchionis Johanniſ de Brandeburch et noſtram, eccleſie parrochiali libere ac integraliter dandi erant, de conſenſu noſtro duos manſos cum omni jure plene ac voluntarie eidem eccleſie tradiderunt. Hanc profecto commutationem ratam habemuſ et pleniſſime confirmamus et ne infringi aliquatenus valeat tempore procedente, ſigilli noſtri munimine eandem duximus roborandam. Facta eſt jam dicta commutatio in dockowe, anno, ab incarnatione Domini M° CC° LIII° III kal. Septembris preſentibus honeſtis viris, Nobilibus et diſcretis, quorum nomina ſunt hec: venerabilis Dominus Willehelmus quondam camjnenſis eccleſie epiſcopus, Dominus Heinricus de Kocſtede et Dominus albertus frater ſuus et Dominus burchardus de ueleuanz et frater Alexander de prinzlau, et frater Fridericus ejuſdem predicator, Sifridus de cozwic, Bertoldus prefectus, Fridericus de grappenſtede, et alii quam plures jam ſepe dicte ciuitatis burgenſes preſentes jnterfuerunt conpoſitionj.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

VI. Papſt Alexander IV. nimmt das Marien-Magdalenen-Kloſter zu Prenzlau in ſeinen Schutz und macht demſelben verſchiedene Zugeſtändniſſe, am 27. November 1256.

Alexander Epiſcopus, Seruus ſeruorum dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſe Monaſterij ſancte Marie Magdalene in Prinslauue, ejusque ſororibus, tam preſentibus, qvam futuris, regularem uitam profeſſis ſalutem etc. Religioſam uitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incuſſus, aut eas a propoſito reuocet, aut robur, qvod abſit, ſancte religionis eneruet. Eapropter, dilecte in Domino filie, ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, et Monaſterium beate Marie Magdalene, in Prinzlawe Caminenſis Dioceſeos, in quo diuino eſtis obſequio mancipate, ſub Beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti Priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuimus, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Deum et beati Auguſtini regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea, quascunque poſſeſſiones, qvecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma uobis et eis, qve uobis ſucceſſerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum, in qvo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis Suis, Eccleſiam beate Marie Virginis cum ſancti Jacobi, ſancti Nicolai et ſancti Sabini eccleſiis dependentibus ab eadem, et omnibus pertinentiis Suis, quas habetis in villa, que vulgariter dicitur Prinslawe, ſeptem Manſos cum pertinentiis eorundem et Allodium unum, quod habetis ibidem. Jus patronatus, quod in dicta Eccleſia beate Marie Virginis obtinetis. Curtes, quas habetis in loco, qui noua Ciuitas nominatur, manſos ſex et duas Curtes in villa, Schenkenberc uulgariter nuncupata, cum omnibus pertinentiis eorundem. Manſos ſex et Curtes decem in villa, que dicitur Gyrswalde cum omnibus pertinentiis eorundem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuagiis et pascuis in boſco et plano, in Aquis et molendinis in viis et ſemitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ſuis. Sane noualium ueſtrorum que propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de ueſtrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat qvoque uobis perſonas liberas et abſolutas a ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, et eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum ueſtrarum poſt factam in Monaſterio ueſtro profeſſionem fas ſit ſine prioriſſe ejus licentia de eodem loco, niſi artioris religionis optentu, diſcedere, diſcedentem uero abſque communium literarum ueſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis et interdictis non pulſatis Campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, benedictiones Canonicarum a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo ſiquidem Catholicus fuerit et gratiam et communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit, et ea uobis uoluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochie ueſtre nullus ſine aſſenſu dioceſani epiſcopi et ueſtro Capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis aliisque omnibus Eccleſiaſticis ſecularibusque perſonis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque eius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverunt, niſi forte excommunicati vel interdicti ſunt

aut etiam publici vſurarii, nullus obſiſtat, ſalvo tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea et poſſeſſiones ad ius eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes qve a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad eccleſias, ad quas pertinent, reuocandi libera ſit uobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prioriſſa uel earum aliqua, que tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi eam ſorores communi conſenſu uel earum maior pars conſilii Sanioris ſecundum Deum et beati Auguſtini regulam prouiderint eligendam. Paci quoque et tranquillitati ueſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere uolentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut intra clauſuras locorum ſeu grangiarum ueſtrarum nullus rapturam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſas nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus uel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, uel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate et Dioceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſque perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatiſfactione, correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a ſacratiſſimo corpore, et a ſanguine Dei et Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat etiam in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus hic fructum bone actionis percipiant, et apud diſtrictum iudicem premium eterne pacis inveniant. Amen Amen.

Ego Alexander Catholice eccleſie Epiſcopus.

Ego Frater Johannes Eccleſ. St. Laurentii in lucina presbiter Cardinalis.	Ego Odo Tusculanus Epiſcopus.	Ego Riccardus Sti. Angeli Diaconus Cardinalis.
	Ego Stephanus Preneſtinus Epiſcopus.	
Ego Frater Hugo Eccleſ. St. Sabine presbiter Cardinalis.	Ego Octauianus Ste. Marie in via lata Diaconus Cardinalis.	Ego Petrus Sti. Georgii ad Velum aureum Diac. Cardinalis.

Datum Laterani per Manum Guillermi Magiſtri Scolarum Parmenſis, Ste. Romane eccleſie Vicecancellarii, tertio Nonarum Maji, Indictione XIV., Incarnationis dominice M. CC. LVI. Pontificaus vero Domini Alexandri Pape IV. anno ſecundo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

VII. Bischof Hermann von Camin bestätigt dem Kloster der büßenden Schwestern in Prenzlau ein Zugeständniß des Markgrafen Johann, am 27. November 1261.

Hermannus, Dei gratia Epiſcopus eccleſie Caminenſis, omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Ad hoc Deus et Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ſua eccleſia principes et gregis ſui paſtores conſtituit, ut per ſe operibus miſericordie ac pietatis intendant, loca religioſa locupletantes cum fieri poteſt ſuo munimine et fauore. Hinc eſt, quod venientes ad nos dilecte in Chriſto filie Sanctimoniales prioriſſa et conuentus ſororum penitencium noue ciuitatis in Primzlawe humiliter ſupplicarunt et deuote, quatenus priuilegium ipſis ab illuſtri principe Johanne Marchione Brandenburgenſi pure et ſimpliciter propter Deum traditum et donatum ſuper eccleſias Ciuitatis Premzlawe videlicet beate Dei genitricis et virginis Marie Sancti Nicolai, Sancti Jacobi necnon Sancti Sabini Epiſcopi jam dicte noue ciuitatis de noſtro conſilio factum, quod aſſerimus et proteſtamur, ſicut in ipſo priuilegio plenius continetur et euidenter, dignaremur noſtre auctoritatis munimine roborare. Nos ergo earum precibus inclinati et eorum veſtigiis inherentes, qui iuſtis peticionibus pium prebere conſueuerunt aſſenſum, conſiderantes, eciam, quod ex dicta donacione ſtatus dictarum Sanctimonialium temporalium adiumento poterit emendari, eam auctoritate nobis a Domino tradita confirmamus, ſaluo tamen in omnibus iure noſtro noſtrorumque ſucceſſorum et prepoſiti, qui in ſpiritualibus tanquam noſter vicarius noſtram vicem gerere comprobatur. Sub anathemate diſtrictius inhibentes, ne quis ſepe dicte donacioni noſtreque confirmacioni abuſu temerario ſe opponat vel dictas Sanctimoniales ſuper ea audeat moleſtare, ſicut omnipotentis Dei et Sancti Johannis baptiſte cuius vicem in terra gerimus ingratitudinem et excommunicacionis ſentenhiam voluerint euitare. Datum Stetini, Anno domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, quinto Kalendarum Decembris.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

Anmerkung z. Urk. No. VII.: Einen Vergleich zwiſchen dem Minoriten-Kloſter zu Prenzlau und der Stadt vom 25. Juli 1270 enthält Seckt's Geſch. von Prenzlau I. Anh. 155. Derſelbe iſt jedoch vermuthlich ebenſo untergeſchoben, als die oben erwähnte Urkunde von 1223. Sie betrifft mit letzterer denſelben Gegenſtand, nämlich den Grundbeſitz der Minoritenbrüder in Prenzlau und befindet ſich im rathhäuslichen Archive nicht.

VIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad beſtätigen der Stadt Prenzlau das Magdeburgiſche Stadtrecht, am 5. November 1278.

In nomine Domini Amen. Ne per defectum memorie, que provida diſpoſitione geruntur in tempore, erroris ſurrepat ingenita oblivio, expedit, geſta in tempore ſeu gerenda teſtium ſubſcriptione et literarum beneficio perhennari. Quapropter nos Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Brandeburgenſes Marchiones, recognoſcimus et proteſtamur preſentibus, qvod dilectis Burgenſibus noſtris ciuitatis Prinzlauie ius donauimus Magdeburgenſe, ita videlicet, ut iudicent tam in

campis metarum ciuitatis ſue qvam in foro, vicis, teatro et plateis omni iure plenario, quemadmodum Burgenſes noſtri ciuitatis Stendalienſis et Gardelegenſis more Magdeburgenſi conſueverunt, ſua iudicia iudicare et conſagitationes exactionum facere non alias, quam ſicuti ciuitates noſtre dederint, que plenarium ius poſſident Magdeburgenſe. Promiſimus namque quod ipſos predictos Burgenſes noſtros ſpecialiter uelimus iugiterque pro poſſibilitate noſtra protegere, et in iure ſuo beneuole ac perhenniter conſervare. Huius rei teſtes ſunt milites noſtri Bertramus de Benitz, Bertramus de Eckſtede, Fridericus de Ecſtede, Johannes de Gripheberge, Johannes de Stegelitz, Johannes de Oldenulete, Theodoricus de Kercow, Johannes de Bryſeuitz, et alii quam plures uiri nobiles, fide digni. Ne vero hec noſtra perpetualis donatio a noſtris ſucceſſoribus irritetur, preſens ſcriptum Burgenſibus noſtris predictis ciuitatis Primslavienſis tradidimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. Actum Gyreswolde Anno Domini M°. CC°. LXXVIII°. Nonas Novembris. Datum per manum Domini Meynardi, noſtre Curie Capellani.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

IX. Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen ſich mit der Stadt Prenzlau über die Bede-Erhebung, das Schulzenamt und die Zollentrichtung, am 30. November 1282.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Otto et Conradus, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus has litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam omnium habere memoriam potius eſt divinitatis quam humanitatis, expedit ea, que donantur a Principibus, ſcriptis authenticis roborari et ſortiri robur perpetue firmitatis, ad removendam omnem Calumniam et malignorum hominum aſtutiam, que circa ipſorum donationem poſſint futuris temporibus ſuboriri. Inde eſt, quod notum eſſe volumus univerſis Criſti fidelibus tam preſentis temporis quam futuri et tenore preſentium publice proteſtamur, quod cum Burgenſibus in Prinzlavia nobis dilectis, mediante discretorum virorum noſtrorum provido Conſilio et maturo, placitando convenimus in hunc modum, videlicet, quod ipſis dedimus libertatem a feſto Martini proxime nunc futuro per quinquennium irrevocabiliter duraturum, volentes ipſos hoc durante tempore a qualibet exactione ſive petitione exactoria penitus eſſe liberos et exemptos. Expleto autem predicto quinquennio iidem Burgenſes Centum Marcas Brandenburgenſis argenti annis ſingulis perpetuo nobis dabunt, duobus terminis ſive diebus ad hoc ſpecialiter deputatis, in feſto Martini videlicet quinquaginta Marcas, in feſto Walburgis proxime ſubſequente quinquaginta marcas ſimiliter nobis dabunt, debentque eſſe liberi et ſoluti ab omni exactione ſive Petitione exactoria vel quocunque nomine cenſeatur. Neminem autem infeudabimus pecunia iam premiſſa. Item ſi aliquem ex nobis captivari contigerit, quod Deus avertat, tunc predicti Burgenſes ad redemptionem illius, qui captus fuit, dabunt ſemel ducentas marcas et non amplius et ſic debent eſſe liberi et ſoluti. Item predicte civitati Printzlavie Burgenſibus nec non ſucceſſoribus eorundem dedimus, ut habeant infeudatum judicem ſive ſchultetum, virum hereditarium cum ipſis in Civitate Prinzlavie Commanentem.

Nos autem ipſum judicium ſive prefecturam emere non debemus nec aliquis vice noſtra, et nullus advocatorum noſtrorum acquirere debet Judicium memoratum, in ſtatuque eodem dicta prefectura manebit perpetuo, ſecundum quod ſtat tempore jam preſenti. Item predicte civitatis Burgenſibus et eorum ſucceſſoribus promiſimus, ut non aliquem aut aliquos ex eis ſpecialiter vel generaliter aggravare debeamus in quibuslibet excipiendis et mutuo contrahendis contra cujuslibet liberam voluntatem. Item ſi contigerit aliquem ex fratribus noſtris aut filiis ad militiam promoveri vel thoro legitimo copulari, ad hec predicti Burgenſes nec non eorum ſucceſſores nihil nobis dare ex debito tenebuntur. Item ſi predictam civitatem alicui ex fratribus noſtris aut filiis aut alio domino in poſterum dimittere volumus, is, cui ipſam civitatem dimiſerimus, fide data promittet, omnia prelibata inviolabiliter obſervare, roborabitque ſui ſigilli munimine preſens ſcriptum. Item prefati Burgenſes Carbones et ligna, de quibus indigerint ad uſum et neceſſitatem ſuorum ignium, que in terra Pazewalck compararint, ita tamen quod ea non emant a Burgenſibus de Paſewalck, abſque Ungeldo ducent ſurſum Ukeram aſcendendo, nec advocatus, Officiales aut nuncii noſtri impedient in eisdem. Item aqueductus in Nedam, nominatus teuthonice eine Vlütrenne, et ſimiliter aqueductus in Paſewalck, ſi prefati Burgenſes ipſum reparare decreverint, ſtabunt ad idem jus, ad quod ſtare temporibus patris noſti Marchionis Johannis clare memorie conſueverunt Molendinariique eos tenebunt et cum denariis illic receptis de deſcenſu et aſcenſu navium ductus aquarum prehabitos, cum deſtructi fuerint, reparabunt. Supra dicta omnia ipſis inviolabiliter obſervare, promiſimus fide data pro nobis, noſtris fratribus ac ſucceſſoribus univerſis. Promiſimus etiam, quod nullus ex fratribus noſtris ſuam partem hereditatis debeat aliqualiter acceptare, niſi prius promittat, quemadmodum nos promittimus fide data et ſuis ſigillis roboret preſens ſcriptum. Preterea ſervandum duximus firmiter et tenendum, quod ſi quidcunque de Premiſſis omnibus infringeremus, quod abſit; ex tunc dicti Burgenſes liberum habebunt arbitrium, ut una cum quatuor advocatiis noſtris, uidelicet leuenwalde, Paſewalk, Stolp et trans Oderam, cum civitatibus, Oppidis in ipſis ſitis et Vaſallis noſtris ipſas inhabitantibus univerſis libere ſe divertere poterint ad alium dominum, ad quem duxerint divertendum, donec injuria et violentia per nos, fratres noſtros et ſucceſſores facta fuerit integraliter retractata. Pro hujusmodi quidem libertate et omnibus aliis articulis premiſſis prefati Burgenſes nobis dederunt mille quadringentas quinquaginta et undecim marcas. In ſupra dictorum ſiquidem omnium evidens teſtimonium et cautelam preſentem paginam fieri iuſſimus ſigillorum noſtrorum impreſſionibus conſignari, adhibitis nihilominus teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hec: Bertramus de Bentz, Betheko de Ecſtede, Johannes de ſtegelitz, Dapifer curie, Haſſo de Wedele, Henricus de Bellinge, Buſſo de Kockſtede, Willekinus de Kerckow, milites, Johannes et Betheko, ſculteti dicte civitatis, Hinricus Ruffus, Gerhardus de Biſmarke, Conradus Vinitor, ſcadelove, Henricus de Lughe, Rudolphus de Scheninge, Gerengerus, Scabini, Albertus de Brunswich, Johannes de Brunne, Johannes Faber, Conradus Campſor, Heiſo et Theodoricus Fratres pellifices, Johannes de Kolene, Arnoldus de Kolene, Hannemannus ſcriptor et Meineko ſocius ſuus et ſui filii, Burgenſes, et quam plures alii fide digni. Datum Girswalde, Anno Gratie M. CCLXXXII in die ſancti Andree apoſtoli, per manum domini Johannis de Brunſchwich, noſtre Curie Capellani.

Nach dem Copialbuche der Breſl. Bibl. J. F. 31. Blatt 11—15. Seckt's Geſch. I., Urk. Anh. 157.

X. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen Bürgern zu Prenzlau die Freiheit von der Lehnbede, am 11. November 1283.

Nos Otto et Conradus, Dej gracia Marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus coram vniuerſis Chriſti fidelibus publice proteſtantes, quod vniuerſos Burgenſes et ſingulos in ciuitate Prinzlaw degentes et eorum heredes ab omni precaria nobis danda liberos et ſolutos dimiſimus, que denariis ſuis mercati ſunt, quod de bonis eorum pheodatis nullas prorſus precarias debeant dare nobis. Nomina bona feodata habencium ſunt hec: Heinricus rufus et ſuj heredes omnia bona ipſorum ad agriculturam eorum ſine precariis habebunt, preterea habebunt ſex manſos in bonis ipſorum ad agriculturam eorum ſine precariis et abſque ſeruiciis aliquibus. Conrad vinitor et ſuj heredes omnia bona ipſorum vniuerſaliter libera ſine precariis habebunt, preterea habebunt duodecim manſos ad agriculturam eorum in bonis ipſorum eciam ſine precariis et abſque ſeruiciis aliquibus. Johannes de Penckun ſuique heredes omnia bona eorum libera habebunt et abſque precariis ac ſine ſeruiciis aliquibus. Johannes Haltpape et ſuj heredes, Johannes de Brunne et ſuj heredes, Scadelow et ſuj heredes, filii Arnoldj de Sycke et eorum heredes, Johannes de Cedenick ac ſuj heredes, Theodericus, pellifex, et ſui heredes, Filij Heiſonis pellificis et eorum heredes, Heinricus de Lughe et ſuj heredes, filii Johannes de Colene et eorum heredes, Filii Hinricus de Sehuſen et eorum heredes, filii Heidenricus de Bismark et eorum heredes, Conradus de Stagno et ſuj heredes, Henricus Tabbard et ſuj heredes, Gerhardus de Bismark et ſuj heredes, omnia bona eorum, que nunc habent et poſſident, habebunt libera et abſque precariis aliquibus. Igitur vt premiſſa hec per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios irrefragabiliter obſeruentur, preſentes literas in evidens damus teſtimonium, ſigillorum noſtrorum appenſionibus conſignatas. Datum Prinzlaw, Anno Domini M°. CC°. LXXXIII°., in die Sancti Martini confeſſoris, per manum Bernardj, Curie noſtre notarii et cappellani.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Prenzlau die Freiheit von der Nachmeſſung ihrer Grundſtücke und verſchiedene Rechte, am 8. September 1287.

In Nomine Domini Amen. Omnibus in Criſto fidelibus preſentes literas inſpecturis Otto et Conradus, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenſes in perpetuum. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum notitia dilabuntur, que nec ſcripturarum nec teſtium munimine confirmantur. Quapropter Conſtare volumus tam preſentibus quam futuris Criſti fidelibus univerſis, quod Cauſam dimenſionis agrorum adiacentium Civitati Printzlaw, que nos tangebat ex una et Civitatem ex parte altera, terminauimus de maturo prudentum noſtrorum Conſilio favorabiliter in hunc modum, videlicet menſuram agrorum prefate Civitatis nunc et in perpetuum ſimpliciter relaxamus, ita ut nec a nobis nec a noſtris heredibus univerſis unquam

fuerit repetenda. Civitas etiam Printzlaw Cum agris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, Stagnis, aquis, fluentibus, Paludibus et cum omnibus his incluſis, que in ipſius civitatis diſtinctionibus continentur, libera manebit a menſura. Et neque nos neque noſtri heredes debemus civitatem Prenzlaw contra Juſtitiam impedire aut agros, aut ſtagna, aut Prata, aut Paſcua, aut aquas fluentes, aut Paludes, aut metas, que theutonice dicuntur ein Hueffchlag, vel in menſura ſeu in aliis rebus, quas quis excogitare ſciret ſive poſſet. Item Civitas Printzlaw, Burgenſes et eorum heredes manebunt apud ſua jura et obtinebunt hereditates, quas a nobis et a noſtris Progenitoribus ſibi datas poſſunt evidentibus privilegiis rationabiliter approbare. Privilegia quoque eorum, in quibus hujusmodi jura et libertates continentur, non debent cum aliis infra ſcriptis articulis permutari. Et quicquid nobis contigerit cum predictis Burgenſibus ſingulis annis ſeu temporibus placitare, hoc non diminuere debet Jura libertates et Privilegia predonata. Preterea Civitatis Burgenſibus et eorum heredibus dedimus in perpetuum hoc ſervandum, quod omnia molendina dicte civitati adiacentia currus ſuos mittere debent ad Civitatem Printzlaw et annonam quamcunque molendam educere debent et reducere, utpote noſtrorum dictavit ſententia diſcretorum, Et nolumus, ut aliquis auſu temerario preſumat hujusmodi molendinarios vel eorum nunctios in hujusmodi ſtatutis quodammodo impedire. Inſuper predictis Burgenſibus liberam et plenariam damus facultatem, quod poſſint ſe ac Civitatem Printzlaw quandocunque eis placuerit, muro firmare lapideo et munire ſine impedimento moleſtie alicujus. Hec omnia promiſimus Civitati, Burgenſibus et eorum heredibus firmiter ac fideliter obſervanda a nobis noſtrisque ſucceſſoribus hereditariis preſentibus ac futuris. Pro hujusmodi libertate ac donatione predicti Burgenſes dederunt nobis trecentas Marcas Brandeburgenſis monete. Vt autem hec omnia premiſſa firma permaneant et perpetuo inconcuſſa preſentes literas in evidens teſtimonium deſuper deſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roboratas, teſtibus adhibitis, qui preſentibus aderant, ſubnotatis, videlicet Friderico de Ecſtede, Ludewico et Haſſone, fratribus de Wedel, Henrico de Wardenberg, Ottone de Ellingen, Buſſone de Bellinge, Johanne de Grifenberghe, Gherardo de Woſtrow, Johanne de Sparrenwolde, militibus, Johanne de Farenholtze (al. Berkholte), advocato Potzenwalkenſi, Henrico, Venatore, advocato Levinwoldenſi, annone, advocato ſtolpenſi, Johanne et Betekino, prefate Civitatis ſcultetis, Conrado, Vinitore, et Henrico Rufo, Heinrico de Lughen, Rudolpho de Sceninge, Gerengero et Conrado de Stagno, Scabinis, Johanne Fabro, Theodoro, Pellifice, Alberto Brunſchwich, Heinrico de Juterwitz, Johanne de Niendorp, Nicolao de Dybe, tunc temporis conſulibus et quam pluribus aliis fide dignis. Date Printzlaw, anno Dominice incarnationis M°. CC°. LXXXVII°., in die Nativitatis beate Marie Virginis, Per manum Bernardi, curie noſtre Notarii.

Aus einem Copialbuche der Breslauer Bibliothek J. F. 31, Blatt 16—19. Buchholtz Geſchichte Th. IV., Urkunden-Anhang 119.

XII. Heidenreich, Bischof von Brandenburg, gewährt zur Vollendung der Marienkirche in Prenzlau einen Ablaß, am 26. März 1289.

Heidenricus, Dei gracia Brandenburgenſis eccleſie Epiſcopus, vniuerſis Criſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino. Sancta mater eccleſia ſemper pietatis viſceribus plena atque ſumma karitate referta, prouiſione ſalutari filiorum ſalutem proſpiciens conſiderata deuocione dolencium et refurgere volencium longi temporis penam reſtringere et optata preſidia pollicetur, maxime penitentibus et confeſſis, qui pro peccatis redimendis pauperibus et egenis atque ad eccleſiarum ſtructuras ſua diſtribuunt ſecundum a Deo ſibi traditam facultatem. Igitur cum monaſterium beate et glorioſe virginis Marie in Prinzlawe conſtruendum abſque elemoſyna piorum conſumari non poterit, Nos omnibus ſuam elemoſynam ad eandem ſtructuram largientibus contritis et confeſſis de iniuncta ſibi penitencia quadraginta dies et vnam karenam autoritate, qua fungimur, miſericorditer relaxamus. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octogeſimo IX°., craſtino Anunciacionis Domini.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XIII. Die Markgrafen Otto und Conrad beſtätigen der Stadt Prenzlau das Magdeburgiſche Recht, am 17. Juli 1294.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberg Marchiones, recognoſcimus tenore preſentium et ad ſingulorum pervenire Cupimus notionem, quod Burgenſibus noſtris dilectis civitatis Primslaw damus et concedimus jus Magdeburgenſe cum omni jure, prout cives Magdeburgenſes habent et habere hactenus conſueverunt. Teſtes hujus rei ſunt Fridericus de Ecſted, Johannes de Oldenvlit, Romelo, Wernher de Swaneberg, Dithardus, Johannes de Sydow, Godeco de Grifenberg, Anno, pincerna, Johannes de Blankenborg, Henricus de Steglitz, fideles noſtri milites, et alii fide digni. Datum Primislaw, Anno Domini M°. CC°. Nonageſimo quarto, in die beati Alexii Confeſſoris.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XIV. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Prenzlau auf 4 Jahre von aller Bede, am 22. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandeburgenſes et de Landesberg Marchiones, recognoſcimus coram Vniuerſis criſti fidelibus etatis tam preſentis quam poſtere, preſentibus publice proteſtantes, quod nos fidelium noſtrorum Ciuium in Prenzlauia intuentes obſequia, ad que ipſos pronos inuenimus ac paratos, eorumque fidelitati nobis exhibite aliqua correſpondere uolentes dilectionis mutue recompenſa, ipſis dicteque Ciuitatis noſtre incolis libertatem conceſſimus per preſentes et damus, vaſallorum noſtrorum ſaniori vſi conſilio, a feſto beati Martini nunc primum uenturo, per annos quatuor continue ſubſequentes vlterius duraturam, ita quod tempore Libertatis huiusmodi durante, nullam prorſus ab ipſis precariam, conſagittationem, aut exactionem aliqualem, quocumque cenſeatur nomine, requiremus, nec per heredes noſtros aut Officiales, uel Aduocatos quoscunque faciemus requiri. Ne igitur alicui ſuper huiusmodi libertatis uoluntanea donatione dubium oriatur, preſentes eydem dare juſſimus Litteras, ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitas. Hec autem Libertas eſt per viros prudentes uidelicet Rodolfum de Sceninge, Albertum de Bruneſwich, Heinricum de Bertekow, Heinricum Lamperti, Gerhardum de Angermunde et Johannem de Strez, noſtre Ciuitatis Conſules placitata, preſentibus noſtris fidelibus Wernero de Swaneberge, Friderico de Ekſtede, Romelone, Johanne de Sydow, Heningo de Blankenburg et Heinrico de Stegeliz, militibus, et quam pluribus fide dignis. Acta ſunt hec Anno dominice Incarnationis M°. CC°. LXXXXVI°., In die beati Vincentij martiris, et data per manus Gernodi, noſtre Curie Notarii.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

XV. Die Markgrafen Otto und Conrad beleihen Arnold von Colne mit Mühlpächten aus Prenzlau und Hebungen aus dem Dorfe Gollmitz, am 27. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberg Marchiones, recognoſcimus et Preſentibus publice proteſtamur, quod nos Arnoldo, puero de Colene vocato, quondam filio Johannis de Colene, bona ſubſcripta videlicet octavum dimidium chorum braſei ordeacii et octavum dimidium ſiliginis et duos choros braſei triticei in molendino civitatis prinſelaw et decem Talentorum redditus in Villa Golmyz contulimus poſſidenda eo jure et obſervata conditione, qua poſſedit pater pueri ſuperius expreſſus, in verum feudum atque iuſtum. Et ne ulli ſuper hoc dubium in futuro tempore oriatur, preſentes damus literas noſtris ſigillis roboratas. Teſtes autem ſunt Johannes Romelo, Fredericus de Ecſtede, Johannes de Oldenvlit, anno pincerna, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Prinzelaw, Anno

Domini M°. CC°. LXXXXVI°., ſexta feria ante Purificationem Virginis Glorioſe, per manus Domini Zacharie, Notarii.

Aus Beckmann's Abſchrift, einer Serie der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 19 u. 20 und Seckt a. a. O. S. 160.

XVI. Peter, Biſchof von Camin, verſchreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß, am 10. März 1297.

Frater Petrus, Dei gracia Caminenſis eccleſie Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens Scriptum peruenerit ſalutem in Domino. Cupientes Chriſti populum Deo reddere acceptabilem et indulgenciis quaſi quibusdam muneribus allectum ad diuinum obſequium invitate, Omnibus igitur vere penitentibus et confeſſis, qui ad eccleſiam glorioſe virginis Marie in Primislavia noſtre dioceſis in feſtivitatibus ſcilicet annunciacionis beate Marie beatorum Philippi et Jacobi apoſtolorum, ac Laurencii et katharine virginis, necnon et in dedicacione ipſius eccleſie cauſa deuotionis acceſſerint et deuotas oraciones dixerint, quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Primzlavie, anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, die Dominica qua cantatur Reminiſcere.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XVII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verkaufen dem Dorfe Blingow einen See, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landeſberg Marchiones, univerſis hanc literam viſuris ſalutem cum plenitudine omnis boni, Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtando, quod Ville Blingow et Civibus ejusdem ſtagnum Blingowiſchenſe ſurſum deſcendendo cum omnibus utilitatibus ſuis attinentiis, videlicet lacubus, pratis, paludibus, graminibus, paſcuis et in aliis fructibus, que Ror vocamus, cum aliis proventibus, que in ſupradicto ſtagno poterunt inveniri uſque ad ſitum Köningiſtop, cum piſcatura Conceſſimus et donavimus predictis Civibus noſtris de Blingow libere et quiete perpetuis temporibus poſſidendum. Item predicti cives habebunt liberam facultatem obſtacula tria conſtruendi in medio flumine ipſius ſtagni, que Wer nuncupamus, ſicut hactenus haberi conſueverunt. Preterea ipſum ſtagnum vendidimus pro hereditate, ſicut hactenus habuimus et ſepe dictis civibus noſtris contulimus pheodali jure ex integro et ex toto. Proteſtamur etiam publice, quod ordinationem ſuper menſuratione campi Ville videlicet Blingow nuperrime factam ratam, et firmam volumus per-

petuis temporibus inpermutabiliter obſervare, nec campum ejusdem Ville ſepe dicte faciemus deinceps per advocatorum noſtrorum aut officialium noſtrorum ullum diſtributionis funiculo demetiri. Pro huiusmodi autem donatione ac libertate predicti cives nobis dederunt quinquaginta talenta denariorum Brandenburgenſium paratorum. Ne autem ſupra dicte Ville ſuper eo in poſterum quicquam calumnie oriatur, preſentem literam eisdem ſigilli noſtri munimine roboratam conferimus in tutelam. Hujus Collationis et Donationis teſtes ſunt Fredericus de Ecſtede, Anſelmus Blanckenburg, Henricus Stegelitz, Conradus de Stavenow, Bozsdal, milites, et Arnoldus de Dewitz, tunc temporis advocatus, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Turgelowe, Anno domini M°. CC°. LXXXXVIII°., in Vigilia Epiphanie Domini et datum per manum Domini Johannis de Clephelshagen, noſtre Curie Notarii et Capellani.

Aus dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 20—22. Deutſch in Seckt's Geſch. a. a. O. S. 160.

XVIII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich vereignen dem Altar St. Marien zu Prenzlau eine Hebung aus dem Hufenzinſe, am 2. Januar 1299.

Otto, Conradus et Hinricus, dej gracia brandeburgenſes et de Landeſberg Marchiones, Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes deuenerint, inperpetuum. Quod humana diſponit ratio, poni ſolet in lingwis teſtium et viua voce litterarum teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod nos continua grataque Seruitia per viros honorabiles, Burgenſes Ciuitatis Primizslaw, nobis iugiter exhibita, ac deinceps futuris temporibus exhibenda, piis oculis contuentes, eoſdem in hoc pro ſpeciali remuneratione decreuimus honorandos, vt altare ſancte Marie glorioſe virginis Marie conſtruant et edificent, vt et ſingulis diebus ibidem in mane vna miſſa pro auditoribus audiatur. Nichilominus anniuerſarij noſtri ibidem ſingulis annis celeberrime peragentur, necnon annua memoria noſtri fiat. Porro Nos pro huiusmodi ſpirituali munuſculo nobis ut premiſimus impendendo et in remedium animarum noſtrarum proprietatem octo talentorum denariorum brandenb. in cenſu annuo manſorum ad dictum altare, pure damus et conferimus propter deum renunciantes noſtro juri, quod huc vſque habuimus denarios ad eoſdem, Ita quod in dictis denariis videlicet octo talentorum nichil iuris, nichil proprietatis, nobis amodo poterimus vſurpare. Collatio uero proprietatis predicti altaris, quandocunque vacauerit ad collationem magiſtrorum guldarum dicte Ciuitatis pertinebit, Apponentes et ſubiungentes, quod oblationes, que ad ipſum altare offeruntur, vero plebano integraliter preſententur et quod in cottidianis votiuis miſſis, et in legationibus teſtamenti eidem plebano preiudicium nullum fiat. Igitur vt huiusmodi proprietatis donatio, per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios ſtabilis maneat et futuris temporibus perſeueret inconuulſa preſentes litteras in euidens teſtimonium et robur perpetuo valiturum conſcribi iuſſimus et Sigillorum noſtrorum muniminibus roborari, Teſtibus ydoneis adhibitis, quorum nomina ſunt hec: Fredericus de Ecſtede, Haſſo et Ludouicus, fratres de Wedele, Johannes de Sydow, Burchardus de coc-ſted, Hinricus de doſſa, Johannes et Anſelmus, fratres de blankenburg, et Gallo, aduocatus, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Zweth, Anno Domini M°.

CC°. LXXXXIX°., In craſtino Circumciſionis domini et Data per manum domini Johannis Clepelshagen, noſtre curie capellani.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XIX. Der Markgrafen Otto, Conrad und Johann Privilegium zur Anlegung einer Apotheke in Prenzlau, vom 1. April 1303.

Nos Otto et Conradus et Johannes, dei gratia Brandenburgenſes et de landesberc Marchiones. Cum manifeſta recognitione tenore preſencium proteſtamur, quod dilecto nobis Walthero Juniori, ciui in Prinzelaw, Exhibitori preſencium, apotecam ibidem pleno iure contulimus poſſidendam et quiete et pacifice gubernandam. Adiicientes ex gracia et fauore ſpeciali, quod nulli hominum licet aut licebit quomodolibet, quod poſſit aut debeat circumquaque huic predicte ciuitati et loco conſtruere vel edificare ad decem miliaria aliam Apotekam. Preterea hereditatem ſuam, quam nunc habet in ciuitate eadem aut in poſterum cum habere continget, hanc ipſe et ſui pueri ſeu heredes quieta poſſeſſione et liberaliter poſſidendam modis omnibus poſſidebunt. In huius rei euidenciam preſens damus ſcriptum noſtris ſigillis roboratum. Teſtes huius rei ſunt: Conradus Rauen, dapifer, Conradus de Redere, Tzulis de Wedele, Johannes de Sydow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Vitemanſtorp, Anno domini M°. CCC°. III°., ſecunda feria poſt feſtum palmarum, per manum domini Zfacarii.

Aus Klödens Waldemar I., S. 417—418 nach der Urſchrift im Anhalt. Archiv.

XX. Die Markgrafen Otto, Heinrich, Johann und Woldemar beſtätigen das Marien-Magdalenen-Kloſter in Prenzlau, am 7. September 1304.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto, Hinricus, Johannes et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberch Marchiones, Univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Neceſſaria eſt rerum geſtarum Deſcriptio et maxime earum, que habentur pro cultu divino, ne poſteri oblivione moti denegare valeant maturo priorum conſilio ſtabilita. Hinc eſt quod cunctis Criſti fidelibus cupimus fore notum, quod nos conſiderantes et pium eſſe indigentibus ſubvenire et illis precipue, qui ob amorem Dei, mundum et ejus concupiſcentias contempſerunt, ſub monaſtice religionis habitu, Crucem Criſti ſpiritualiter in ſuo pectore iugiter bajulantes. Igitur ad reverentiam Jeſu

Criſti et beate genitricis ſue, ac pro noſtra noſtrorumque predeceſſorum ſalute, Cum ſinceri animi puritate ſororibus in nova civitate noſtra Prencelaw, quas benigno amore amplectimur, gratiam indulſimus infra ſcriptam. Eedem vero ſorores proprietatem omnium bonorum ſuorum, quam habuerunt hactenus pro noſtris genitoribus et adhuc habent, de noſtra bona voluntate juſto proprietatis titulo poſſidebunt et eisdem pacifice perpetuis temporibus perfruentur. Bona autem predictarum ſororum, que habent, ſunt hec: Fundum ſive locum habent, in quo nunc ſunt et ipſarum edificia collata conſiſtunt et eundem de noſtra licentia ſpeciali dilatare ſeu ampliare poterunt pro ſuo Commodo, dummodo non ſit in prejudicium Civitatis. Item duas Eccleſias Boymgarde et Schenckenberch, Cum vniuerſis attinentijs ſuis videlicet, Manſis, Modiis, Denariis ac areis pertinentibus ad easdem. Item Centum triginta ſex ſolidos de ſex manſis Gyrswalde ſituatis, item duo talenta denariorum Brandenburgenſium in theoloneo antique civitatis Prencelaw. Item in molendinis Nove civitatis noſtre Prencelaw ſuperius nominate habent viginti choros et unum, ſcilicet Decem choros triticei braſei, ſex choros ordeacei Braſei et quinque choros ſiliginis, quos ſingulis annis ex eisdem molendinis percipient atque tollent. Item fundum et locum Molendini apud Guſtow, quod quoddam Anſelmi fuerat. Item curiam cum ſeptem manſis ante novam civitatem ſituatis. Proprietatem autem Bonorum jam dictorum de novo ratificamus, preſentis ſcripti patrocinio confirmantes, atque volentes ſepe dictas ſorores iſta proprietate perpetua pace gaudere atque vero proprietatis titulo poſſidere. Ceterum ſepe dictis ſororibus de noſtra Cordis liberalitate a novo dedimus atque donavimus proprietatem viginti quatuor talentorum in cenſu manſorum civitatis Paswalck annuatim tollendorum, in reſtaurum quorundam damnorum, ſi que eisdem intulimus, cupientes et volentes, ut jam dictorum bonorum proprietatem perpetuo poſſideant et iuſto titulo proprietatis. Hanc autem donationem, ratificationem et confirmationem a nobis ipſis liberaliter factam, volumus nos atque noſtri veri heredes perpetuis temporibus inviolabilem obſervare, ita quod nullus Advocatorum ſeu officialium in eisdem bonis aliquid habeat actionis, ſuper quo preſentia ſcripta noſtrorum ſigillorum munimine duximus roboranda, preſentibus teſtibus noſtris fidelibus Hinrico de Stegelitz, noſtre curie Dapifero, Conrado de Reder, Johanne de Hogenwarde, pincerna, Theodorico de Kerckow, Henningo de Blankenborch, Ottone de Holtzendorp, Marſcalko, Henningo de Stegelitz et Henningo de Mentiz, militibus, Everardo Zmol et Conrado de Haſſia, Capellanis, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum Pytzen, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quarto, in vigilia Nativitatis beate virginis glorioſe, Et datum per manum Domini Johannis Clepelshagen, noſtre Curie Capellani.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 24–27.

XXI. Heinrich, Biſchof von Camin, ertheilt für den Altar des heiligen Kreuzes in der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß, am 18. Oktober 1304.

Henricus, dei gratia Caminenſis Eccleſie Epiſcopus, vniverſis preſentia viſuris ſalutem in omnium Salvatore. Cupientes Chriſti populum Domino reddere ſalutarem uel acceptabilem ipſumque noſtris indulgentiis, quaſi quibusdam muneribus allectiuis ad diuinum officium et ad caritatis opera invitare; Hinc eſt, quod nos de omnipotentis dei confiſi miſericordia omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui in altari Sancte crucis in eccleſia Sancte Marie in Primzlavia conſtituto, quod quidem nos diuina nobis cooperante clementia in honorem ejusdem ſancte et victorioſiſſime crucis conſecravimus, in feſtis ſubſcriptis, ſcilicet nativitatis Criſti, Paſche et pentecoſtes, necnon in die Patroni et die dedicationis ipſius altaris miſſarum ſolemnia celebrari cum devotione audierint, quadraginta dies indulgentie miſericorditer in domino relaxamus. In horum ſingulorum evidentiam firmiorem preſentem literam noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum Anno domini M°. CCC°. quarto, in die ſancti Luce Evangeliſte.

Aus einem Copialbuche.

XXII. Die Markgrafen Otto und Woldemar verſchreiben der Stadt Prenzlau durch verbürgten Vertrag verſchiedene Rechte, am 29. Auguſt 1305.

In Nomine ſancte Trinitatis et indiuidue Unitatis Amen. Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſes, Luſatie et de Landesberch Marchiones, vniverſis Criſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſeu audituris in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi, rite et rationabiliter facti, propter diverſos caſus, qui humanis rebus incidunt, immutentur, expedit, ut linguis teſtium idoneis et literis auctenticis ſolidentur, ne oblivione ſive fluxu temporis evaneſcant, vel malignorum aſtutia varientur. Recognoſcimus igitur coram vniuerſis Criſti fidelibus tam preſentis temporis, quam futuri, preſenti pagina publice proteſtantes, quod fidelium noſtrorum civium in Premslavia obſequia aſſidua et fidelitatem eorundem piis deſideriis intuentes, noſtrorumque Prudentum conſilio maturo prehabito, ipſis donavimus pio affectu ſubſcriptam libertatem, perpetuis temporibus inviolabiliter duraturam, ita quod dicte civitatis Burgenſes pro omni exactione vel conſagittatione aut depecuniatione, quocunque nomine cenſeantur, nobis dabunt ſingulis annis centum marcas et non plus duobus terminis ſive diebus, ad hoc ſpecialiter deputatis, videlicet in feſto beati Martini quinquaginta Marcas Brandenburgenſis argenti ponderis et Monete: In feſto vero ſancte Walburgis quinquaginta Marcas ejusdem monete et ponderis, nobis ſimiliter erogabunt. Addicimus etiam quod omnes libertates ſive Privilegia, a noſtris predeceſſoribus ſive a nobis donata dictis Burgenſibus, per iſtam noſtram novam donationem non debent aliquatenus diminui vel mutari, ſed manere debent penitus inconcuſſa. Item prefectus dicte noſtre Civitatis judicabit omnes exceſſus, qui perpetrantur in pretaxata Civitate et extra vel in metis, que Marſcheyde vulgariter appellantur, que ad civitatem per-

tinent prenotatam. Nolumus etiam ut hujusmodi Exceſſus per nos vel per Noſtros Advocatos, aut per noſtros Officiales quoscunque aliquatenus judicentur. Preterea ſtatuimus in perpetuum obſervandum, quod in molendinis adiacentibus ſepe dicte Civitati Matta ferrea vel cuprea habeatur, in qua nequaquam annona de cetero cumuletur, ſed cumulus cum ferreo inſtrumento integraliter deponatur, quo depoſito ſedecim Matte menſurate tenebunt unius modii quantitatem. Item ſi aliqua guerra aut periculum nobis incumberet, quod deus avertat, dicte Civitatis Burgenſes Nobis ad aliquam expeditionem ſive Reyſam nulla obſequia miniſtrabunt, Niſi poſſint eodem die, qua exeunt, redire ad dictam Civitatem. Nec debent ulterius procedere, nec aliquo gravamine amplius moleſtari. Item ſi nos ſepe dictam Civitatem vendere aut obligare contigerit, quod abſit, is cui premiſſam civitatem dimiſerimus, premiſſis civibus promittet, fide data, omnia Privilegia predonata et libertates prehabitas immutabiliter obſervare et hoc ſuis privilegiis confirmabit. Hec omnia premiſſa, ſine omni dolo obſervari pro nobis ac pro noſtris ſucceſſoribus univerſis promittimus fide data. Una enim nobiſcum fidetenus compromittunt noſtri fideles, ſcilicet Johannes Romel, Ludolphus ſenior de Wedel, Hynricus de Stegelitz, noſtre curie Dapifer, Henningus et Anſelmus, fratres dicti de Blanckenburch, Henningus de Stegelitz et Berteramus, Theodoricus de Kerckow, Henningus Grifco, filius Domini Godezkini de Grifenberch, Wedege de Wedele, Haſſo de Wedele, Henningus de Eyckſtede, Fridericus et Thydericus, fratres dicti de Eyckſtede, Heydenricus de Bentz, Bertramus de Benitz, Syfridus Scmuck, ſabellus de Badelo, Henningus de Bentz, reſidens in Arnſe, Henningus de Bentz, reſidens in Coſelow, Otto de Holttendorp, Marſcalcus, et Nicolaus Saac, milites, Redingus, Marſcalcus, et Theodoricus junior de Kerkow, armigeri. Mortuo vero uno predictorum fidejuſſorum noſtrorum, nos infra menſem, poſtquam a dictis Burgenſibus moniti fuerimus, alium fidejuſſorem loco mortui ſtatuemus, quemcunque de noſtris Vaſallis dicte civitatis Burgenſes duxerint eligendum. Et ſi aliquis articulus de premiſſis omnibus per nos vel per noſtros ſucceſſores infringeretur, ex tunc predicti noſtri milites, qui dictam libertatem nobiſcum compromiſerunt, ſive alii, qui ipſis in promiſſione ſuccedunt, dictam civitatem intrabunt, inde non exituri, donec ille articulus ſive injuria penitus reformetur. Ad majorem enim evidentiam et cautelam omnes noſtri compromiſſores hanc noſtram donationem confirmabunt literis, ſuorum ſigillorum munimine communitis. Pro donatione quidem hujusmodi libertatis dicti Burgenſes nobis dederunt ſeptingentas Marcas argenti Brandenburgenſis ponderis et monete. Ut igitur noſter contractus ſive donatio tam a nobis, quam a noſtris ſucceſſoribus ratus permaneat et inconvulſus, preſentes literas ſuper eo confectas noſtrorum ſigillorum appenſionibus juſſimus conſignari. Actum et datum Anno Domini M°. CCC°. quinto in Werbelino, in die beate decollationis ſancti Johannis Baptiſte, per manus Gherardi, noſtre curie Notarii, et placitatum per viros diſcretos infra ſcriptos, quorum nomina ſunt hec: Thydemannus de Rudow, Henricus de Bismarck, Zabelo, inſtitor, Thydekinus de Creveſe, Sivikinus de Landin, Segherus de Angermundis, Luderus de Cranicpul, Thidekinus de Angermundis, Segherus Buck et Bruno, pellifex, Conſules hujus anni, Menſo, prefectus, Martinus de Creveſe, Gherardus de Angermundis, Henricus de Bertkow et Wilhelmus de Gotow, Burgenſes predicte Civitatis.

Nach dem Copialbuche der Breſl. Bibl. J. F. 31, Blatt 27–32. Buchholtz Geſch. Th. IV., Urk.-Anh. S. 154.

XXIII. Bischof Heinrich von Camin verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß, am 23. Januar 1306.

Heynricus, Dei gracia Caminenſis eccleſie Epiſcopus, vniuerſis preſencia viſuris ſalutem in domino. Cupientes Chriſti populum domino reddere acceptabilem et ipſum noſtris indulgenciis quaſi quibuſdam muneribus allectiuis ad diuinum officium et ad Karitatis opera inuitare, Omnibus itaque vere penitentibus et confeſſis, qui eccleſie S. Marie in Preimzlauia manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies indulgencie de iniuncta eis penitencia in domino miſericorditer relaxamus. Datum Primzlauie, Anno domini Milleſimo trecenteſimo ſexto, Sabbato, quo cantatur venite adoremus.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXIV. Der Rath der Stadt Prenzlau geſtattet dem Kloſter Gramzow zwei Häuſer in der Stadt inne zu haben und ſetzt die Bedingungen dieſes Beſitzes feſt, am 14. Auguſt 1306.

In nomine Domini Amen. Humani generis acciones multociens a memoria hominum laberentur, ſi non teſtibus idoneis et literis autenticis firmarentur. Hinc eſt, quod nos Prefectus, Conſules, necnon ſcabini ciuitatis Primzlauie tenore preſencium literarum recognoſcimus coram univerſis Chriſti fidelibus publice proteſtantes, quod nos ad peticionem honorabilis viri Domini Theodorici Prepoſiti nec non tocius conventus Gramzouienſis ipſis prehabita bona deliberacione, et maturo diſcretorum noſtrorum conciuium conſenſu et conſilio mediante annuimus cum fauore, ut due hereditates ſimul ſite in noſtra ciuitate, apud valuam lapideam, in oppoſito clauſtri fratrum predicatorum, eisdem in hunc modum libere reſignentur, videlicet dictus conuentus verſus platheam tres conſtruet manſiones in eisdem tres ſeculares perſonas viros idoneos collocando, qui pro dictis hereditatibus faciant ſtatuta ciuitatis, quemadmodum eorum vicini circummanentes faciunt jura ciuilia in omnibus adimplendo. Et quociens collecta, que ſchot vulgariter dicitur, in noſtra dabitur ciuitate tociens predictus conuentus noſtre ciuitati collectam pro octoginta marcis Brandenburgenſis argenti donabit de hereditatibus prenotatis, prouiſo nihilominus, quod incole dictarum hereditatum de propriis rebus ſeu facultatibus collectam ſpecialiter erogabunt. Item ſepedictus conuentus memoratas hereditates edificiis ſibi congruentibus licite emendabit de cetero nunquam ſpacium longius aut lacius poſtulando, niſi quantum aree dictarum hereditatum nunc probantur racionabiliter continere, ſed ſolum in his hereditatibus ſit contentus, nusquam in iſta ciuitate hereditatem aliam poſſidendo neque manſionem conuentualem ibidem aliquatenus attemptando apud nos poſſe de cetero obtinere. Preterea omne quod conſtruitur et agitur in hereditatibus pretaxatis hoc debet eſſe conueniens et honeſtum, ne conciuibus vel ciuitati ex eo ulla infamia ſeu periculum aliquod oriatur. Ut igitur hoc factum rite et racionabiliter ordinatum perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruetur, preſens ſcriptum inde confectum ſigillorum videlicet venerabilis Patris Domini

Henrici Caminenſis Eccleſie Epiſcopi, honorabilis viri Domini Theodorici Prepoſiti et conuentus ſupra dicte eccleſie Gramſouienſis necnon noſtre ciuitatis ſigilli appenſionibus dignum duximus roborandum. Huius rei teſtes ſunt magiſter Petrus de Valkenhagen, Dominus Lambertus de Bertikow viceplebanus noſtre ciuitatis, Dominus Jacobus Prepoſitus Sanctimonialium in noua ciuitate et quam plures alii fide digni. Actum et datum Primzlaw, MCCCVI, in vigilia aſſumcionis beate Marie virginis glorioſe.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXV. Markgraf Woldemar begiebt ſich rückſichtlich der Ausſtattung eines in der Nicolaikirche gegründeten Altares ſeiner Rechte, am 29. September 1306.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandeburgenſis, Luſacie et de Landeſberch Marchio, recognoſcimus et tenore preſencium pupplice proteſtamur, Quod notorium nobis eſt, quod honeſti viri Theodoricus, plebanus in Prenzlaw et Heyno dictus Tabbars, Burgenſis in Prinzlaw, Altare, quod in Eccleſia ſancti Nycolay predicte Ciuitatis ob remedium anime ſue conſtruxerunt, cum trium manſorum partibus dotauerunt, Et inſuper de redditibus tantum dicto Altarj addicient, quantum de vigintj quatuor marcis poterit ſperari et quid nos de bonis illorum reddituum reſpicet, dicto Altari diuine remuneracionis intuitu decreuimus donare. In huius rej euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum adhibitis teſtibus Domino ſcilicet Hinrico de Stegheliz noſtre curie Dapifero et fratre ſuo Domino Bertrammo et Domino Henningo de Stegheliz et Domino Ludolfo de Arndeſtorp et aliis compluribus fide dignis. Datum Warcokeſtorp, Anno Domini M°. CCC°. VI°. In die beati Michaelis per manum Petri, plebani in Gardeleghe, noſtre Curie notarij.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXVI. Die Markgrafen Otto und Woldemar verſprechen, ſich mit den Gebrüdern von Angermünde nicht zu verſöhnen, bevor dieſelben nicht die Schuldbriefe der Stadt und einiger Bürger Prenzlau's herausgegeben haben, am 13. Februar 1307.

Nos Otto et Woldemarus, Dej gratia Brandenburgenſes, Luſacie et de Landſberg Marchiones, Recognoſcimus et ad ſingulorum notitiam tenore deducimus cum preſentj, quod nullam prorſus compoſitionem ſeu guerram cum Hermanno, Gherardo et gegero, fratribus, de Angermunde dictis, et eorum veris heredibus inibimus nec acceptabimus, niſi Litere proteſta-

tionum ex parte noſtre Ciuitatis Premzlaw prefato Hermanno et ſuis heredibus date, Conſulibus predicte noſtre Ciuitatis prius fuerint reſtitute et a debitis, quibus eiſdem conſules ceterique Ciues noſtre Ciuitatis obligantur, omnino a dictis de Anggermunde liberj et ſolutj dimittantur. Datum Guſtow, Anno Domini M°. CCC°. VII°. In vigilia beati Valentinj Martiris.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXVII. Markgraf Woldemar beſtallt Münzmeiſter zu Prenzlau und verordnet, wie die Münze ausgeprägt, aus- und eingewechſelt und gegen Verderb geſchützt werden ſoll, am 14. Juni 1309.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus et ad univerſorum noticiam Tenore preſentium volumus pervenire, Quod fidelibus noſtris Nicolao de Berlyn dicto et Johanni de Ergerſtede monetam noſtram in Prinzlav, cum dies et terminus Heyſonis de Ergeſtede et ſuorum amicorum exſpiravit, qui exſpirabit a feſto beati Jacobi nunc proxime affuturo ad annum integrum, vlterius predictis ab ipſo feſto beati Jacobi ad triennium contulimus pacifice poſſidendam et ulterius predictis contulimus et committimus ipſam monetam vltra ad ſpacium trium annorum immediate ſubſequencium, quos quidem annos a Nicolao dicto de Tzerueſt et a Ludolfo ſeniore, monetario in prinzlaw, ſuis denariis comparaverunt predictis denuo contulimus ipſam monetam per ſex annorum ſpacium continue ſubſequentium, quiete et pacifice poſſidendam. Item predictis monetam noſtram in prinzlaw commiſimus, locauimus et contulimus per ſeptem annorum ſpacium immediate ſubſequencium et continue decurrencium pacifice poſſidendam, regendam et gubernandam. Seruabunt autem ipſam monetam in omnibus, prout hactenus eſt ſeruata, videlicet, quod queuis marca perſiſtat alba et pura per vnius lotonis et quatuor denariorum depoſitionem, Et viginti octo ſolidi cum quatuor denariis marcam in pondere retinere. Et noui denarij debent exire octauo die ante feſtum beati Jacobi apoſtoli et veteres prohiberi et per circulum ipſius anni non licebit quempiam aliquid emere denariis cum antiquis. Si vero varam adhibere volumus denariis ipſorum, hoc non licebit fieri, niſi in dictorum monetariorum fabrica aut apud campſores eorundem. Et ſi alibi, quam apud predictos monetarios vel quam apud ipſorum campſores falſi denarii inuenti fuerint, pro huiuſmodi exceſſibus iam dicti monetarij non tenebuntur vllatenus reſpondere: et ſi fortaſſis vnus eorum exceſſerit in moneta, hic ſolus pro talibus reſpondebit exceſſibus et immunis erit alter, et exceſſor emendabit exceſſus ſecundum iuris conſvetudinem a noſtris progenitoribus obſervatam. Preterea nulli licebit purificare comburendo denarios in terra noſtra aut eciam aduſtione argentum examinare niſi cum dictorum noſtrorum monetariorum omnimoda voluntate. Verumptamen aurifaber poterit licite comburere argentum pro neceſſitate ſui operis ſeu operationis et non magis. Inhibemus eciam ſub pena rerum et corporis tam criſtianis quam iudeis, ne quis denarios graves aut leues eligat, per hanc liberam ſeu inſtrumentum, quod Seggher dicimus vel per aliud qualecunque. Statuimus eciam, quod quicumque illum deprehenderit talia committentem, quod hic quartam tollet partem de emenda exceſſoris, et ciuitas, in qua de-

prehenſus fuerit quartam partem, et nos dimidiam partem noſtris vſibus reſeruamus. Inſuper adicimus, quod ſi gwerra inter nos et noſtrum patruum Marchionem Johannem, quod abſit, contingeret in prefato termino, ita quod prememorati monetarij notorie ſua negocia peragere non valerent; Ex tunc ipſis tantum temporis dabimus, quantum gwerris noſtris agitantibus neglexerint. Preterea ſi aliqui monetariorum noſtrorum iam ſepius predictorum debita carnis exſoluerent ante terminum prefatum ſiue in prefato termino, heredes uel amici ſui propinquiores loco ſue ad dictam monetam ponentur et eiſdem conferetur, et ſervabunt eam cum alio remanente ad terminum ſuperius prenotatum, volentes cum hoc, ne quis eiſdem varam inferre preſumat, preterquam de noſtro iuſſu ſpeciali et mandato. Quicunque vero aliter fecerit, pena qua puniendi eſſent ipſi, hic utique punietur. Adicimus eciam, quod in uniuerſis terris noſtris Brandenborgenſibus debent fieri denarii et Emptio et venditio cum eiſdem. Inſuper ſi aliqui inuenti fuerint, que graves elegerunt denarios, quorum denariorum viginti et ſex ſolidi ponderant vnam marcam, ſeu aliqui, qui forte leues elegerunt, quorum triginta ſolidi ponderant vnam marcam, de illis ſimilis forma ſeruabitur, que de hiis, que cum inſtrumento, quod Seggher dicitur, graues uel leues denarios elegerunt, vt ſuperius in prehabitis eſt conſcriptum. Adicimus eciam premiſſis, quod quicunque uel quecunque Ciuitates impediverint nouos ire denarios, ante feſtum beati Jacobi Apoſtoli videlicet octavo die, illum ſive illas occupare tenebimur pignorum captione. Preterea adicimus ſupradictis, quam diu gwerra inter nos et noſtrum patruum Marchionem Johannem, ſi, quod abſit, contingeret, agitaretur, Ita videlicet quod dicti monetarii non poſſent pre gwerre periculo ſua negocia exercere, tam diu de moneta nullam penſionem penitus erogabunt. In omnium ſiquidem predictorum euidenciam pleniorem preſentes litteras fecimus conſcribi et ſigilli noſtri appenſione communiri, adhibitis Teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec, ſcilicet Dominus Johannes de Blankenborch, Dominus Hinricus et Hennigus de Stegheliz et Dominus Nicolaus de Buck milites, et Dominus Hinricus prepoſitus in Gramzoy, et quamplures Alij teſtimonio fidei decorati. Actum et datum in Nouo Angermund, Anno Domini milleſimo Trecenteſimo nono, in vigilia beatorum Viti et Modeſtj.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXVIII. Biſchof Arnold von Havelberg ertheilt zu dem heil. Kreuzaltare und zum Bau der Marienkirche in Prenzlau einen Ablaß, am 9. Juni 1310.

Arnoldus, Dei gratia Havelbergenſis Eccleſie Epiſcopus, univerſis Sancte matris Eccleſie filiis, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in omnium Salvatore. Inter cunctas noſtri paſtoralis officii ſollicitudines minima non exiſtit, ut fideles Criſti ad opera pietatis et miſericordie, indulgentiis et remiſſionibus invitemus. Omnibus igitur vere Penitentibus, Confeſſis et Contritis, qui quascunque Sancte Crucis reliquias in Eccleſia Sancte Marie virginis in Premzlavia reconditas, devotis obſequiis venerantur, ſuaque gratia elemoſinarum ſubſidia de bonis ſibi a deo collatis ad ſtructuram ejuſdem Eccleſie fuerint elargiti, quadraginta dierum indulgenciarum et unam karenam de omnipotentis Dei confiſi miſericordia, de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in domino relaxamus,

dummodo Conſenſus Dyoceſani ad id acceſſerit Specialis. Datum Brandenborch, anno Domini MCCCX, Feria tertia Pentecoſtes.

Aus einem Copialbuche.

XXIX. Friedrich, Biſchof von Brandenburg, verleiht den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß, am 23. September 1310.

Fridericus, Dei gracia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere peruenerint, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Inclita ſanctorum gaudia quoſlibet fideles Chriſti ſuis aſſequi meritis minime dubitamus, Qui per digne ſue devocionis merita et obſequia ipſorum ſanctorum patrocinia promerentur. Nos igitur ad aſſequenda dicta gaudia dare cauſam Chriſti fidelibus cupientes, omnibus corde contricis et vere confeſſis, qui in die dedicacionis altaris de nouo ad honorem ſancte crucis in Eccleſia Beate Marie virginis parochiali ciuitatis Premzlawe Caminenſis dyoceſis conſtructi, in quatuor feſtiuitatibus Domini, videlicet natiuitatis, paſche, Aſcenſionis et penthecoſtes ac in quatuor feſtis beate Marie virginis glorioſe et in die Sancte crucis dictum altare deuocionis cauſa viſitauerint, diuine propiciacionis graciam inuocando, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius meritis et auctoritate confiſi quadraginta dies judulgencie cum vna karena de iniunctis ſibi penitenciis, dummodo ad id dyoceſani conſenſus accedat, miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Magdeburch, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo, nono kalendarum octobris, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXX. Burchard, Erzbiſchof zu Magdeburg, verleiht den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß, am 23. September 1310.

Borchardus, dei gratia ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere peruenerint, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Inclita ſanctorum gaudia quoſlibet fideles Chriſti ſuis aſſequi meritis minime dubitamus, qui per digne ſue devotionis obſequia ipſorum ſanctorum patrocinia promerentur. Nos igitur ad dicta aſſequenda gaudia dare cauſam Chriſti fidelibus cupientes, Omnibus corde contritis et vere confeſſis, qui in die dedicationis altaris de novo ad honorem ſancte crucis in Eccleſia beate Marie virginis Parochialis Ciuitatis Premzlawe Caminenſis dyoceſis conſtructi, In ſummis quatuor feſtiuitatibus

domini videlicet Natiuitatis, Paſche, aſcenſionis et Pentecoſtes, ac in quatuor feſtis beate marie Virginis glorioſe et in die Sancte crucis dictum altare deuocionis cauſa viſitauerint diuine propiciacionis graciam inuocando, De omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius meritis et auctoritate confiſi Quadraginta dies indulgencie de iniunctis ſibi penitenciis, dummodo ad id dyoceſani conſenſus accedat, miſericorditer in domino relaxamus. Datum Magdeburch, anno domini Milleſimo Trecenteſimo Decimo, IX Kalendarum Octobris, Pontificatus noſtri anno Tertio.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXXI. Die Markgrafen Woldemar und Johann vergleichen ſich mit der Stadt Prenzlau über die Lehnbede, am 12. April 1311.

Wye Woldemar vnd Johann, von der Gnade Gottes Margkgreuen tu Brandenborch, tu Luſitze vnnd tu Landeſzberg, bekennenn vnnde betugen inn deſſeme Breue, dat wye mit eyneme endrechteghem rade vnſer wiſeſten Manne hebben vnſen truwen Borgeren von Prentzlow vorkofft die Lyenbede ouer all ere guth, dat herna beſchreuen ſtyt, jo dat ſtück vor dre Virdinge Brandenborges Suluers vnd gewichts. Alſo dat wy, noch neghen vnſer erfnamen, die na vns kamen, van en vnde von eren erfnamen ſcal eyſchen oder nehmen ennigherleye Bede oder Dienſt von eren Lyengude, wo man ſye möghe nömen. Wolde och erer eynnich ſein gut vorkopen, Sweme hye dat vorkoffte, deme vnd ſinen erfnamen ſcolle wy vnde willen die ſeluen friheit geweren vnde beholden, als in deſſen Breue is beſcreuen. Dit ſind dye Borgere, dy Lyengut hebben vnd gekofft, Mentze Schulte hefft Vif vnde Virtech ſtucke, Hinric von Biſzmarcke Seſteyndehalf ſtucke, Ebel muntmeiſter Vif vnde twintich ſtucke, Henrich von Bertekow Dretech ſtucke, Gehrcke von Huterzog vnde ſine Brodere Heinrich, Claus vndt Koneke, ſeuen ſtucke vnd Achte ſchillinge, Ebele von Drenſe dre ſtucke vnd Vir ſchillinge, Johannes Robe Vertech ſtuck vnd ein half ſtück, Matthewes von Haghene Vier ſtücken, Gerhard Dines Virdehalf ſtücken, Henrich Taber Vier vnde twintig ſtücke, Heyſo Müntmeſter Drettich ſtucke, Hinrich Schriuer vnd ſine Bröder Meynke, Arnold vnd Johannes Druttechſte half ſtucke, Henſo Buch Acht ſtucke, Henrich Lindwantſchnider twe ſtücke vnd ſeſz ſchepel, Herman von Kyrow vnd Johannes, ſin Broder, Vir vnd twintig ſchillinghe, Johannes vnd Bedeke Schulten neghen ſtucke vnd ſeſz ſchillinghe, Peter von Nygendorpe Vertech ſtuck, Johannes vnd Henrich Halvepapen Vief vnd Vierteg ſtücke, ſeſz ſchillinge myn, Thiedeke Scadelow Verteyn ſtück vnd ſeuen ſchillinge, Henrich vnd Claws von Sehuſen twölff ſtucke, Segher von Strvs Virteyn ſtücke, Henningh von Penkun ſeſz ſtücke, Frederich von Troppenſtede neghen vnde Viertich ſtücke vnd ſeſz ſchillinge, Johannes von ſtrvs Virteyn ſtücke, Claws von Dicke Seſztein ſtücke, Goteke Kruken vnde ſine Brodere, Johans vnd Jacob, Negen ſtück, Betheke von Brunne vnd ſeine Vedderen Johannes vnd Hinrich teyn ſtücke vnde Vier ſchillinge, Johannes vnd Hinrich von

Perleberge dretteyn ſtücke vnnde ſeuen ſchillinge, Pawl von Blingow Ver ſtücke vnnd ſeſz ſchillinge, Henning, heſe vnd Stephan von Stendal eluen ſtücke. Vortmer Kofte ennich Borgher uon deſſem dage Lehngut, dye ſcal geuen vns jo vor dat ſtucke drei Virdinghe vnde ſcal behalten dyſelue Vryheyt, dy hirvor beſchreuen ſteyt. Och vorbinde wye vns des, wanne Marcgreue Johann, vnſe Schwager, tu ſinen Jahren Kumbt, dat hy deſſe vorbeſchreuen dingk ſcall ſtede ewichlich holden vnd gantz vnden ſchal der nicht breken vnd ſcal och deſſen Brief mit ſinem Inſegele beſegelen, vppe dat dit eweliken gantz vnde vaſt bliue. Darvp ſo hebben wyr deſſen Brief gegeuen, beſegelet mit vnſem Inſiegel. Deſſer Ding ſind Thughe Greue Buſſo von Lindow, Greue Günther von Keuernberghe, Her henning vnde Hinrich von Stegelitz, Her Droyſke, Her Hinrich, de Proueſt von Grantzoy, Her Everhart, dye Proueſt von Stolpe vnde Herr Sloteke vnd vort mer Lüde viel, den me wol gelouen mach. Deſſe Brief iſz gegeuen in Spandow, na der Bort Gades duſent Jar drehundert Jhar in dem Elfften Jhare, in den helgen dagen tu Paſchen.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31. Blatt 32—35.

XXXII. Markgraf Woldemar vereignet der Kapelle St. Johannis zu Prenzlau aus der Münze daſelbſt jährlich 10 Talente und widmet den Kirchhof dieſer Kapelle dem Begräbniſſe hülfloſer Fremden, am 15. April 1311.

Ad geſte rei memoriam ſempiternam ſumme neceſſaria dignoſcitur ejus deſcriptio, ne poſteri obliuione moti denegare valeant maturo priorum conſilio ſtabilita. Hinc eſt, quod Nos Woldemarus, dej gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landeſberg Marchio Tutorque illuſtris Johannis, Marchionis Brandemburgenſis, tam preſentibus quam poſteris per preſentis ſcripti ſeriem volumus eſſe notum, quod ſincero affectantes deſiderio, vt cultus Diuinus vberior et diffuſior habeatur dedimus et damus, donauimus et per preſentes literas liberaliter donamus Dilectis noſtris Burgenſibus Civitatis Prymzlaw vniuerſis ob honorem Jehſu Chriſti et beate Marie Genitricis eius et in remiſſionem noſtrorum peccaminum piamque memoriam noſtrorum progenitorum, proprietatem decem Talentorum Brandenburgenſium ex moneta eiuſdem Ciuitatis, que ad nos noſtrosque heredes vel ſucceſſores pertinere dignoſcitur, annis ſingulis colligendorum et ad Capellam ibidem in Ciuitate in platea preconis dicta ſtructam atque in honorem beatorum Johannis Baptiſte et Johannis Evangeliſte dedicatam, intra cuius capelle cymitery ſepta corpora vniuerſorum funerum exulancium inibi ex nunc tumulari debebunt iugiter habendorum perpetuis temporibus duraturam. Etiam ſi contingat tempore procedente dictam monetam, quod abſit, pretio aut caſu aliquo variari, nichilominus tamen ex eadem moneta dicte Capelle et Sacerdoti eam officianti in dicte ſumma pecunie volumus annis ſingulis vt promiſſum eſt vtique prouideri. Premiſſis ſiquidem eſt adiectum, quod honeſti viri Segerus et Johannes, de Strez dicti, conciues dicte ciuitatis Prymzlawe vel duo de Eorum heredibus Seniores ipſis non extantibus coram duobus ſenioribus de numero Conſulum Ciuitatis eiuſdem, de noſtra indulſione dictam Capellam, quando vacabit, ſtatim infra

triduum poſt, vnanimiter tamquam legitimi Collatores conferre tenebuntur Sacerdoti ydoneo, qui quidem ſcolaris ſibi ad eius executionem officij cooperantis dumtaxat laboribus reſpondebit. Predicti quoque Ciues Nobis in recompenſam dicte proprietatis rite per Nos tradite et indulte ſeptuaginta marcas Brandenburgenſis argenti et ponderis in numerata pecunia dederunt, de quibus ipſos omnino quietos et ſolutos dicimus literas per preſentes, quas quidem dictus Marchio Johannes, cuius tutelam gerimus, pro maiorj cautela ſui ſigilli confirmabit patrocinio noſtra eciam ex ordinatione, cumprimum ad annos pervenerit etati legitime deputatos. Ne autem huiuſmodj noſtra donatio queat a noſtris heredibus aut ſucceſſoribus in poſterum aliqualiter immutari, preſentia ſcripta, deſuper confecta confirmauimus ex certa ſcientia noſtro ſigillo preſentibus noſtris fidelibus videlicet Borchardo de Lyndowe et Gunthero de Keuernberg comitibus, Henningo de Stegeliz et Henrico, Theodoro de Kercowe, Henrico prepoſito in Grandzoy, Segero de Gardelegen, Slothekino, Theodoro prepoſito in Jagowe, Nicolao prepoſito in Snakenborch, et alijs quampluribus fide dignis. Actum et datum in Spandowe, Anno domini M°. CCC°. vndecimo, feria V In feſto Paſche.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXXIII. Johann, Biſchof von Havelberg, verſchreibt denen, welche dem Pfarrer zu Prenzlau folgen, wenn er das Sacrament zu den Kranken trägt, einen Ablaß, am 17. September 1312.

Johannes, Dei Gratia Havelbergenſis Eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum noſtra interſit, populum Dominicum ad Zelum deuotionis allicere et fideles quoslibet ad pietatis opera et ſalutis viam ſalubriter adhortari; Nos de omnipotentis Dei clemencia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum meritis confiſi, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ſacerdotem Eccleſie parrochialis beate Virginis in Premzelaw, Corpus Chriſti ad infirmum quocienscunque deferentem cum deuotione congrua et reuerencia debita fuerint inſecuti, ac pro ipſo infirmo et omnibus viuis nec non defunctis fidelibus potiſſimum in dicte Eccleſie cymiterio quiescentibus fuderint decenter Domino preces ſuas, quadraginta dies de iniuncta eis penitencia, dummodo conſenſus Dyoceſani accedat, miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Premzelaw, Anno Dominj M°. CCC°. XII°. XV Kalendarum octobris.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXXIV. Markgraf Woldemar bekundet, daß die Bürger Prenzlau's ihm eine Hülfe bewilligt haben, was ihrer Freiheit unschädlich sein soll, am 14. Januar 1313.

Wie Woldemar, van Gottes Gnaden Marggreue to Brandenburch, to Lusitz vnd to Landesberg, Bekennen vnd betügen in desen gegenwardigen Brieve, dat vns vnse truve Burghere von Prymslawe vnd ere rechte Erfnamen tu Helpe hebben gheven tu vnsen Schulden, den wie nicht dun kunden ane ere Hülpe, vonn deme harde Stücke einnen Vierding Sülvers, vonn erme Pluchwerk vnde von all erme Gudt, dat die von vns vnde von anderen Herren hebben, vnd scolen dese vorbenumede Bede vnd Hülpe, die vns vnse vorbenumede Burghere mit gudem Willen nu hebben gewen, wie vnd vnse Erfnamen nimmermehr eschen, noch anmuden, welckerhande Not vns antrede. Were ouch, dat jenich Herre, dar dese vorbenumede vnse Burghere Gud afhebben, sie thien wolde vp alsülke Bede, also sie vns gewen hebben, oder vp jeniger Handt Bede, der sie nicht pflichtech sin to gevende, dat scolen wie en helpen, dat des nicht enschee. Dese Bede vnd dese Brieve scholen ninen Brieven hinderen, die wie en vore hebben geven, beide vppe Leen-Bede vnd vp Erf-Bede. Dat wie vnd vnse Erfnamen dit stede vnd vast holden scollen, dat hebbe wie vnsen vorbenumeden Burghern en truven gelovet, vnd hebben diese Brive darvp gegeven, besegelt mit vnsem Insegele. Dat is gescheen tu Livenwalde, na der bort godes dusent Jar, drihundert Jar, in deme drittegenden Jare, an sunte Felix Dage.

Aus einem Copialbuche und Seckt's Gesch. I., S. 167.

XXXV. Markgraf Johannes bekundet, daß ihm die Stadt Prenzlau für den Fall des erblosen Abganges des Markgrafen Woldemar gehuldiget, und verspricht, sie bei ihren Freiheiten zu lassen, am 15. September 1314.

Wir Johann, von der gnaden gotes to Brandenburch vnd tv lusiz marcgraue, bekennen vnd betughen in dissen jeghenwardigen briuen, Dat vns die Erbern lude, Scepen, Ratmanne vnd ander ghemene burgher in der stat tv Primzlaw, hebben ghehuldet aldus, ob vnses liuen swagers, des Edelenn vorstenn marcgraue Woldemares, des got nicht en wille, ane leenn Eruen to kort worde, dat si den scollen vnd ere stat an vns vellen. Des bekenne wie ock sunderlicke, Swenne dat ghescicht, so scol wie sie bescermen vnd heghen, vnd bi sulken rechte vnd vriheit laten, beide an leen gude vnd an slote, als si mit iren briuen vnd hantuesten bewisen moghen, die en von deme Edelen Vorsten des vorbenumden Marcgraue Woldemares vnses Swagers vnd von sinen Eldern ghegeuen sin. Tu einen orkunde alle desser dinghe, so hebbe wie mit der witscaft vnnser truwen lude, hern hinrikes vnnd vriderickes von Aluensleue vnnd hern Hinrickes Scencken vnd herr lodewighes von Wanzleue vnd herr Droysekens disse briue ghegeuen mit Vnsen Insigel besigilt, noch godes bort Dusent jar Driehundert jar in deme vierteinden jare, vp deme Werbeline, des achten daghes vnser vrowen natiuitatis.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVI. Markgraf Woldemar verordnet, daß zu Prenzlau Schafe, welche die Bürger besitzen, außerhalb der Stadt zum Erbe, innerhalb der Stadt zum Radelehn gerechnet werden sollen, am 16. Februar 1315.

Ad memoriam rei geste sempiternam, Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lusatie et de Landsberg Marchio, recognoscimus protestando, Quod nostri ciues ciuitatis Prymzlaw hoc jus pro certo et perpetuo habere debent, Quod oues, quas in villis et jn rure extra ciuitatem habuerint, bonum hereditatis aut hereditas esse et debeat nuncupari, et oues, quas in ciuitate habuerint, Radelene hoc quod a vulgo nominatur: Dantes presentem in hujus euidenciam sigilli nostri forma communitam. Datum Primzlaw, Anno Domini M°. CCC°. XV°. in Dominica Reminiscere.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Prenzlau für Kriegsschulden einen Antheil am Ukerwalde, am 2. März 1316.

Nouerint universi, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Anno Domini Millesimo Tricentesimo Sextodecimo feria III. post Dominicam Inuocauit proxima, habita racione cum fidelibus nostris Ciuibus Consulibus ciuitatis premslaw presentibus nobilibus viris Dominis Hermanno de Barboy, Gunthero Comite de Keuernberg, Henrico Decano Ecclesie Steindaliensis, Heinrico et Henningho de Stegelliz, Grifekone, Thiderico de Kerkow, Tzabello de Badello, Bernhardo de Holzendorp, nostris fidelibus militibus, et Conr. Papen . . . . . aduocato omnibus siquidem hinc inde computatis mansimus predictis Consulibus et ciuibus In quadringentis et quinquaginta Talentis Brandenburgensium Denariorum obligati, videlicet in Centum Talentis, que perdiderunt in equis in nostris seruitiis prope Woldeke habitis et in centum et quinquaginta Talentis eiusdem monete in equis, quos nobis acquisiverunt, et in ducentis Talentis In quitatione pignorum nostrorum stipendiariorum de Reno. Proinde ipsis assignauimus et per presentes literas assignamus Sexaginta jugera Lignorum in nostro vkerensi nemore pro eorum commodo bene mensurata, quolibet Jugere ad septem Talenta et Decem solidos computato, Gurgitibus et paludibus exclusis, si que sint in Jugeribus ipsis mensuratis, In quibus si defectum paciuntur alias ibidem in Nemore suppleri pro Eorum beneplacito vtique faciemus. Predicta quoque ligna secare debent a Dato presencium vel vendere per sex annos in antea continue computandos. Ad huiusmodi etiam ligna prenotati Ciues vnum tenere debent famulum, qui ea custodiat, Illumque tamquam nostrum proprium famulum ne ipsi Ciues in talibus lignis dampna capiant defensare volumus et tueri. Hec quoque ligna vbi terminantur signata debent esse nostris arboribus sectis, que scalbome dicuntur vulgariter, ita quod ipsorum ciuium ligna nostris arboribus sic notatis sint circumdata et distincta. Et si contingat, quod aliquis famulorum predictorum Ciuium Ex negligentia vel alio modo quocumque medio tempore

aliquam noſtrarum arborum ſecuerit, Inde Ciues nullam penam penitus paciantur, ſed pro tali ſic ſecta vnam arborem De ſuis lignis equiualentem pro noſtris vſibus ſtare permittent. Inſuper ipſi Ciues in Eorum lignis inpignorare poſſunt et eorum Cuſtos ſicut nos aut noſter Cuſtos in noſtris Et Emendam pro modo Exceſſus in Eorum lignis faciendam Nos vna cum predictis Ciuibus equanimiter ſorciemur. Et ne ſuper hiis omnibus premiſſis alicui dubium ſuboriri inpoſterum poſſit, preſentes literas deſuper ſcribi juſſimus et noſtro ſigillo communiri. Actum et Datum loco, Anno et Die predictis preſentibus Teſtibus ſupraſcriptis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXXVIII. Arnold von Kalen und ſeine Brüder vermachen dem Jungfern-Kloſter zu Prenzlau 50 Pfund Brandenburgiſcher Pfennige unter Beſtätigung des Biſchofs Conrad von Camin, am 12. März 1316.

In nomine domini amen. Ab humana memoria facilius elabitur, quod nec viue uocis teſtimonio nec inſtrumentorum auctenticorum roboratur fulcimento. Hinc eſt, quod nos lucia abbatiſſa, Margarita prioriſſa, Katherina cameraria, conegunt cellaria, totuſque conuentus ſanctimonialium in Prinzlavia preſentibus ac poſteris preſencia uiſuris, aut quomodolibet aliter percepturis, Tenore preſencium uolumus eſſe notum. Quod cum viri venerabiles ac Chriſto Deo deuoti dominus arnoldi ſacerdos, dictus de Kalen, ac Johannes frater eius dictus brabant ciuis Printslawienſis, necnon Margarita uxor eius zelo dei ducti inopie noſtre conſulere ſatagentes ac anime ſue ſaluti prouidere cupientes elemoſine nomine, nobis quinquaginta talenta brandenburgenſium denariorum erogarent, nos Deuocionibus eorundem viciſſitudinem uolentes rependere ſalutarem, ipſis participacionem bonorum omnium, que per nos filius dei dignabitur operari, concedimus, tam in vita quam in morte. Hoc addentes, quod prima miſſa, perpetuis temporibus in eccleſia noſtra celebranda pro ſalute utriusque hominis predictorum celebretur, ita duntaxat, quod diebus dominicis de ſancta trinitate, feriis ſextis de ſancta cruce, Sabbatis autem de virgine glorioſa, ceteris uero diebus per ebdomadam pro defunctis et proxime pro progenitoribus predictorum, ſi fieri poteſt, miſſa cantetur uel legetur dominum arnoldum ſacerdotem per predictum. Et quoniam habundans cautela non nocet, dominus arnoldus et Johannes predicti diſſenſioni precauentes in antea oriture nobis conſencientibus de predictis bonis mobilibus ac inmobilibus decem talenta brandenburgenſis Monete ſibi poterunt reſeruare nomine teſtamenti, pauperibus eroganda tempore mortis uel alias pro ſue diſpoſicione uoluntatis. Si uero dictum Johannem debitum vniuerſe carnis, perſoluere prius contingerit, dictus Dominus Arnoldus ſacerdos ex vi preſentis renunciacionis coram ſcabinis printslawenſibus iam nunc facta tam in dictis quinquaginta talentis, quam in bonis aliis mobilibus ac immobilibus dicti Johannis fratris eius, nichil repeticionis, nichil accionis, nichil iuris cuiuscunque penitus obtinebit; in duobus autem talentis Monete brandenburgenſis in feſto Sancti martini ſingulis annis et in victualibus neceſſariis eidem domino arnoldo, quoad uixerit, erimus prouiſure, quemadmodum prepoſito noſtro, qui eſt aut ſecundum tempus erit.

Si vero dictus dominus arnoldus, egritudine aut alia quacunque cauſa rationabili deficeret, quo minus dictam primam miſſam cantare uel legere non ualeret, per nos alius ſubſtituetur loco ſui, dicta eciam duo talenta ſibi per nos nequaquam ſubtrahentur, immo ſine qualibet contradiccione, ſeu prorogacione, tempore quo premittitur, perſoluentur. Cui eciam concedimus de ſuis ſumptibus manſionem edificare conuenibilem in Septis eccleſie noſtre, pro noſtre ac ſue diſpoſicione uoluntatis. In quorum evidentiam ſigillum uenerabilis domini eccleſie Caminenſis epiſcopi, ac Johannis, Prepoſiti gramzowenſis vna cum ſigillo noſtro preſentibus eſt appenſum. Datum et actum in Printslauia, Anno domini M°. CCC°. XVI°. in die beati gregorii Pape, preſentibus viris ydoneis et honeſtis.

Nos ergo Conradus, dei gracia caminenſis eccleſie epiſcopus, omnia ſupra dicta juſte ac deifice ordinata penſantes, ipſa auctoritate noſtra, cum teſtimonio appenſionis noſtri ſigilli in Domino confirmamus.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXXIX. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern zu Prenzlau Hebungen zu einer Altarſtiftung, am 25. Mai 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei Gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, tam preſentibus quam poſteris per preſentis ſcripti ſeriem volumus eſſe notum, quod ſincero affectantes deſiderio, ut cultus divinius uberior et diffuſior habeatur, dedimus et damus, donavimus et per preſentes literas liberaliter donamus dilectis noſtris burgenſibus Civitatis noſtre Prymzlaw, videlicet Conrado, Henningo, Nicolao et Gherhardo filijs Hennrici dicti de Byſmarke, nec non Heinrico et Henningo, filijs Eykonis de Brunſwigo, et ipſorum Heredibus, ob honorem Jeſu Chriſti et beate Marie genetricis ejus et in remiſſionem noſtrorum peccaminum piamque memoriam noſtrorum progenitorum, proprietatem Sex talentorum et quinque ſolidorum et duorum chororum demidijque chori quadruplicis annone ad altare edificatum in Eccleſia ſancti Jacobi Apoſtoli dicte civitatis atque in honorem beati Bartholomei apoſtoli dedicatum, perpetuis temporibus duraturam. Que quidem ſex talenta minus duobus ſolidis recipientur et tollentur in cenſu manſorum civitatis Primzlaw ſepe dicte et annona predicta cum ſeptem reſiduis ſolidis in civitate Strazeborch, etiam ex cenſu manſorum, Premiſſis ſiquidem eſt adiectum, quod ſenior heres dicti Heinrici de Bismark ipſum altare dum vacabit conferat una vice et ſenior heres Eykonis alia vice infra menſem a tempore vacationis, ſacerdoti ydoneo uel ſcolari cupienti ad ordines promoveri. Volentes hanc collationem altaris predicti ſub conditionibus predictis, perpetuo permanere, quamdiu aliquis de ipſorum exſtitit parentela. Deficienta vero parentela dictorum civium; tunc ſenior de duabus ſenioribus conſulum, qui tunc temporis manſint in conſilio, predictum altare dum vacabit, conferat licite ut patronus. Forma vero officiandi ipſum altare, aſſenſu cummuni hec eſt inſtituta. In ſecunda, quarta et ſexta feria miſſa debet legi pro defunctis et haberi memoria clam ut palam omnium benefactorum, qui ad idem altare dotandum, dedicandum ſeu officiandum

ſuum pium tribuunt aſſenſum. Die autem dominica, tertia et quarta feria ac ſabbato legi debet talis miſſa, ut requiſierit diei ſollempnitas, niſi plebanus uel gerens vicem ſuam miſſam ſibi depoſceret congruentem His quatuor diebus, tunc illam Sacerdos officians idem altare dicere debet omni contradictione ceſſante. Et ut premiſſa maneant, et eorum quodlibet temporibus perpetuis incommota perſiſtant, Hanc literam exinde confectam, noſtri ſigilli robore dari juſſimus communitam. Preſentibus Nobili viro Gunthero Comite de Kevernberg, Johanne de Blankenborch, Droyſecone, Dapiferis, Heinrico de Stegelitz, Henningo de Ecſtede, Grifecone, Petro de Pomerania, Haſſone et Wedegone ac Lodewico de Wedele, Thiderico de Kerkow, Anſelmo de Blankenborch, Heinrico de Schenkendorppe, Conrado et Alberto de Clepezk, militibus noſtris, Everardo prepoſito Berlinenſi et H. de Luchowe Canonico Eccleſie quondam ad galathas nunc autem Lubuſane, Capellanis noſtris, et alijs fidedignis. Actum et datum in Nova Angermunde, Anno dominice incarnationis Milleſimo trecenteſimo, decimo nono, Feſto ſancti Urbani Martyris atque Pontificis.

Sedt's Geſch. I, Urk.-Anh. S. 169 No. 16.

XL. Die Stadt Neubrandenburg verbürgt ſich für dasjenige, was der Herzog von Mecklenburg den Städten des Ukerlandes zugeſagt hat, am 29. September 1319.

Omnibus, ad quos preſens ſcriptem pervenerit, Conſules et commune Civitatis Nove Brandenburgh ſalutem in Domino ſempiternam. Recognoſcimus publice per preſentes et conſtare volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos matura deliberatione et ſano conſilio prehabitis pro omnibus et ſingulis articulis, inter nobilem Virum Dominum noſtrum reverendiſſimum, Dominum Heinricum Magnopolenſem ex una, et civitates Prentzlaw, Poſewalck, Tzweth, Angermünde, Oderberghe, Cedenick, Vorſtenberghe, Templin, Vorſtenwerdere, Straceborgh et Jaghowe ac omnes vaſallos in tribus Advocatiis, videlicet Stolp, Jagow et Leuenwolde conſtitutos, parte ex altera placitatis, pro quibus quidem Dominus noſter Magnopolenſis et ſui undecim Vaſalli promiſerunt fide preſtita, prout in literis ejuſdem domini noſtri Magnopolenſis inde confectis expreſſius continetur, verbis noſtris promittimus aſſerciis et ſtamus predictis Tenore preſentium obligati. In cujus Teſtimonium Sigillum Civitatis noſtre preſentibus duximus apponendum. Datum Woldegcke, Anno domini MCCC. decimo nono, In die beati Michaelis Archangeli.

Sedt's Geſch. I, Urk.-Anh. S. 171 No. 17.

XLI. Biſchof Johann ertheilt den Wohlthätern der Pfarrkirchen Prenzlau's einen Ablaß, am 2. April 1320.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus Nos frater Johannes, dei gratia Epiſcopus eccleſie Sambyenſis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Volentes laudem ſummi creatoris ampliare, ac ſalutem animarum in quantum cum ipſius adiutorio poſſumus promouere, omnibus vere penitentibus contritis et confeſſis, qui eccleſiam parrochialem beate Marie virginis et patrone in primzlaw, filias quoque dicte eccleſie adherentes videlicet eccleſiam beati Jacobi, eccleſiam beati Nicholai, eccleſiam beati Johannis baptiſte, eccleſiam beati Georgij extra muros et eccleſiam ſancti ſpiritus in feſtiuitatibus infra ſcriptis ſcilicet dominice reſurrectionis, aſcenſionis, penthecoſten, natiuitatis Chriſti, in IIII^{or} feſtiuitatibus beate marie virginis, in feſtiuitatibus Petri et pauli et aliorum omnium apoſtolorum, in feſto Marie magdalene, in feſto beati Nicolai et beate Katherine Virginis, beati laurentij, in feſtis ſancte crucis, item beati Johannis baptiſte in natiuitate et decollatione et in anniuerſario dedicationum eccleſiarum et altarium, cum oblationibus devote viſitauerint, ac eccleſiis memoratis manus adiutrices porrexerint, hijs quoque, qui cimiteria dictarum eccleſiarum cum deuotione et reuerentia circuierint, pro animabus omnium fidelium defunctorum fideliter ſupplicando, XL dies, hijs quoque, qui corpus dominicum, cum ad infirmum portari contigerit, cum deuotione inſecuti fuerint, V dies indulgentiarum de iniuncta eis penitentia dummodo dyoceſani accedat confirmatio in domino miſericorditer relaxamus. Actum et datum Primzlaw, Anno domini M°. CCC°. XX°. die quarta infra octauas reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XLII. Conrad, Biſchof von Camin, beſtätigt dem Nonnenkloſter St. Sabini den Beſitz der Pfarrkirchen Prenzlau's, am 9. Juli 1320.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Religioſam vitam ducentibus humanum conuenit adeſſe preſidium, ne temporalium refectione ſubtracta ſancta Religio ſpiritualibus deficiat incrementis. Humane enim inimicus nature callidas infidiarum telas in lacu noſtre miſerie acuta fraude vbique contexuit ut ſuis mortalium animas valeat laqueis deputare, ac perpetuis cruciare ſuppliciis. Sed paternitas diuine clemencie immenſa benignitate huic compaſſa miſerie ſancte Religionis refugium adinvenit, quo magis noſtre carnis puritas ſeruaretur achoſtis antiqui veneroſa tendicula rumperetur. Sancta enim et vera Relligio teſtante ſcriptura, nequit vnquam occaſum accipere, aut defectui ſubiacere. Sane cum nobis Conrado, dei gracia Camynenſis Eccleſie Epiſcopo, deuote in Chriſto virgines ſanctimoniales, abbatiſſa, prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium eccleſie ſancti ſabini nove ciuitatis Prinzlaw, noſtre dyoceſeos, priuilegia dominorum ac principum, videlicet domini Barnym, Slauorum Ducis, et dominorum Marchionum Johannis antiqui et Ottonis, do-

naciones, eccleſiarum tocius ciuitatis Prinzlaw, quantum ad parrochias in dictas moniales factas continencia, Inſuper inſtrumenta Confirmacionum ſanctiſſimi in Chriſto patris Domini alexandri, pape, et vltimo domini Hermanni, Caminenſis Eccleſie Epiſcopi predeceſſoris noſtri, Deinde nouum donacionis priuilegium domini Henrici, marchionis junioris, cum debita reuerencia obtuliſſent, nobis humiliter ſupplicantes, quatenus predictam donacionem dicti domini Hinrici, marchionis, confirmare auctoritate ordinaria miſericorditer dignaremur, eo quod per plura tempora a primis donacionibus et confirmacionibus propter ſimplicitatem puellarem dictis eccleſiis caruiſſent; Nos itaque ipſarum pauperie rite penſata ipſarumque precibus iuſtis miſericorditer inclinati, predictas donaciones, auctoritate beati iohannis baptiſte ac noſtra, irrefragabiliter in domino confirmamus aſſignantes dictas eccleſias eis, videlicet beate Virginis, beati Nicolai et beati Jacobi, cum omnibus obuencionibus et iuribus ac facultate manſionem mutandi nunc et perpetuis temporibus feliciter poſſidendas, Ita tamen, vt iura ſubiectionis, honores obediencie et ſeruicia nobis ac noſtris ſucceſſoribus ac predicti loci archydiacono, qui pro tempore fuerint, debite maneant penitus inconcuſſa. Precipientes in virtute ſancte obediencie, ac ſub excommunicacionis pena, ne quis hominum cuiuscunque dignitatis ſtatus aut condicionis exiſtat huic noſtre confirmacioni preſumat, auſu temerario contraire. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Stetyn, Anno Domini M°. CCC°. XX°., in craſtino Kyliani Martyris.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XLIII. Biſchof Conrad von Camin verſpricht dem Nonnenkloſter St. Sabini, nach Beendigung des dem Pfarrer Bromold bewilligten Zeitraumes niemals weder ihm noch einem Andern die Abweſenheit von der Pfarre zu geſtatten, am 15. Juli 1320.

Conradus, dei gracia Caminenſis eccleſie Epiſcopus, dilectis ſibi filiabus in Criſto Abbatiſſe, prioriſſe totique conuentui ſanctimonialium eccleſie ſancti Sabini noue ciuitatis Prenzlaw, temporalibus auxiliis non deſtitui et proficere ſpiritualibus conuenientes, congratulamur veſtre ſanctitati de gracia per Dominum Marchionem in eccleſia Prentzlaw vobis facta volentes, vobis gratuito noſtris adeſſe preſidiis, decernentes, quod nullis unquam temporibus finito Domini Uromoldi triennio ipſi aut cuiquam alteri abſenciam omnimodo concedamus, Eciam in corporalis poſſeſſionis adeptione noſtrum habebitis auxilium et fauorem. Datum Grypswalde, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo viceſimo, in feſto diuiſionis Apoſtolorum.

Aus Süring's Manuſcript.

XLIV. Die Herzöge Otto und Wartislaw verschreiben im Namen des Königs Christoph von Dänemark der Stadt Prenzlau verschiedene Rechte, am 23. August 1320.

Wy Otto vnnd Wartislaw, herthogen der Wenden, der Caſſuben vnd der Pommeren, Bekennen vnd thugen openbare in deſſen Brefe, dat wi mit den Rathmannen vnd meinen Burgern der Stad to Premſslow hebben gedegedinget von vnſers hern wegen, hern Chriſtopheres, des Königes von Dennenmarken, alſe hir na beſchreuen ſteit. Tu deme erſten hebben wie den Burgern gelaten vnd gegeuen de Vryheit vnd den eigendum ober all de mölen, dy to der ſeluen Stad lieghen, vnd mogen nye molen buwen, ſo wor id en euen kumt, binnen erer Marke vnd in erer Stadt, alſe den egendum vnd de Vryheit von den mohlen de Marggraue hadde. Vortmer ſcollen ſe hebben dat ouerſte richte in erer Stad vnd darto den Tollen, alſse en de Marggraue hatte. Vortmer de Juden, de dar binnen wohnen, de ſcollen ſitten vnder de Rathmanne Walt vnd to Burgere Rechte. Vortmer ſcollen de Rathmann hebben Richte vnde vare ouer de Muntmeiſtere binnen erer Stadt, vnde de Muntmeiſtere ſcolen ere penninge holden by withte vnd by ſchwere, alſe ſe bi olden Tiden ſin geweſen. Vortmer ſcolen ſe hebben ene Vlutarcke tuſchen Premſslow vnd Paſewalck, ſo wor id en euene kumpt, vnde holt hauen vry darto, alſe dicke, alſe id en euen kumpt, in der Heyde to dem dorchloue, dar ſe willen. Vortmer en ſchal niman inſchepen oder utſchepen in der Ukere tuſchen Premſslow vnd Paſewalck mer de Stede beyde. Vortmer ſcolen wy en gelden ere redelicke ſchulde, de ſe bewiſen mogen von der Marggrauen wegen, dauor ſcolen ſe ere ſchot oder ere plege inne beholden von Jahre to Jahre, bet die ſchult vergulden ſi, vnd wy ſcolen helpen mit treuen, dat die Riddere vnd de Knechte den meinen Burgern gelden ere ſonderlichen Schulde. Vortmer wi ſcolen in allen deſſen Landen nicht buwen, id en ſie der Rathmanne wille von deſſen vorbenomenden Steden. Wie ſcolen ok en holden alle recht vnd alle Dinck, de ſe bewiſen mögen mit breuen vnd mit hantveſten, vnd ere ſchot, hundert marck, de ſe plegen to geuende, ſchol man nicht verhögen. Vortmer ſcolen die Borgere tollen vry weſen in dennemarken, Sunder to Sconorn vndt to Valſterbode vnd in allen vnſen Landen tollen vry in watere vnd in Steden, deſuluen Vryheit ſcolen vnſere Burgere hebben zu Premſslow, Paſewalck vnd Templin. Vortmer tuſchen Premſslow vnd Paſewalck ſcal nen weg mer gan ouer de Ukere vnd ere Korn vnd ere Kopmanſchop mögen ſe vry vtfören, wor ſe willen, to watere vnd to Lande, vnd de Vkere ſcolen wi fryen den Börger vnd geſten bed in dat haff. Vortmer welc Borgere Lehngut hedde von herren, von Riddern oder von Knechten, dat ſcal man na ſinen dode lyen ſeinen rechten erfnehmen mit ſamender Hand ohne gifft. Vortmer ſcolen alle Riddere vnd alle Knechte to rechte ſtan vor vnſem Landrichter, vnd alle Borgere ſcolen to rechte ſtan in denen Steden vor deme Schulten. Vortmer ſo wanne en orloge is, dat en ſchal man nicht verſönen, de Stede en ſin darbinnen gedegedinget, vnd das hus to Nedam dat ſchal in ſtan na allen Sönen to der Borger handt. Vortmer ſcolen ſie Lagerholt halen in der Heide wor ſie willen, vnd in ere Stad mögen ſie leiden, ſo wann ſie willen vnd tu allen Stunden. Vortmer bekennen wi daſs, dat deſſe vorbenomenden Stede herrn Chriſtophoro, den König zu Dennenmarken, hebben genommen to eneme rechten Vormündere vnd Beſchermere vnd vns tuen von ſiner wegen. Vortmer ſcole wi einen intogenen man ſetten dem Lande to einem Vagede. Vortmer worde ein Römes König gekoren, in einer eindrechtigkeit aller der Kohrherren gekoren, vnde einen Vorſten in dieſe Land Sende to den Steden vnd to den Mannen vnd vns dat bewiſede, dat

he beter recht hedde to den Landen, wenne de König von Dennemarken, wi beide oder vnſer ein oder vnſe erfnahmen; ſo ſchal de König vnd wi von diſer Vormundeſchafft laten mit willen. To vorn ſcal man den vorbenomenden König von Dennenmarken, vns vnde vnſe Erfnahmen afnehmen vn gelden alle Koſt, ſchult vndt ſchaden, de wi vnde de König in der Vormundeſchap hebben gehat vnd gedragen, de will dat des nicht en ſcut, ſo ſcolen de Stede, de Mann vnd de Landt bi deme Könige von Dennemarken bliuen, bi vns vnd vnſen erfnahmen wente de ſchult, Koſt vnde Schade werde gegulden vnde gelegert. Vppe dat de König, wi vnd vnſe Erfnamen alle deſſe vorbeſchreuene Ding ewiglicken, Stede vnde faſtholden, deſs hebben wi tu deſſen Breuen vnſe Inſiegel gehenget vnd to Borghen geſat vnſe Stade, die hirna beſchreuen ſtan: Gripswold, Dymin, Tanglin, Stargarden, Stettin, Piritz, Gripenhagen, Garditz vnde Pencun. Deſſe Breue ſind geſchreuen vnd gegeuen na gades Geburth duſent Jhar drehundert Jhar in deme twintigſten Jhare, in der Stad tu Paſewalck, in Sunte Bartolomeus Auende.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 37–41. Seckt's Geſch. I., Urk.-Anh. S. 173, No. 19.

XLV. Die Stadt Anklam verpflichtet ſich dafür, daß die Herzöge von Pommern, Otto und Wartislaw, die Vereinigung mit den Städten Prenzlau, Paſewalk und Templin halten ſollen, am 23. Auguſt 1320.

Nos Conſules et Commune civitatis Tangelin recognoſcimus preſentibus publice proteſtando, quod promiſſimus pro illuſtribus Dominis Ottone et Wartislao, Ducibus, Dominis noſtris et nominatim promittimus per preſentes, quod debent omnia et ſingula inter eos ex una et Conſules Civitatem Primslawe, Poſsuualc et Templin parte ex altera placitata, rata et grata inviolabiliter obſervare, ſicut in ipſorum literis continetur. Quod ſi quidquam de Placitatis alicui civitatum predictarum infringeretur, ob hoc poſt tempus noticie vel cum ipſi conſules nos hoc ſcire fecerint ad menſem duos de conſulibus noſtris ad eam mittere debemus civitatem, cui illud non fuerit ſervatum, eandem nullatenus exeundo, quouſque illud amicabiliter et integraliter fuerit reformatum. In cuius veritatem noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Poſsuualc, Anno Domini M°. CCC°. XX°., in vigilia beati Bartholomei.

Aus einem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 36—37. Seckt's Geſch. I., Urk.-Anh. No. 20.

XLVI. Der Rath zu Prenzlau bekundet die von den Pröbsten zu Gramzow und Pasewalk auf bischöflichen Befehl erfolgte Einweisung des Nonnenklosters in den Besitz der Pfarrkirchen, am 14. September 1320.

Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo, In die exaltacionis ſancte crucis, venerunt Honorabiles viri, domini Paulus, Gramtzouyenſis eccleſie, et Walterus, pozwalcenſis prepoſiti, poſt circuitum cimiterij ante inchoacionem ſumme miſſe, litteram quondam venerabilis patris domini Conradi, Caminenſis eccleſie Epiſcopi, omni populo oſtendentes auctoritatem inueſtiture ſanctimonialium nove ciuitatis Printzlaw ad eccleſiam beate virginis et ceterarum eccleſiarum parochialium dicte ciuitatis, circumſcripto domini vromoldi tunc temporis dietarum eccleſiarum plebani preiudicio, plenius continentem, qui ſecundum tenorem jam dicte littere, prout tenebantur et decuit, proceſſerunt, Abbatiſſam, prioriſſam totumque conuentum vna cum prepoſito monaſterij dictarum ſanctimonialium in corporalem poſſeſſionem dictarum eccleſiarum canonice ac rite immittentes, poſt ceſſionem aut mortem dicti dominj vromoldi omnes obuenciones ac vtilitates dictarum eccleſiarum in perpetuum decernentes eiſdem, inpedimenta ac contradictiones quorumlibet per cenſuram eccleſiaſticam cohercentes. Ad cuius euidenciam Ampliorem, preſenti ſcripto nos conſules ciuitatis Printzlaw, noſtrum ſigillum cum ſigillo Honorabilium virorum domini Paulj, Gramtzouyenſis, et domini Walteri, pozwalzenſis prepoſitorum, duximus Apponendum. Datum et Actum Prenzlaw, Anno, die et loco ſupradictis.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

XLVII. Die Markgräfin Agnes mit ihrem Sohne Heinrich beſtätigt dem Convente der ehemaligen Auguſtiner-Nonnen zu Prenzlau das Patronat über die Marien-, Jacobi-, Nicolai- und Sabinen-Kirche daſelbſt, im Jahre 1320.

In nomine Domini Amen. Ea qve humanis actibus racionabiliter ſtatuuntur, ideo litterarum efficaci teſtimonio roborantur, Ne motu temporis a memoria lapſa fidelium litibus viam parent et nouas ſuſcitent queſtiones. Nos igitur Agnes, dei gracia marchioniſſa Brandeburgenſis et de landesberge, ac noſter filius dilectus Hinricus, dei gratia Marchio Brandeburgenſis, ad noticiam omnium Chriſti fidelium cupimus peruenire, Quod relacione multorum noſtrorum proborum virorum ac teſtimonio cognouimus papalium litterarum, Quod conuentus ſanctimonialium in noua ciuitate premſlau, ordinis ſancti auguſtini quondam, Nunc autem ſancti benedicti, iure patronatus eccleſiarum, ſcilicet beate marie virginis, ſancti iacobi apoſtoli, ſancti nycolai et ſancti ſabini eiusdem ciuitatis ſiniſtre ſit priuatus ac eccleſiis eisdem. Nos vero matura deliberacione prehabita noſtrorum fidelium militum ac ciuitatum, ob honorem et laudem omnipotentis dei et ſue genitricis marie omniumque ſanctorum, ius patronatus cum omni iure ſuo et appendicijs predictarum eccleſiarum in premſlau predicto conuentui ac dominabus predictis pia mente concedimus per

preſentes et donamus perpetuis temporibus poſſidendum, vt eo liberius poſſint inſiſtere omnium laudibus creatoris. Ne ergo huius racionabilis collacionis et donacionis erroris ſcrupulus alicui uel noſtris ſucceſſoribus poſſit ſuboriri; Nos Agnes predicta literam preſentem noſtro ſigillo iuſſimus communiri. Sed qvia noſter dilectus filius Hinricus predictus nunc pro tempore caret ſigillo, preſentem paginam ſigillis ciuitatum Premſlau ac Pozewalck et teſtium ſubſcriptorum rogauit et mandauit roborare. Teſtes vero huius donacionis ſunt: Dominus Hinricus de ſtegelitz ſenior, Dominus luderus de Scriuerſtorp, Dominus conradus de wichmanſtorp, Dominus theodericus de kerkow, Dominus hinricus de ſtegelitz iunior, Dominus dubzlaus de eycſtede, milites, et dominus hinricus de ſtegelitz, prepoſitus in iagow, et Arnoldus kolene, armiger, Ac conſules ciuitatum premslau et Pozewalck et quam plurimi fide digni. Nos vero teſtes predicti omnia et ſingula predicta noſtris ſigillis preſentibus appenſis profitemur eſſe vera. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XX°.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals und Seckt's Geſch. d., Urk.-Anh. S. 17*, No. 18.

XLVIII. Der Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim anderweitige Verſchreibung für die Stadt Prenzlau, am 24. Auguſt 1321.

Wir Otto, Wartiſslaw vnde Barnym, hertogen der Wenden, der Caſſuben vnde Pomerenen von der Gnade Godes, bekennen vnd betugen openbahre in deſſen Breue, dat wi mit den Rathmannen vnd den meinen Borgern der Stad zu Premſslow hebben getheidiget eindrechtiglicken, alſe herna beſchreuen ſteit, vor vns vnd vor vnſe Erfnehmen mit rade vnd vollbort vnſer wiſen Manne. Tho dem erſten mahlen hebben wi laten vnd geuen den Borghern de fryheit vnde den Eigenthumb ouer de nien Mölen, de ſe hebben gebuwet binnen erer Stad, bi dem Joden Dorpe vnd de ſe noch buwen willen herna binnen erer Stad bi dem Joden Dorpe vnd de ſe noch buwen willen herna binnen erer Marke. Vortmer de Juden, de da binnen wohnen, de ſcholen ſitten vnder der Rathmanne walt vnd tho Borgere rechte. Vorthin ſcholen de Rathmanne hebben Richte vnd Vare ouer de Muntmeſtere binnen ere Stad, vnd de Muntmeſtere ſcolen ere Pennige holden bi witte vnd bi ſchwere, alſe ſe ſin bi olden Tiden geweſen. Vortmer ſcolen ſie hebben eine Vlutarken twiſchen Premſslow vnde Paſewalck, ſo wor id en euen kompt, und holthawen vry dartho alſe dicke, alſe id en euen kumpt, in der Heyde to Torgelow, dar ſe willen. Vortmer ſcal nimand vtſchepen odder inſchepen tuiſchen Premſslow vnde Paſewalck in der Vkern, mer die Stedte Beide. Vortmer ſcolen wie en gelden ere Redeligke ſchult, de ſe bewiſen mögen, von der Marggrafen wegen: davor ſcholen ſie ere ſchot edder ere plege inne beholden von Jahre tu Jhare, bet die ſchult vergulden ſy. Vnd wie ſcholen darto helpen mit trewen, dat die Riddere vndt Knechte den meinen Borgern gelden ere ſunderlich ſchulde. Vortmer wi en ſcholen in al deſſen Landen nicht buwen, id en ſy der Rathmanne Wille von deſſen vorbenomenden Steden; wie ſcholen ok en holden alle Recht vnd alle ding, de ſe bewiſen mögen mit Breuen vnd mit handtveſten, vnde ere ſchot, hundert Mark, de ſe plegen to geuende, ſchalme nicht ver-

högen. Vortmer ſcholen ſe tollenvry weſen in allen vnſen Landen, in Watern vnd in Steden. De ſuluen Vriheit ſolen vnſere Borgere von andern vnſer Stedten to Primſslow vnd Poſewalck wedder hebben. Vortmer tuiſchen Primſslow vnd Paſewalck en ſchal nein weg mer gan ouer de Vkere, vnd ere Korn vnd ere Kopenſchap mögen ſe vry vtfören, wor ſe willen, to watere vnd to lande, vnde de Vkere ſcolen wy vryen den Borgern vnde Geſten bis in dat Haff. Vortmer welck Borger Lehn-Guth hedde von Herrn, von Riddern oder von Knechten, das ſchal man na ſinem Tode lyen ſinen rechten erfnamen mit ſammeder hand ohne Gifft. Vortmer ſo ſcholen alle Riddere vnd Knechte to rechte ſtan vor vnſen Land-Richter vndt alle Buren ſcholen to rechte ſtan in den Steden vor dem Schulten. Vortmer ſo wanne ein Orloghe ys, dat en ſchalme nicht verſonen, de Stede en ſin darbinnen bededinget. Vortmer ſcholen ſe Lager Holt holen in der Heyde, wor ſe wollen, tu allen ſtunden. Vortmer ſcholen wi en ſetten einen eingethogenen man dem Lande tom Voigde. Vortmer bekennen wy daſs, dat die vorbenomende Rathmanne vnd ere meinheit hebben vns vnde vnſe Erfnamen gecoren vnd genommen to Beſchirmern vnd to Vormundern, vns von der Vormundeſchop to horen, ſo nun by vns to bliuende dorch gut edder dorch böſe, vnſer nummermehr af to ſtande, alſs us beſchedentliken: worde hirna ein Römes König gecoren in ener eindrechtigkeit alle der Korforſten vnde de vort enen forſten in deſen Lande ſende to den Stedten vnd to den Mannen, vnde de vort vns det bewiſede oder vnſen Erfnahmen, dat he beter recht hedde to den Landen, den Steden vnd to den Mannen, wann wi oder vnſe Erfnamen, ſo ſcholen wi laten von deſer Vormundſchop mit willen. Wenne dat geſchehe, ſo ſcholde he tovorn vns vnd vnſe Erfnahmen afnehmen vnd gelden alle Koſt, ſchulde vnd ſchaden, de wi vnd vnſe Erfnahmen hebben gehatt vnde getragen in der Vormundſchap vnd der Beſchwerung der Land, der Stedte: diewile dat des nicht en ſchüt, ſo ſcholen de Stede, Land vnd Mann by vns vnde by vnſen Erfnahmen ſtede bliuen, alſo lange, went die ſchulde Koſt vnd ſchade werde vns vnd vnſen Erfnahmen gegulden vnd gelegeret. Vppe dat wy vnd vnſe Erfnahmen alle deſſe vorbeſchreuene Ding ewiglichen, ſtede vnd faſt holden, deſs hebben wy to deſſen breuen vnſe Ingeſegele gehanget vnd to Borgen geſat vnſe Stede, di hirna beſchreuen ſtan: Griepswold, Dymin, Danglyn, Stargard, Stettin, Pyritz, Greifenhagen, Gordetz vnd Pencun. Deſſe Breue ſind geſchreuen vnd geuen na Gades Geburth Duſenth Jahr drehundert Jahr in deme einen twintechſten Jahre, in der Stad to Premſslow, am Sunte Bartholomei Tage.

Nach dem Copialbuche der Breſl. Bibl. J. F. 81, Blatt 41—44.

XLIX. Die Herzöge Otto und Wartislaw von Pommern beſtätigen dem Kloſter zu Prenzlau das Patronat der Pfarrkirche, am 29. September 1321.

In nomine domini amen. Vniuerſis Chriſti fidelibus — Otto et Wartislaus, dei gratia Slauie, caſſubie et pomeranie duces, Salutem in eo, qui cuncta condidit, fouet et gubernat. Ne hominum vite breuitas et malingnorum peruerſitas pios actus principum deſtruant aut malicioſe impediant, expedit reuera teſtibus et ſcriptis patentibus eoſdem roborari et poſterorum memorie

fideliter commendari. Quo circa ſcire volumus tam poſteros quam preſentes, Quod cum literas parentum et predeceſſorum noſtrorum, coram nobis legi et examinari faceremus, ſagaciter inuenimus in eiſdem eccleſiam in antiqua ciuitate primzlaw cum ſuis attinencijs et iuribus abbatiſſe totique conuentui Sanctimonialium in noua primzlaw pure propter deum collatam, eandem eciam collacionem Sanctiſſimi patris allexandri pape felicis recordacionis confirmacione roboratam. Sane igitur decernentes indignum eſſe predeceſſorum noſtrorum piam collacionem et domini pape ſupradicti confirmacionem canonicam irritare, infringere, moleſtare aut aliqualiter impedire, Supradictam eccleſiam cum ſuis iuribus et attinenciis omnibus . . abbatiſſe et conuentui Supradictis pure propter Deum contulimus et conferimus in hiis ſcriptis, Parentum et predeceſſorum noſtrorum collacionem et domini pape prefati confirmacionem per ratihabicionem quantum in nobis eſt feliciter confirmantes. In cuius euidenciam et teſtimonium noſtra ſigilla apponi iuſſimus huic ſcripto. Teſtes huius ſunt venerabilis pater ac dominus, dominus conradus epiſcopus caminenſis, borchardus abbas colbacenſis, Wedego de Wedele, Oldacus de Zwerin, nicolaus luſco, paridam de Wacholt, nicolaus de heyden, milites, et plures fide digni. Actum et Datum primzlaw, Anno domini M° CCC°. XXI°. in die Mychaelis archangeli, per manus noſtrorum notariorum magiſtri conradi, Johannis lentyn.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

L. Der Pfarrer Vromold geſtattet Bürgern, von Bißmark und von Braunſchweig genannt, in der Jacobi-Kirche zu Prenzlau einen Altar zu errichten, im Jahre 1321.

In nomine domini amen. Dominus Vromoldus, plebanus in printzlaw, recognoſco per preſentes et vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, oraciones in Chriſto ſempiternas, Juſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu. Hinc eſt, quod conradus, henningus, Nycolaus et Gherardus, fratres, dicti de byſmarck nec non hynricus et Johannes, filij Eykonis de brunſwic, ciues ac burgenſes ciuitatis prinzlaw, pia moti deuocione ad cultum diuinum augmentandum ſupplicauerunt pro commodo et vtilitate ſuorum predeceſſorum et in remiſſionem ſuorum peccaminum. Quorum preces exaudiui et meam voluntatem adhibui cum conſenſu, predictis ciuibus ac burgenſibus prinzlaw licencians erigere, conſtruere et fundare altare in eccleſia ſancti Jacobi prinzlaue ciuitatis de certis redditibus perpetuis temporibus duraturum ad vnam miſſam, que debet legi infra ſummam miſſam eiuſdem eccleſie ſcilicet ſancti Jacobi, In qua cottidiana fuerint obſequia dei. Iſtis peractis interfuerunt Conſules ciuitatis prinzlaw. Ne alicui dubium inde oriatur ſeu in euidenciam omnium premiſſorum preſentem paginam exinde confectam dedi et munimine mei ſigilli feci communiri. Data ſunt hec ſub annis domini Milleſimo CCC°. XXI°.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LI. Das Nonnenkloſter zu Prenzlau nimmt den Rath daſelbſt in die Gemeinſchaft ſeiner guten Werke auf, am 28. April 1322.

Viris honeſtis laude digniſſimis Dominis Conſulibus Premſlaw civitatis, Margareta Abbatiſſa, Margareta Prioriſſa totusque conventus Sanctimonialium nove ciuitatis jam predicte ſuarum oracionum incrementum cum aſſidua deprecacione ad Dominum Jeſum Chriſtum pro eiſdem. Quia Chriſtus Jeſus veniens in hunc mundum genus humanum per prevaricationem primorum Parentum diabolice poteſtati ſubjectum ſua paſſione redimere acceptavit, vt complevit, Exemplum in filios adoptionis poſt eius glorioſam aſcenſionem relinquens, ut quilibet ſui exempli fidelis imitator propriis orationibus, Vigiliis adipiſci non poterit et iejuniis, adjutus operibus aliorum perfectius conſeqvatur, ut in libro Machabeorum plenius continetur, ubi dicitur: vir fetiſſimus ſudas collatione facta et cetera, ubi ſequitur: Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur. Et cum nemo ſibi ſufficit, ſed alterius auxilio indiget, et ipſius ſuffragio ſublevetur; Hinc eſt, quod cum vos cognovimus noſtre ſalutis terrene portum tutiſſimum, precipuos benefactores et poſt Deum refugium ſingulare, ſub quorum umbra protectionis ſicut pulli ſub alis gallinarum fiduciam gerentes toto cordis deſiderio Suspiramus ſperantes, quod nobis adhuc Sicut prius pinguiora beneficia promocionis impendere debeatis, pro quo vobis noſtra parvitas, devotio et humilitas bonorum temporalium condigna ſervicia nequit exibere. Sed veſtra prefulgens diſcrecio omnium noſtrorum operum ſpiritualium participationem, que Chriſtus Jeſus dominus noſter per nos et ſucceſſores noſtros fieri diſponit in vigiliis, in orationibus, in ieiuniis, in Caſtigacionibus et in omnibus aliis operibus Deo gratum ſervicium ſperamus exibere, acceptare nullatenus dedignetur, que etiam pre omnibus vobis et Affinibus veſtris cunctis diebus noſtris . . . . . Deo altiſſimo et glorioſe Dei genitrici ac toti celeſti curie offeremus, Vos quoque recipientes in noſtram fraternitatem, ut cum dies veſtri obitus nobis fuerit nunciatus, veſtras exequias, veluti noſtrarum conſororum et confratrum in vigiliis et in aliis oracionibus fideliter peragemus. Petentes vos nihilominus pro deſiderio cordis cum affectu, ut hoc donum veſtre benigna honeſtas animo recipiat letabundo, quod tanto magis racionem boni participat, et magis ſe placitum eſſe probat et caritatem noſtram et ſollicitudinem erga veſtram honeſtatem arguit et oſtendit, quanto poſtulacionem preveniens eſſe dinoſcitur et voluntarie oblatum pocius quam petitum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo noſtri conuentus et munitum. Datum Anno domini Milleſimo CCC. XXII., Feria quarta poſt dominicam, qua cantatur Miſericordias.

Aus mehreren Copialbüchern, in deren jedem das Schreiben ſehr fehlerhaft mitgetheilt iſt.

LII. Biſchof Paulus ertheilt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaßbrief, am 22. Mai 1322.

Vniuerſis Chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris Frater Paulus, miſeratione divina Epiſcopus Eccleſie Curonienſis, ſalutem in Virginis Filio glorioſe. Licet is, de cuius munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſeruiatur, bene ſervientibus multo maiora tribuat, quam valeant promererj, Cupientes igitur, ut eccleſia parochialis beate marie Virginis in Prenzlau congruis honoribus frequentetur, et ut filius in matre et mater in Filio collaudetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui iam dictam eccleſiam viſitaverint in Feſtivitatibus infra ſcriptis, videlicet, nativitatis Chriſti, Circumciſionis, Epiphanie domini, Paraſceues, Reſurrectionis, adſcenſionis, Penthecoſtes et in quatuor Feſtivitatibus beatiſſime Virginis Marie, beatorum apoſtolorum Petri et Pauli et aliorum apoſtolorum omnium, Inuencionis et Exaltacionis S. Crucis, in Feſtis natiuitatis et decollacionis beati Johannis Baptiſte, in anniuerſario dedicacionis eccleſie eiuſdem, beate Katharine, S. Marie Magdalene manus porrexerint adiutrices, Hijs quoque, qui cimiterium dicte eccleſie cum deuocione et reuerencia circuierint, et pro animabus omnium fidelium defunctorum preces deuote fuderint, quadraginta dies, hijs eciam qui corpus dominicum cum ad infirmum portari contingit in exitu et in reditu cum devocione fuerint inſecuti, decem dies indulgenciarum de injuncta eis penitencia, dummodo Dioceſani conſenſus acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. Datum Prenzlaw, ſub annis M°. CCC°. XXII° ſabbato infra octavam aſcenſionis domini.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LIII. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislav und Barnim quittiren die Stadt Prenzlau über 120 Marck, welche ſie ihnen für die Mühlen entrichtet hat, am 21. October 1322.

Nos Otto, Wartislaus et Barnym, Dei gratia ſclavorum, Caſſubie et Pomeranie duces, coram univerſis preſentia viſuris et audituris recognoſcimus publice proteſtantes, quod de maturo fidelium noſtrorum Conſilio, reſpectu plurium beneficiorum fidelium noſtrorum Burgenſium civitatis noſtre Primslaw, que nobis gratuite ſepius impenderunt, ipſis dimiſimus omnia molendina jacentia ibidem in nova civitate ac proprietatem eorundem cum omni jure, quod in eisdem molendinis dinoſcimur hactenus habuiſſe. Ut autem dicti Burgenſes a nobis et a noſtris Succeſſoribus et Officialibus quibuscunque nullum in dictis molendinis impedimentum patiantur, nobis centum Marcas et viginti Brandenburgenſis argenti dederunt et plenarie perſolverunt, de quibus eosdem dimiſimus et in preſentibus dimittimus quitos et ſolutos, ſub harum teſtimonio literarum, noſtrorum ſigillorum munime ſignatarum. Hujus rei teſtes ſunt Sifridus de Plone, Hinricus de Suerin, Henningus de Boyke, milites, Reymarus de Vredeber et quam plures alii fide digni. Datum Stargard, Anno domini M°. CCCXXII in die undecim millium Virginum, per

manus noſtrorum Notariorum domini Joh. Lentyn, Canonici Eccleſie Stetinenſis, nec non Magiſtri Johannis de Bolentin, Plebani Eccleſie Demminenſis.

Aus dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 45. Buchholtz V, 38. Seckt I, Urk.-Anh. 175 No. 22.

LIV. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislav und Barnim vereignen zu dem in der Nicolaikirche zu Prenzlau neugeſtifteten Altare Hebungen aus Brüſſow, am 2. April 1323.

In nomine domini Amen. Quoniam ea que in tempore aguntur et ordinantur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in oblivionem, niſi ſcripture teſtimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo univerſi Chriſti fideles, ad quos pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Otto, Weertyzlaus et Barnym, dei gratia duces Stetinenſes, Caſſubye et Pomeranye ſincero affectantes deſiderio, vt cultus diuinus vberior et diffuſior habeatur, dedimus et per preſentes liberaliter donamus proprietatem et libertatem decem talentorum cum decem ſolidis Brandenburgenſis monete in manſis civitatis Burchſow, quolibet manſo in feſto beati Martini Epiſcopi et confeſſoris ſex ſolidos ſolvente, dilectis noſtris burgenſibus civitatis Premſzlaw Petro et iohanni, fratribus de clinkow dictis eorumque veris et legitimis heredibus ac ſucceſſoribus, ab Hinrico, milite de Stegelitz, eorum propriis ſumptibus racionabiliter comparatam, ad Altare dicte civitatis Premſzlaw cum conſenſu plebani expreſſo in Eccleſia S. Nycolai conſtructum ac in honorem beatiſſime Virginis ac matris Marie dedicatum perpetuis temporibus duraturis. Cuius Altaris preſentacionem ſeu ius pattro natus Petrus et Johannes, dicti Fratres de clinkow, ipſis uiuentibus pacifice poſſidebunt; ipſis vero deficientibus eorum veri filij, ſi ſuperſtites exſtiterint, ac eorum legitimi heredes, ſeu ſucceſſores propinquiores, uſque in ultimo ſuperſtite reſidente dictum jus Patronatus, ſine inquietatione, feliciter poſſidebunt, Preſcriptis vero omnibus de medio ſublatis duo conſules ſeniores in Ciuitate Premſlaw, actu ſedem conſulatus occupantes, vnanimiter et concorditer tanquam legitimi collatores dictum altare conferent cum vacabit. Collacio autem huiusmodi ab omnibus predictis debet fieri, a tempore vacacionis continuo intra quatuor dies in perſona ſacerdotis beneficium non habentis. Et ut premiſſa omnia incorrupta permaneant, hanc literam inde conſcriptam noſtrorum ſigillorum fecimus munimine roborari, preſentibus viris Henrico de Stegelitz, Henningo de Egſtede, Thiderico de Kerkow, Paridami Scolentin, Hinrico de Suerin, Militibus, ac Dominis Nycolao de Suanenbeke, Johanne Magiſtro Prepoſito in Demmin, ſacerdotibus. Data ſunt hec in Torglow, ſub annis domini M°. CCC°. XXIII°, ſabbato ante Dominicam, qua cantatur Quaſimodogeniti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LV. Biſchof Conrad von Camin genehmigt die Stiftung eines Altares in der Nicolaikirche zu Prenzlau, am 7. April 1323.

In nomine domini Amen. Conradus, dei gracia Caminenſis Eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentem literam viſuris et audituris, ſalutem in omnium Saluatore. Juſte donacionis affectui, ut ipſa iuſta donacio robur accipiat firmitatis, dignum eſt confirmacionis beneficio ſuffragari. Hinc eſt, quod dilecti nobis in Chriſto burgenſes ciuitatis Premſlaw petrus de clinkow et iohannes, fratres, pia moti deuocione ad culmen diuinum aucmentandum quoddam altare in eccleſia ſancti nycolai in ciuitate premslauia cum certis redditibus videlicet decem talentorum et decem ſolidorum brandenburgenſium denariorum in ciuitate bruſſow quolibet manſo in feſto beati martini ſex ſolidos ſoluente pro ſalute animarum ſuorum predeceſſorum et in remiſſionem ſuorum peccaminum conſtruxerunt. Qui burgenſes ſupradicti nobis humiliter ſupplicarunt ut conſtructionem et erectionem cum redditibus ſibi annexis confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Quorum precibus inclinati volentes nihilominus affectui gratanter ſuccurrere eorundem, attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iuſtum fuit et honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo racionis exigit, ut id per officii noſtri ſollicitudinem ad effectum debitum perducatur, prenominati altaris erectionem ſeu conſtructionem in predicta ciuitate premslaw ſecundum formam Privilegii dominorum ducum Stetinenſium Ottonis, Wertyslai et barnimi et conſenſu domini plebani in premslaw approbamus, eamque ſcilicet erectionem ac conſtructionem autoritate ordinaria in nomine patris, filii et Spiritus ſancti preſentibus confirmamus. Inhibentes ſub pena excommunicacionis ne quiſpiam huius altaris erectionem ſeu conſtructionem cum ſuis redditibus eidemque dotatis infringere aut prenotatam noſtram confirmacionem moleſtare aut perturbare auſu temerario audeat quoquomodo. In euidenciam omnium premiſſorum preſentem litteram dedimus ſigilli noſtri munimine communitam. Datum Golnöw, ſub annis domini M°. CCC°. XXIII°. feria quinta poſt dominicam, qua cantatur Quaſimodogeniti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LVI. Die von Schneitling verkaufen dem Rath zu Prenzlau eine Hebung aus dem Zolle daſelbſt, am 23. Juni 1323.

Ad noticiam omnium Chriſti fidelium nos Bartholomeus, Henningus et Chriſtoforus, Fratres, dicti de Snytlinge cupimus peruenire, quod honeſtis viris dominis Conſulibus Ciuitatis Prempzlaw vendidimus vnanimi conſenſu et manu coniuncta et reſignavimus et reſignabimus coram illo, qui de iure conferre debebit, tria Talenta Brandenburgenſia in theloneo Premzlaw ciuitatis, cum omni iure, quod habuimus ab inclyto Principe noſtro domino Woldemaro beate memorie, pro quadam ſumma pecunie, quam nobis integraliter perſoluerunt. In cuius

rei Teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum anno M°. CCC°. XXIII°. in Vigilia Joh. Baptiſte.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LVII. Markgraf Ludwig beſtätigt die Stadt Prenzlau, am 18. März 1324.

Ludewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, ſacri Imperii Archicamerarius, fidelibus ſuis et dilectis conſulibus atque univerſitati Burgenſium in Primslaw preſentibus et futuris gratiam ſuam et omne bonum. Ad hoc ſedulo noſter verſatur cogitatus, quomodo ſubditorum noſtrorum commoda, preſertim eorum ſubditorum, quos ingens extollit fidelitas, incremento continuo ampliemus. Moti ergo et inclinati evidenti ſinceritatis veſtre conſtancia univerſa veſtra atque Ciuitatis veſtre predicte Jura libertates, proprietates, Peſſeſſiones, Donationes, Gratias, approbatas Conſuetudines, quibus vos et Civitatem anteceſſores noſtri quodam Marchiones Brandenburgenſes clare memorie adornarunt, Inſuper Privilegia, literas et Inſtrumenta per ipſos noſtros anteceſſores vobis et Civitati ſuper dictis Juribus libertatibus, proprietatibus, poſſeſſionibus, donationibus, gratiis et Conſuetudinibus ſeu Contractibus aliis quibuscunque rationalibus indulta et Conceſſa approbamus, ratificamus preſentis pagine patrocinio ſolemniter confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtram infringere vel eam in aliquo temere impugnare. Quicunque vero hoc facere attemptaverit, inultus nullatenus pertranſibit. Teſtes vero dicte noſtre confirmationis, ratificationis ſeu approbationis ſunt: ſpectabilis Vir Dominus Bertoldus, Comes de Henneberg, nobilis vir Dominus Hinricus, Comes in Schwarzeborch, Wedego de Wolkow, Bertoldus de Buſt et Kokeſo, milites, Honorabilis vir Dominus Segerus, prepoſitus Stendalienſis, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Sweth per manum Hermanni de Luchowe, Anno domini Milleſimo CCC°. Viceſimo quarto, dominica qua Cantatur Oculi mei ſemper.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 50 u. 51.

LVIII. König Ludwigs Beſtätigung der Stadt Prenzlau, da ſelbige ſich ſeinem Sohne dem Markgrafen Ludwig unterworfen hat, am 26. Juni 1324.

Ludowicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Prudentibus viris Cuſulibus et univerſitati Ciuium in Primsla, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne bonum. Regia munificentia, licet omnibus eſſe conſueverit liberalis, illos tamen gratioſius amplectitur et favore

profequitur ampliori, quos fide deuotione et operis exhibitione ſibi fore conſpicit promptiores. Conſideratis igitur fidelitatis et devotionis veſtre meritis porrectis nobis veſtris petitionibus benevolentius annuentes, Noſtri ac illuſtris Ludowici, Marchionis Brandenburgenſis, primogeniti et Principis noſtri cariſſimi nomine, cui vos devote et humiliter ſubdidiſtis, omnia Privilegia, Libertates, Jura et ſcripta a Marchione Woldemaro et Prioribus Marchionibus Brandenburgenſibus vobis tradita et conceſſa ſicut ea rationabiliter ſunt tradita et conceſſa approbamus, confirmamus et preſentibus litteris innovamus, Quas ſuper eo conſcribi et ſigillo Majeſtatis noſtre juſſimus communiri. Datum Franchenfurt VI. kalendas Julii, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto, Regni vero noſtri Anno Decimo.

Nach einem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 49 u. 50.

LIX. König Ludwig geſtattet der Stadt Prenzlau, die von dem Herzoge Wartislav erkauften Mühlen und ſonſtigen landesherrlichen Hebungsrechte im Beſitz zu behalten, vorbehaltlich des Auslöſungsrechtes, am 26. Juni 1324.

Ludowicus, dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus, Prudentibus viris Conſulibus et vniuerſitati Ciuium in Prinzla, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne bonum. Ex motu beneuolencie ſpecialis, quo circa vos afficimur propter fidei et deuotionis veſtre meritum, Unde nobis et Illuſtri Ludowico, Marchioni Brandemburgenſi, filio et principi noſtro kariſſimo, grati et placidi extitiſtis, vobis concedimus gratioſe, vt redditus, quadraginta ſex fruſtorum, qui vulgo dicuntur Stücke, in moneta, et decem cum dimidio fruſtorum in Thelonio prefate Ciuitatis prinzla, necnon molendinum in noua Ciuitate ibidem cum octo fruſtorum emptos, comparatos per vos ab Illuſtri Wartizlao Duce Stetinenſi, tenere, percipere et poſſidere valeatis, noſtro, ac predicti filii nomine atque vice, et ipſos vobis tenendos, percipiendos et poſſidendos, preſentis ſcripti patrocinio confirmamus, Ita ſane quod nos et predictus filius noſter habeamus liberam facultatem premiſſa et eorum quodlibet a vobis infra hinc et Feſtum beati Michaelis venturum proxime, et abinde per continuum triennium redimendi, et reemendi pro ſumma pecunie per vos in eorundem reddituum comparationem et emptionem ad dictum Ducem tradita et inpenſa, Alioquin, prefatis tribus annis elapſis, ſi huiuſmodi ſolutio vel redemptio per nos vel per ipſum filium noſtrum facta non fuerit, extunc preſcripta omnia vobis in hereditatem perpetuam remanebunt. In cuius rei Teſtimonium preſentes vobis dedimus et ſigillo maieſtatis noſtre iuſſimus cummuniri. Datum in Franchenfurt, VI. Kalend. Iuly, anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimoquarto, Regni vero noſtri Anno decimo.

Seckt's Geſch. I, Urk.-Anh. S. 176 No. 24. und aus mehreren Copialbüchern.

LX. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 12. October 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus ſuis et dilectis Conſulibus atque univerſis Burgenſibus Civitatis Primslaw preſentibus et futuris ſuam gratiam et ad perhennem memoriam ſubſcriptorum. Ad hoc veſtre fidelitatis indefeſſa ac pura conſtantia noſtrum provocat animum, ut ea, que veſtri ſtatus commodum atque utilitatem conſpiciunt, ſedulo, intrepide ſinceris ac promptis voluntatibus cum Executione operis efficacis efficaciter proſequamur. Rationabilibus ergo veſtris requiſitionibus atque inſtantiis ſupplicibus inclinati, univerſa veſtra inſuper civitatis veſtre predicte jura, libertates, poſſeſſiones, proprietates, donationes, Gratias approbatas, Conſuetudines atque immunitates, quibus vos et Civitas decorati dinoſcimini et muniti, inſuper Priuilegia veſtra et inſtrumenta vobis ac civitati per noſtros predeceſſores Marchiones quondam Brandenburgenſes ſuper premiſſis juribus, poſſeſſionibus, proprietatibus, Donationibus atque immunitatibus ſeu ſuper quibuscunque Contractibus indulta et conceſſa, prout ea vobis rationabiliter conceſſa ſunt, approbamus et ratificamus nec non preſentis pagine patrocinio confirmamus. Hujus noſtre approbationis, ratihabitionis atque Confirmationis teſtes ad hoc ſpecialiter rogati ſunt ſpectabilis Vir Dominus Bartholdus de Henneberg, Nobilis Vir Dominus Hinricus de Schwartzborch, Comites, amici noſtri et Conſanguinei, Honorabilis Vir Segerus Prepoſitus Stendalienſis, Tidericus de Kerckow et Bartholdus de Buſt, milites noſtri fideles, cum aliis fide dignis. In premiſſorum omnium et ſingulorum firmitatem perpetuam noſtro Sigillo muniri juſſimus preſens ſcriptum. Nulli ergo omnino hominum fas ſit hanc paginam noſtram infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare preſumſerit, is noſtra noverit gratia ſe excluſum. Datum Konigsberg per manum Hermanni de Luchow, Anno Domini MCCCXXIIII, ſexta feria proxima ante diem beatorum Galli et Lulli.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31. Blatt 55—57.

LXI. Markgraf Ludwigs Privilegium über die Holzungs-Gerechtigkeit in der Werbellinſchen Heide und alle Rechte der Stadt Prenzlau, vom Jahre 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Dux Bawarie, Romani imperii Archicamerarius, tenore preſentium recognoſcimus proteſtantes, quod obedientiam, diligentiam ſervitiumque ſpeciale a fidelibus noſtris Conſulibus et univerſis Burgenſibus noſtre Civitatis Primpflaw Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Ludewico Romanorum imperatori, Patri noſtro nec non nobis impenſas, nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus impendendas, confortationem auxilium et Confirmationem predicte Civitatis noſtre penſantes, defectum, injuriam et deſolationem noſtre Civitati Primslaw advenire timentes, patris noſtri ex deliberato ipſius ac noſtrorum Conſiliatorum fidelium conſilio, predictam noſtram Civitatem gratioſe intuebamur, noſtris fidelibus, dicte

Civitatis Primpslaw Conſulibus et univerſis illius civitatis Burgenſibus tam preſentibus quam futuris damus et eis perpetuis temporibus appropriamus libertates cum appropriationibus infra ſcriptis infragabiliter obſervandas, videlicet quod poſſunt ex noſtra merica, que teutonice dicitur die Werbelinſche Heyde ligna ad ſingula noſtre predicte civitatis edifica Secare, deportare et in uſum convertere quoties indigent et ipſis videbitur expedire, noſtro, noſtrorum heredum, Succeſſorum et omnium officialium nonnullo ſine impedimento et volumus dictos noſtros Conſules et Burgenſes ab omnibus redditibus pro his lignis pertinentibus nobis, noſtris heredibus et Succeſſoribus et Officialibus integraliter quitos habere et ſolutos. Item eisdem donando appropriamus unum liberum tranſitum aque ſupra Ukeram inter dictam Civitatem noſtram Primpslaw et Paſewalk. Item fidedelibus noſtris et Civitati prenarrate tribuimus appropriatum hoc, quod nos, noſtri heredes, Succeſſores noſtri, Officiales, neque alii quicunque in noſtra terra Ukera novum Caſtrum nec aliquid, quod teutonice Berchfrede dicitur, edificare debent in diſtantia trium miliarum a noſtra Ciuitate ſepedicta Primpslaw, niſi cum noſtrorum conſulum dicte Civitatis noſtre fecerint beneplacito et voluntate. Si autem quis contrarium facere preſumpſerit in dicta terra noſtra Ukare ex tunc dictis noſtris Conſulibus et univerſis dicte Civitatis noſtre Burgenſibus plenam noſtram ipſius attribuimus voluntatem, quatenus debent et poſſunt ex noſtra appropriatione illa ligna illorum edificiorum et ſingula cum quibus edificatur frangere, Comburere, deportare et cum his facere, quod eorum libet voluntati. Inſuper ſi iam talia edificia forent edificata, illa poſſunt cum omnibus ipſorum munimentis funditus deſtruere et penitus annihilare et nihil contra nos, noſtros heredes aut ſucceſſores, officiales et contra edificantes nec contra quemcunque excedere debent nullo modo. Cum hoc volumus et promittimus pro nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus predictos noſtros Conſules et Burgenſes civitatis nominate in illa gratia obtinere eosque totis noſtris viribus defenſare. Et ſi noſmet in Marchia non eſſe contigerit, tunc noſtri Capitanei ſive officiales Ceteris noſtris cum Vaſallis et Civitatibus noſtre civitatis prefate Conſulibus et Burgenſibus fideliter debent adjuvare et ſerioſe cooperare, ut illa edificia nova vel Caſtra totaliter deſolentur. Ceterum dilectis fidelibus noſtris Primslavienſibus Ukaram appropriamus cum influxu. Item appropriatum eis donavimus unum liberum tranſitum Pramorum et Vazelorum intra Primpslaw et Stegelitze, noſtro et noſtrorum omnium fidelium Vaſallorum et Officialium ſine impedimento. Item eisdem Conſulibus ac univerſitati judicem feudalem appropriamus, qui noſtrorum Civium Civitatis Primslaw concivis fore debet et cum eis in dicta noſtra civitate commorari. Eidem judici omnes Cauſas nec non ſingulas diſſenſiones de Alto et de Baſſo in dicta Civitate et metis ejus cum jure ſeculari appropriamus diſcutiendas, unde nobis, noſtris heredibus aut ſucceſſoribus rationem faciet, cum juſtitie complemento. Volumus etiam dictis noſtris Conſulibus et Burgenſibus appropriatum habere, quod nullibi preterquam in metis dicte civitatis juri ſubeſſe debent, niſi de operibus manufactis. Item conſulibus et Burgenſibus predicte civitatis appropriamus jus Magdeburgenſe, in quo dicta noſtra civitas incepta eſt et conſtructa et frui debet eodem iure et diſſolvi. Item conſules et burgenſes nominate Civitatis in omnibus Marchie civitatibus preterquam de bonis ſalſatis ab omni theolonio liberi eſſe debent et quiti. Inſuper eis appropriamus omnes libertates ſupra ſcriptas et appropriationes quascunque ab aliis noſtris predeceſſoribus principibus eis datas et Conceſſas, a nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus inviolabiliter obſervari, inhibentes omnibus noſtram, noſtrorum heredum et ſucceſſorum voluntatem facere volentibus, quod noſtros conſules et burgenſes noſtre Civitatis Primslaw in nullo preſcriptorum articulorum impediant nec oppoſitionem facere preſumant. Quod ſi quis de noſtris vel aliis quibuscunque agere attentaverit, ille in noſtram indignationem fore ſe agnoſcat indubitanter,

quousque noſtris predictis Conſulibus predicte civitatis ſatisfaciet cum effectu et volumus nos noſtri heredes et ſucceſſores cum omnibus noſtrum favorem habere volentibus circa prefatam noſtram civitatem manere et eam in Singulis preſcriptis articulis et in quolibet illorum diviſim, tanquam iniuriam proprie perſone noſtre factam vindicare et etiam dictam communitatem in omni ſua iuſtitia obſervare, prout omnes articuli ſupra ſcripti et quilibet illorum ſeorſim a nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus, nec non ab omnibus favorem noſtrum habere deſiderantibus integre compleantur et inviolabiliter obſerventur. Ideo Sigillum noſtrum cum Sigillo Gunteri et Ulrici, nobilium Comitum de Lindow, favorabiliter preſentibus ſunt appenſa, pro quibus patri noſtro, nec non nobis, cum prompta ſumma pecunie videlicet cum XXI marcis argenti Brandenburgenſis ponderis et aliis Servitiis ſpecialibus integre ſatisfecerunt. Datum Spandow, Anno domini M°. CCC°. XXIV°., preſentibus nobilibus Guntero et Ulrico, Comitibus de Lindow, Alberto de Klepetz, Heinrico de Stegelitze, Hermanno de Redern et Hermanno de Wolcowe, militibus, nec non multis aliis noſtris fidelibus.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 58–62. Buchholtz V. 44.

LXII. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Kloſter der Minoriten in Prenzlau ſeine Grundſtücke, i. J. 1324.

Lodewicus, dei gracia brandeburgenſis et luſacie marchio, palatinus reni, Dux Bauarie, ſacri imperii archicamerarius, fratribus minorum prinflauie conſiſtentibus graciam ſuam et omne bonum. Omnia priuilegia et ſancita tam ea, que ad veſtri monaſterij aream, que ſe extendit a monaſterij platheа uſque ad ciuitatis murum incluſiue per vos, veſtris expenſis erectum, quam etiam ad foſſatum pro cameris priuatis ibidem veſtro pro vſu libere quocunque vel qualitercunque conſtruendis et ortum uſque ad paludem ſecundum longitudinem clauſtralis aree, vobis ab olym pie indulta, conceſſa et donata a noſtris anteceſſoribus Marchionibus Brandenburgenſibus, Renouamus, innouamus et innouata nunciamus per preſentes eadem libertate et iure dotantes, quo a dictis noſtris anteceſſoribus fratres antedicti virtute priuilegiorum ipſis conceſſorum dotati exiſtunt ab olym ut preſertim eciam vobis nunc plene concedentes iuxta formam litterarum eorundem, quas vobis omni ex parte et irrefragabiliter in ſalutis noſtre ſalubre augmentum ſeruare volumus illeſas, addicientes nihilominus, ut ſemitam quandam cum propugnaculo racione periculorum et gwerrarum crebreſcencium et ingruencium ob noſtre ciuitatis tuicionem ampliorem ciuibus indulgeatis, reſiduum vero ſpacij veſtro cedat vſui ſecundum gracias ſuperius conceſſas. Verum ne videamur anteceſſorum noſtrorum priuilegia infregiſſe murum per vos erectum ciuitas vlterius edificet vobis in recompenſam. Datum prenflauie, Anno domini M°. CCC°. XXIIII°., noſtro ſub appendente ſigillo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXIII. Markgraf Ludwig genehmigt die von seinem Vater, dem Römischen Könige, der Stadt Prenzlau gewährten Zugeständnisse, am 19. April 1325.

Nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, comes palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, Recognoſcimus tenore preſentium proteſtantes, qvod literas ſeu privilegia fidelibus noſtris conſulibus atque Burgenſibus de Primslavia per ſereniſſimum principem dominum ac genitorem noſtrum cariſſimum, dominum Ludowicum, Romanorum Regem, ſuper qvibuscunque cauſis ſeu articulis data et conceſſa, uolumus in toto et in parte inviolabiliter rata et placida obſeruare et ipſis in nullo penitus contraire. In cuius rei teſtimonium noſtro ſigillo muniri fecimus preſens ſcriptum, preſentibus nobili viro domino Gunthero, comite de Lindow, Thiderico de Kerckow, Hermanno de Reder, militibus, Segero, prepoſito Stendalienſi, et Henningo de Blanckenborg, cum aliis fide dignis. Datum Primslauie, Anno domini M°. CCC°. XX°. quinto, ſexta feria ante dominicam Miſericordia domini.

Aus einem Copialbuche.

LXIV. Markgraf Ludwig verſpricht der Stadt Prenzlau, für die Nichtigkeits-Erklärung ihrer den Herzögen von Pommern ausgeſtellten Verſchreibungen zu ſorgen und ſie wegen des gegen Mecklenburg geleiſteten Widerſtandes ſchadlos zu halten, am 19. April 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes palatinus Reni, Dux bawarie, ſacri Imperij Archicamerarius, fatemur et recognoſcimus literas per preſentes, quod cum fidelibus noſtris Burgenſibus de Prinzlauia propter fidelitatis homagium nobiscum beneuolencia exhibitum conuenimus et placitauimus in hunc modum. Inprimis enim quod debeamus, ſi poterimus, literas per eoſdem noſtros burgenſes datas dominis ducibus Stetinenſibus disbrigare, in Amicicia vel in iure. Quod ſi nos hoc facere non poterimus, tunc id facere debebit ſereniſſimus princeps dominus ac genitor noſter ſereniſſimus dominus Lodovicus, dei gracia Romanorum Rex, ſecundum decretum fidelium Imperij. Et ad premiſſorum certitudinem maiorem, procurabimus infra hinc et feſtum penthecoſtes proximum, quod Conſules ciuitatum noſtrarum Berlin, Spandow et Struceberg, vel loco Struceberg, bernowe promittent pro nobis, quod promiſſa debeamus firmiter et fideliter adimplere. Actum quoque eſt, quod octingentas marcas argenti, debeamus refundere talibus noſtris burgenſibus de Prentzlaw, qui eas expoſuerunt pro terrarum tuicione et vt ſubterfugerent homagium, quod dominus Magnopolenſis ſibi fieri poſtulabat, et talem ſummam debebimus talibus creditoribus cum bonis per duces ſtetinenſes et dominum magnopolenſem in noſtro dominio alienatis ſeu per modum alium ipſis placidum et racionabilem reſarcire. Inſuper debita vniuerſa, que Illuſtris quondam Woldemarus, Marchio Brandenburgenſis, ipſis noſtris Burgenſibus et ciuitati obligatus permanſit, queque racionabiliter demonſtrare poterint, volumus eisdem per omnia refundere expedite. Demum ſuper dampnis, que predicta noſtra ciuitas perpeſſa eſt,

agere volumus gracioſe et prout merito noſtram reuerenciam condecet, preſertim cum noſtre gracie et diſpoſitioni ſe commiſerint, in hac parte. In premiſſorum omnium et ſingulorum euidencia noſtrum ſigillum, vna cum ſigillo nobilis viri domini Guntheri, comitis de Lyndow, qui et pro nobis in premiſſis promiſit, preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum Prenzlaw, Anno domini M°. CCC°. XX°. quinto, feria VI ante miſericordias domini. Et nos Guntherus, dei gracia comes de Lyndow, predictus fatemur in hiis ſcriptis, quod vna cum Illuſtri principe, domino noſtro ſereniſſimo, domino Lodwico, Marchione Brandenburgenſi predicto, et pro ipſo, premiſſa omnia et ſingula promiſimus et ad ipſius ſpecialem inſtanciam noſtrum ſigillum de noſtra certa ſciencia preſentibus eſt appenſum. Datum loco, Anno et die premiſſis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXV. Markgraf Ludwig vereignet einem in der Marienkirche gegründeten Altar die ihm beigelegte Ausſtattung, am 19. Mai 1325.

In nomine domini Amen. Lodewicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bawarie, ſacri Imperij Archicamerarius, Omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem et proſperis ſucceſſibus habundare. Cum circa quoſlibet actus temporales prouidencia magiſtra et rectrix ſoleat anteponi, quomodo ſtabiliter perhennentur vt poſterorum mèmorie transmittentur, circa ea tamen, que diuino deputantur cultui tanto cautius agendum eſt, quarto in ipſis domino maior fructus et honor poterit exoriri. Inde igitur eſt, quod cum diſcreti viri Conradus de Luckow bone memorie, Thidericus, dictus ffiol, necnon Hinricus, dictus Creueſe, ſpiritu ducti ex alto altare quoddam in eccleſia parochiali Primzlauie in honorem beate Marie virginis conſecratum, fundarint ipſumque decem talentis annuatim de moneta noſtra Primzlauie, vicario eiusdem altaris terminis conſuetis exſoluendis, dotarint perpetue dotis dono, Nos dictam donationem Deo acceptabilem reputantes ratam iudicamus laudabilem et acceptam, Et vt eiusdem ſacre rei participes fieri mereamur dedimus et ſollempniter damus proprietatem omnimodam et plenam ſuper dictis decem talentis denar. Brandenburg. dicto altari perpetuis temporibus permanendam, Renunciantes debite per preſentes predicte proprietati et iuri, quod nobis uel noſtris ſucceſſoribus poſſit competere ex cauſa quacumque, volentes dicta decem talenta adeo libera et abſoluta dicto altari manere, quod in eis ſecularis poteſtas nichil iuris vel vſus ſibi debeat de cetero vendicare. Et vt premiſſa omnia robur accipiant perpetue firmitatis, Hanc paginam inde confici et ſigilli noſtri appenſione mandauimus firmiter communiri valituram temporibus ſempiternis. Nulli igitur omnino hominum liceat eam infringere vel ſibi in aliquo temere contraire. Quicumque vero hec facere attemptauerit maledictionem eternam indubitanter ſe nouerit incurſurum. Preſentes teſtes infra ſcripti ad hoc vocati et rogati fuerunt nobiles viri domini G . . . . et Vlricus, comites de Lindow, Honorabilis vir dominus Segerus, prepoſitus Stendalienſis, H . . . . de Redere, noſter marſcalcus, Johannes de vroiden, buſſo de milowe, bertoldus de buzt, H . . . balch et Gunther de ſandowe, milites, cum alijs fide dignis. Datum in Antiqua Reppin,

per manum H . . . de Luchowe, Anno domini Milleſimo CCC°. XX°. quinto, dominica proxima poſt aſcenſionem eiuſdem, in noſtra preſentia.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXVI. Markgraf Ludwig genehmigt die von Prenzlau und Paſewalk auf des Königs Geheiß ſeiner Gemahlin Margarethe geleiſtete Huldigung, am 11. April 1326.

Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bawarie, ſacri Imperij Archicamerarius, Recognoſcimus literas per preſentes, qvod fideles noſtri conſules de Primzlaw et de poſwalk de noſtro expreſſo mandato et ſereniſſimi principis domini et patris noſtri cariſſimi domini Lodewici, Romanorum Regis, precepto per dominum Segerum, prepoſitum Stendalienſem, de ore ipſius patris noſtri nunciato, homagium fecerint legitimum ſacramento fidelitatis ſuper hoc preſtito Illuſtri domine Margarete, noſtri thori conſorti ſereniſſime, iure iuſti dotalicij, prout in noſtris literis ipſi danorum Regi datis lucidius continetur. In cuius Rei teſtimonium noſtrum ſigillum cum dicti domini Segeri ſigillo preſentibus eſt appenſum. Datum Primzlaw, Anno domini M°. CCC°. XXVI°., feria VI ante dominicam Jubilate.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals. Vgl. Seckt's Geſch., Urk.-Anh. S. 178, No. 26.

LXVII. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Prenzlau einige früher von der Familie von Kalene beſeſſene Mühlpächte, am 11. April 1326.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, ſacri Imperij Archicamerarius, Recognoſcimus literas per preſentes, quod fidelibus noſtris et dilectis Conſulibus atque vniuerſitati Burgenſium noſtrorum civitatis Primslaw dedimus et preſentibus donatione ſolenni donamus proprietatem plenam et omnimodam ſuper decem et ſeptem choris ſiliginis ordej et braſej in molendino nove civitatis Primslaw, quos a quodam dicto Colene rationabiliter compararunt, poſſidendos perpetuo ab omni onere liberos et exemptos, renunciantes dictis choris et Juri, ſi quod in futurum ad eos nobis vel noſtris ſucceſſoribus competere potuiſſet et volentes dictos choros adeo liberos dictis noſtris Burgenſibus et ciuitati manere, quod nihil juris nos vel noſtri ſucceſſores debeamus nobis in eisdem quomodolibet vendicare. Et vt hec noſtra donatio ſemper maneat et perſiſtat ab omni revocatione immunis, preſentem paginam inde confici et ſigilli noſtri appenſione mandauimus fideliter communiri. Teſtes ſunt preſentes nobiles viri Domini Guntherus et Ulricus, Comites de Lin-

daw, vir honorandus dominus Segerus, Prepositus Stendalienſis, Hinricus de Stegelitz, Dobeslaus de Eckſtede, Albertus de Klepecz et Henricus de Wolkowe, milites, cum aliis fide dignis. Datum Premslaw, per manum Hermanni de Luchowe, Anno domini M°. CCC°. viceſimo ſexto, feria ſexta poſt dominicam Miſericordia domini.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXVIII. Markgraf Ludwig vereignet einem von Johann von Rube in der Marienkirche geſtifteten Altar die ihm beigelegte Ausſtattung, am 13. April 1326.

In nomini domini Amen. Ludowicus, dei gracia brandeburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie, ſacri Imperii Archicamerarius, omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem et ſucceſſibus felicibus habundare. Cum circa qvecunqve negotia temporalia ſoleat providencia adhiberi, qvatenus ſemper ab omni reuocacione et perturbacione ſecura permaneant atque tuta: Circa ea tamen, qve diuino deputantur cultui, tanto caucius agendum eſt, qvanto in ipſis felicior exſpectatur effectus. Inde igitur eſt, qvod diſcretus vir Johannes, dictus Rube, Burgenſis noſter de Prentzlauia, ſpiritu ductus ex alto pro remedio animarum ſue et progenitorum ſuorum ac ſucceſſorum Altare qvoddam in eccleſia ſancte Marie dicte ciuitatis de conſenſu expreſſo Dyoceſani et plebani fundauerit conſecratum ad honorem Sanctorum Johannis Ewangeliſte et Jacobi Apoſtolorum ipſumque duodecim talentis pro vſibus Rectoris ejusdem et vno talento pro oblatis, vino et luminaribus comparandis et miniſtri altaris eiusdem precio in moneta noſtra Prenzlaw, perpetuo debitis annorum terminis percipiendis dotarit; Nos tanti pii operis cupientes fieri participes, dictam donacionem approbamus et proprietatem plenam et omnimodam Super dictis tredecim talentis, duximus fauorabiliter et liberaliter erogandam, Ita quod nihil iuris nobis vel noſtris ſucceſſoribus reſeruamus ad eadem talenta, Immo renunciamus per preſentes omni iuri, qvod nobis poſſet competere in eisdem, volentes ea dicto altari adeo libera permanere, quod in ipſis ſecularis poteſtas nullum ſibi locum vel uſum debeat vllo unquam tempore vendicare. Actumque eſt et conuentum, quod jus preſentandi ad ipſum Altare reſideat in predicto Johanne et Ottone, fratribus dictis Rube, et in eorum maſculini ſexus legitimis heredibus et eis deficientibus ex tunc reſideat tale ius preſentandi in Rodolpho et Franckone filiis quondam Junioris Hermanni de Angermundis et in eorum ſimiliter maſculini ſexus legitimis heredibus et ipſis deficientibus dictum ius preſentandi ad Conſules Prentzlauienſes inmediacius deuoluetur. Ad dictum altare, quoque nullus preſentandus eſt niſi ſacerdos vel promouendus in ſacerdotem a preſentacionis tempore infra annum. In premiſſorum omnium perpetuum teſtimonium noſtrum ſigillum de noſtra certa ſciencia preſentibus eſt appenſum. Teſtes fuerunt preſentes nobiles viri Dominus Ghunterus et Vlricus, Comites de Lindowe, Dominus Segherus, Prepoſitus Stendalienſis, Thydericus de Kerkowe, Hinricus de Stegheliz, Albertus de Klepz, Dubzlaus de Eycſtede et Hermannus de Volcowe, milites, cum aliis fide dingnis. Datum Prentz-

law, per manus Hermanni de Luchowe, Anno Domini M°. CCC°. XXVI°., Dominica Jubilate.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXIX. Dietrich von Kerkow versöhnt sich mit der Stadt Prenzlau, am 14. Januar 1327.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Theodericus de Kerckow, Miles, Petrus et Georgius, fratres de Kerckow, famuli, predicti Theodorici filii, Henricus de Stegelitz, Dubbezlaus de Eyckstede, Henricus de Sydow, milites, Henninghus Blanckenburgh, Borckow de Kerckow, Henninghus de Sparenwalde, Henricus de Benitz, famuli, Coram vniuersis presentia percepturis, visuris seu audituris recognoscimus publice protestantes, qvod manu coniuncta fideque prestita siue data promisimus et in presentibus promittimus honestis viris, Dominis Consulibus Ciuitatis Printzlavie pro discordia et controuersia, qve fuerat inter nos, videlicet Theodoricum de Kerckow ex vna parte et predicte Ciuitatis Consules Printzlawe et eorum Ciues, videlicet Conradum de Bismarck et Mensonem prefectum parte ex altera, ex captivitate, qva nos Theodoricus de Kerckow fuimus captivati ex parte Gerhardi de Snackenborgh, famuli, a Consulibus prelibatis, ita qvod omnis predictus rancor dissentionis est finitus et terminatus amicabiliterque unitus, taliter qvod nullum damnum, cum omnibus causa nostri facere et permittere volentibus, debemus repetere vel inferre vindictum prefate ciuitati et eorum ciuibus pro causa huiusmodi aliqualem, Predicte vero Ciuitatis Consulibus dabimus quinquaginta marcas Argenti pro Damno, qvod sumpserunt et expensis, quas fecerunt ex parte Gherhardi Snakenborgh memorati presertim. Si quidcunque in predicta sona et unione a nobis et ab his, qui causa nostri facere et dimittere desiderant infringeretur, ex tunc infra quatuor septimanas, monitione premissa intrabimus dictam ciuitatem Printzlaw, ibique obstagium faciemus, non exeuntes, donec tale damnum qualicunque modo illatum in dicta compositione sit reformatum, compositum in iure aut amicitia integrum et ex toto. In cuius rei testimonium et ne a nobis et a nostris successoribus predicta unio, compositio, ordinatio infringatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Prinztlaw, Dominica feria IIII post Epiphaniam Domini, sub Annis Domini Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, in euidentiam pleniorem.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXX. Landgraf Friedrich von Thüringen verspricht denen von Prenzlau, für den Fall, daß sie nach dem Tode des Markgrafen Ludwig an ihn kommen, sie bei ihren Freiheiten zu lassen, am 15. Juli 1327.

Wir fridrich, von Gots gnaden Landgraue zue duringen, Maregreue zue Misne vnd in deme Osterlande vnd Herre in deme Lande zue Plisne, bekennen ofenlich an disem bryfe, Gesche, datz die Stad vnd daz land zue Premzlawe an vns geuiele von Tote vnsers Swagers Maregrauen Ludewiges von Brandenburch, als Sie vns gelobt vnd gesworen haben, daz wir dieselbe stad, daz land vnd die Lute lazen schulen bi allem rechte, bi aller vriheit vnd bie aller guter gewonheit, di sie gehabd haben bie den alden Maregrauen von Brandenburch vnd bie Maregraue Ludewigen, vnseme Swager deme vorgnanten, die sie mit bryfen bowisen muegen. Zue eym orkonde haben wir in disen bryf lazen geben, beuestet mit vnseme insegele. Dabie gewest sin vnse Herre Bischof Withige von Misne, vnse Ome graue Gerard von Hennenberg, Bosso von Mansueld, Gunther von Keuernberg, die Greuen, Heinrich, Vogt von Plawe, der Erik gnand ist, vnd andere vromer Lute gnok. Diz ist geschen vnd dere brif ist gegeben nach Gotis geburd Tusend iar Dryhondert iar in dem Syben vnd tzuentzigistem iare, an der neisten Mittewochen nach sente Margareten tage.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals. Abdruck bei Buchholtz, Geschichte V., Urk.-Anh. S. 67, mit der Jahreszahl 1347.

LXXI. Der Rath der Stadt Strasburg verkauft dem Peter Klinkow Hebungen zur Ausstattung eines Altars in der Nikolaikirche zu Prenzlau, am 2. Dezember 1327.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem, nisi scripture testimonio recipiant firmamentum, Nouerint ergo vniuersi Christi fideles, ad quos presens peruenerit scriptum et per presentes publice protestamur. Quod nos consules ciuitatis Straceburch cum consilio ciuium vniuersorum vendidimus petro de clinkow ciui in prinzlau, Decem talenta Brandenburgensis denariorum, quos racionabiliter et rite persoluet, pro centum marcis argenti, De quibus tenemur dare annuatim quinque talenta in festo Beatj Nicolai confessoris et Episcopi, Et quinque talenta octo dies post festum beate Walburge virginis. De quibus talentis quilibet sacerdos sublaturus dabit prouisoribus sue ecclesie quatuor solidos, ad altare in ciuitate prenzlav, cum consensu plebani in Ecclesia Sancti Nicolai constructum, perpetuis temporibus duraturum, cuius altaris presentationem petrus et Johannes, fratres dicti de Clinkow seu ius patronatus ipsis viuentibus optinebunt. Ipsis autem per diuinam dispensacionem deficientibus, Eorum veri filij si superstites extiterint, ac consequenter Eorum legitimi heredes, dictum iuspatronatus sine inquietacione possidebunt. Prescriptis autem omnibus de medio sublatis, Domini Consules seniores in ciuitate prenzlau, actu sedem consulatus occupantes, vnanimiter et concordi-

ter, tamquam legitimj collatores dictum altare conferent cum vacabit, Et in perſonam ſacerdotis beneficium non habentis. Hec autem acta ſunt de communi conſenſu predicte ciuitatis Sraceburch, jta quod nullus valeat aliquibus temporibus inmutare, Preſentem paginam jnde confectam ſigilli noſtrj appenſione fecimus communirj. Data ſunt hec Straceburgh, ſub Anno domini M°. CCC°. XXVII°., feria quarta proxima ante feſtum Beati Nicolai epiſcopi.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXII. Bürgſchaft des Schulzen zu Woldeck und Anderer in einer Streitſache Johann's Woldeck mit der Stadt Prenzlau, vom 15. September 1328.

Ad perpetuam rei memoriam nos Suederus, Prefectus in Woldegh, Henricus Parſenow, famulus, Johannes Poſslaw, ciuis predicte ciuitatis Woldegh, Otto Suederj, ciuis in Brandenburch, coram vniuerſis Chriſti fidelibus tenore preſencium publice profitemur, Quod in ſolidum, ſiue manu coniuncta, fideque data promiſimus et preſentibus promittimus honeſtis viris, conſulibus ciuitatis Primzlawe pro Johanne Woldegh, filio Wilhelmi de Woldegh, ciue eorum et pro omni controuerſia et discordia, quam dicti conſules et prefatus Johannes Woldegh, inter ſe diſcorditer habuerunt, pro quibus detinuerunt eundem: ita quod dictus Johannes Woldegh per ſe ſeu per alios contra predictos conſules, ciuitatem eorum et ciues non veniet, nec venire procurabit ſuper dicta diſſencione et Briga, quomodolibet in futurum. Quod ſi ſecus factum fuerit et contrarium in premiſſis, Id nos retractabimus et reſtaurum digne recompenſacionis et emende faciemus conſulibus memoratis, Ipſos ſiquidem conſules predictos ceſſantibus excepcionibus reddemus et excipiemus liberos et indempnes ab omni impedimento periculo et dampno, que eis et eorum ciuibus ſuper hiis poſſint futuris temporibus ſuboriri. In cuius rei teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum Printzlaw prelibata, Anno domini M°. CCC°. XXVIII°., in craſtino Inuentionis ſancte Crucis Domini Jeſu Chriſti.

Aus einem Copialbuche.

LXXIII. Der Rath zu Prenzlau beſtätigt einen Kaufcontract über Hebungen in Blingow, am 28. April 1329.

Nos Conſules Civitatis Primslaw recognoſcimus ac proteſtamur in his ſcriptis, quod menſo et Cunradus, fratres, dicti de Grunow, nobis Conſulibus, et Bechardo, dicto vredeland, noſtro concivi, promiſerunt ex parte filiorum Johannis Wymann et Henningi et

Betekini Menſonis, quinque fruſta redituum ex precaria in villa Blingow cum omni jure pheodali, ſicut pater dictorum trium pacifice poſſidebat, ante Marchionem debeant ante dicto Bechardo et ſuis veris heredibus ab hijs libere poſſidenda et quanto citius Marchionem habere poterunt reſignare, tali conditione interpoſita, ſi predicti tres predicta bona a predicto Bechardo in ſpacio trium annorum ſcilicet a feſto Martini proxime nunc futuro vſque ad feſtum Martini in tertio anno pro viginti octo marcis Brandenburgenſis argenti redimere poterint, Prefatus Bechardus dictis pueris omni protractione poſtpoſita literam et poſſeſſionem ut iſti recipient debeat preſentare. Inſuper Menſo et Conradus et otto, fratres, dicti de Grunow, nobis Conſulibus et filiis Johannis Wymann promiſerunt, quando filii Johannis Wymann poteſtatem in dictis bonis reſignaverint coram Marchione, tunc ipſi de Grunow predictis filiis Johannis Wymann bona ſua in villa Grunow ſicut ipſi poſſidebunt cum omni libertate reſignabunt. Item Menſo et Conradus, fratres de Grunow, nobis Conſulibus et Bechardo Vredelandt decem marcas Brandenburgenſis argenti promiſerunt ad feſtum nativitatis Criſti proximum erogare. Si non fecerint omne periculum a ſe promiſerunt poſt feſtum eſſe reponendum. Item Henningus et Bedekinus et Menſo, fratres, filii Johannis Wymann, coram Conſulibus nobis fratribus de Grunow de promiſſo conſulibus a nobis facto, ſi aliquod periculum ex illo receperimus, ipſi nobis reſtaurare promiſerunt. Item dictus Bechardus in bonis dictis filiorum Johannis Wymann nichilum modo obtinebit diſponendum et ſi aliquem iſtorum fratrum de Grunow, qui nobis Conſulibus et Bechardo, dicto Vredelandt, pro filijs Wymann promiſerunt, viam vniuerſe carnis contingerit ingredi, quod abſit, alter vero manens quidquid tractatum eſt in hac litera firme conſumabit, Ideo appenſione noſtri ſigilli idem fecimus roborari. Datum anno domini M°. CCC°. viceſimo nono, in feria ſexta in Paſca.

Aus einem Copialbuche.

LXXIV. Markgraf Ludwig erneuet das dem Apotheker Wolter zu Prenzlau ertheilte Privilegium dem Sohne deſſelben, am 27. Juli 1329.

Nos Lodevicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie marchio, Palatinus comes Reni, Dux bawarie, ſacri Imperii archicamerarius, Cum manifeſta recognitione preſencium tenore proteſtamur, quod dilecto nobis Johanni, filio quondam Wolteri, Apothecarii noſtri in Prinzlaw, ſuisque heredibus exhibitori preſencium, Apothecam ibidem pleno iure contulimus poſſidendam pacifice et quiete gubernandam. Addicientes ex fauore ſpeciali gracia, quod nulli homini licet aut licebit quomodo, quod poſſit aut debeat circumquaque huic predicte ciuitati et loco conſtruere et edificare ad decem miliaria aliam apothecam. Preterea hereditatem ſuam, quam nunc habet in ciuitate eadem aut in poſterum eum habere contingit, hanc ipſe et ſui pueri ſeu heredes quieta poſſeſſione et liberaliter poſſidendam modis omnibus poſſidebunt. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus duximus appenſum. Teſtes ſunt preſentes Dominus G . . . comes de lindowe, hinricus de ſydow, beteko de holſtendorp, hermannus de wolcow, mi-

lites, Ebelo de bens, famulus, ffiol, nicolaus olderyan et Henningus de byſmark, conſules noſtri de prinzlaw, Hermannus de luchow, noſter notarius, cum aliis fide dignis. Datum Bernowe, Anno domini M°. CCC°. XX°. nono, feria V poſt feſtum ſancti Jacobi.

Klödens Waldemar I., S. 418. Aus dem Deſſauer Archiv.

LXXV. Woldemar und Conrad von Benz vertragen ſich mit Prenzlau wegen der Schleifung ihres Hauſes Hindenburg, am 12. Juni 1331.

Nouerint vniuerſi audituri preſentia ſeu viſuri, Quod nos Woldemarus et conradus, fratres, dicti de Benz, bona voluntate cum honeſtis viris Conſulibus ac communitate ciuitatis Prinzlaw iniuimus, fecimus et compromiſimus amicabilem compoſitionem et ſonam perpetuo duraturam ſuper diſcordia, qua nos captiuauerant, camenatamque noſtram in Hindenborch optinuerant poſſidentes pro eo, quia timuerunt ex dicta camenata ipſis et toti terre periculum inminere, Ita videlicet, quod proprio motu noſtraque libera voluntate predictam camenatam fregimus funditus deſtruentes, ne ab ea poſſit ipſi terre graue diſpendium ſuboriri, Dantes cum hoc prefatis Conſulibus Decem marcas argenti pro ſumptibus, ſuper dictam camenatam habitis et expenſis ad terre commodum et profectum, Renunciantes omni iuri et actioni, que nobis competit et competere poſſit contra dictos conſules, communitatem ſeu quoſcumque alios et ipſorum bona racione cauſe predicte, Promittimus ſiquidem quod nulli de cognacione noſtra, quicquam de iure vel facto contra predictos huiusmodi facient ſeu aliquatenus attemptabunt et eorum malum non agemus nec agere procurabimus, per nos ſeu per alios ſuper dicta cauſa quomodolibet in futurum, ſed omnia cum eis in pace obſeruabimus inconuulſa. Preterea ſi quod abſit predictis conſulibus, communitati ſeu aliis quibuscumque et ipſorum bonis, ſuper dicta noſtra captiuitate et prelibate camenate ſubuerſione et deſtructione aliqua impetitio, dampnum ſeu impedimentum aliqualiter inferretur a noſtris fratribus et amicis ſeu quibuscumque, modo quocumque et nomine cenſeatur, ab hiis omnibus ipſos data fide ſeruare promittimus liberos et indempnes. In cuius rei teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XXXI°., feria IIII ante diem viti et Modeſti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXVI. Biſchof Friedrich von Camin beſtätigt die Dotation eines von Johann von Perleberg in der Marienkirche geſtifteten Altars, am 20. Juli 1331, mit eingeſchalteter Verſchreibung der Stadt Strasburg vom 25. Juli 1328.

Fredericus, Dei gracia Caminenſis eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris ſalutem in domino ſempiternam. Cum a nobis quod condignum eſt petitur, ordo iuris expoſtulat et vigor exigit racionis, vt ad effectum debitum perducamus, preſertim in hijs, in quibus cultus diuinus augetur et fideles ad faciendum elemoſinas et pietatis opera concitantur. Sane oblata nobis Johannis de perleberch, ciuis in prenzlau, petitio continebat vt quoddam altare per ipſum in eccleſia Sancte marie virginis in prenzlaw, in honorem ſancti Jacobi fundatum et redditibus nouem talentorum denariorum Brandenburgenſium dotatum, confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Nos literas ſuper huiusmodi fundacione et dotacione confectas diligenter examinavimus, quarum tenor ſequitur in hec verba: In nomine domini amen. Nos Conſules ac commune ciuitatis Straceburgh, ad vniuerſorum Chriſti fidelibum noticiam tenore preſencium volumus peruenire, quod ſpecialiter ſuper infra ſcriptis tractatu et deliberacione matura habitis vnanimi omnium noſtrum conſenſu ac conſciencia accedente iuſto vendicionis titulo vendidimus ac dimiſimus diſcreto viro Johanni, dicto Perleberch, ciui in Prenzlaw, nouem talenta brandenburg. denariorum reddituum cum plena proprietate et libertate in manſis noſtre ciuitatis videlicet ex duodecim manſis in antiquo campo, qui fuerunt domini Henrici de Benz, militis, ſex talenta et ex tribus manſis ſitis in campo iutriz tria talenta percipienda et tollenda ſingulis annis in primo pactu in terminis deputatis videlicet mediam partem dicte pecunie in feſto Nicolai Epiſcopi et in octaua Apoſtolorum Philippi et Jacobi beatorum reſiduam partem integraliter, abſque omni impedimento et qualibet prorogacione quiete in perpetuum poſſidenda, que quidem nouem talenta nobis conſentientibus prelibatus Johannes deo omnipotenti ad laudem ſueque genitrici beate marie virgini ad gloriam atque omnibus ſanctis et honorem et pro remedio anime ſue ſuorumque progenitorum ac ſucceſſorum ad altare in eccleſia ſancte marie virginis in dicta ciuitate prenzlaw cum conſenſu dioceſani expreſſo et plebani ibidem ad honorem beati Jacobi fundauit perpetuo duraturum ipſumque ſollempniter dotauit cum predictis nouem talentorum redditibus, quorum octo talenta ſpectabunt ad vſus rectoris ipſum altare officiantis ac ſex ſolidos pro oblatis vino ac luminaribus et ſex ſolidos pro aliis neceſſariis comparandis et octo ſolidi pro eiuſdem altaris precio ſeruitoris. Jus quoque preſentandi ad dictum altare prefatus Johannes et poſt eum duo de ſenioribus ſuorum propinquorum heredum perpetuo pacifice poſſidebunt, quibus heredibus de tota ſtirpe ſublatis duo conſules ſeniores in predicta ciuitate prenzlaw tunc in ſede conſulum exiſtentes dictum altare dum vacauerit concorditer conferent infra menſem a tempore vacacionis ſacerdoti idoneo beneficium eccleſiaſticum non habenti. Preterea ſi predicta nouem talenta tranſponere decreuerimus ad alios manſos ſiue bona noſtre ciuitatis, id erit noſtro relinquendum Arbitrio ita, quod predicta nouem talenta ſint et maneant in certis et fundatis bonis ad ſepedictum altare ſpectancia perpetuis temporibus perfruenda et in ipſis bonis de cetero humana contrectacio nullum ſibi locum debeat vendicare. Inſuper quandocunque manſos noſtros ad tres ſolidos brandenburgenſes in pactu dando ſtatuerimus, ſacerdos dictum altare officians prefata nouem talenta in feſto beati Nicolai Epiſcopi integraliter et in toto ante omnem cenſum et pactum ſemoto quolibet impedimento perpetuo percipiet atque tollet. Ad quod iuuemus ſi opus fuerit veluti ad pactum alium extorquendum, ſuſcipientes ſiquidem in

nos quaslibet defenſiones legitimas, ſi prenarrata bona ſuper dicta proprietate et qualibet arreſtacione contingent a quoquam impeti ſeu iuris ordine conueniri. Ne igitur ſuper hijs a noſtris ſubſequentibus dubium valeat in poſterum ſuboriri, preſens ſcriptum conſcribi et ſigilli noſtri munimine fecimus communiri, preſentibus honeſtis viris Hinrico Brant, Hinrico ſtruue, Hinrico lucow, Hinrico ſpringintgout, Nicolao Maſſow, Nicolao Gheden, Nicolao Spegelberch, Johanne Grimme, tunc noſtris conſulibus ciuitatis. Datum anno Domini M°. CCC°. XXVIII°., die beati Jacobi apoſtoli glorioſi. Quibus examinatis et ſine omni ſuſpicione compertis condignis dicti Johannes Perleberch ſupplicacionibus inclinati altaris inſtauracionem, fundacionem, dotacionem ac dictam proprietatis abdicacionem et iuris preſentandi reſeruacionem auctorizamus, ratificamus, approbamus et in hijs ſcriptis in nomine domini confirmamus, inhibentes ſub pena anathematis, ne in redditibus, quibus prefatum altare fundatum et dotatum exſtitit, quidquam ſibi de cetero peccans vendicet ſecularis. In cuius rei euidenciam preſentes literas per appenſionem ſigilli noſtri iuſſimus communiri. Datum in caſtro noſtro Gronenberch, Anno domini M°. CCC°. XXXI°., XIII kalendas Auguſti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXVII. Ausbürgung Heinrich's Ramyn und Jakob's Blumenberg, welche in Prenzlau gefangen ſaßen, vom 6. März 1332.

Nos Henninghus de Berlin, Fridericus de Ramyn, Milites, Diedericus et Heydenricus, Fratres Domini de Bornſtedt, et Hartwicus Werdelin, coram vniuerſis recognoſcimus proteſtantes et manu coniuncta fideque data promiſimus diſcretis viris dominis conſulibus in prentzlaw pro Henrico Ramyn et Jacobo Blumenberg, quos dicti Conſules detinuerunt captivantes et pro Urkundio, quod dicitur Orveyde, quod predicti henricus et Jacobus promiſerunt et iurauerunt, pro ſe, pro natis et non natis et pro omnibus ſuis amicis, quod nolint nec debeant per ſe, ſeu per alios contra dictos conſules et Ciuitatem Printzlau et eorum bona agere vel venire, ſeu quotlibet damnum inferre, pro eo, quod detenti fuerunt. Si vero aliqvid damnum ſeu impedimentum predictis conſulibus aut eorum civibus ſeu bonis a prefatis Henrico et Jacobo ſeu eorum amicis illatum fuit atque factum; Ex tunc nos predictam civitatem Printzlau intrabimus, inde non exeuntes, niſi de licentia conſulum predictorum damno ſumpto plenius reformata. In cuius rei teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo, feria VI ante diem beati Gregorii Angelorum Apoſtolici glorioſi.

Aus einem Copialbuche.

LXXVIII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, mit der er sich wieder ausgesöhnt hat, in ihren Rechten, am 9. September 1333.

Ludowicus, Dei Gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie ſacrique Romani Imperii Archicamerarius ad perpetuam rei memoriam. Donationes Principum ampliari et ſi in perpetuum facte ſunt, firmiter conſervare ſucceſſoresque eorum requiſitos decet ratihabitione inviolabili ſolidare. Sane omnibus et ſingulis preſentibus et futuris cupimus fore in perpetuum notum, quod nos omnem ingratitudinem et indignationem, quam habuimus ad noſtre Civitatis Prentzlaw cives, nobis dilectos, penitus dimiſimus et preſentibus relaxamus, volentesque eoſdem ſpeciali favore proſequi et favore, in omnibus eorum libertatibus et juribus, omnes donationes et appropriationes, gratias, libertates, jura et conſuetudines rite factas et conceſſas eisdem civibus et civitati ab illuſtribus Principibus Marchionibus Brandenburgenſibus noſtris predeceſſoribus cariſſimis, prout ipſi cives per eorundem principum privilegia rationabiliter oſtendere poterunt, quoad omnia in eisdem privilegiis contenta gratificamus, ratificamus et preſentibus literis confirmamus. Si quis vero auſu temerario contra premiſſa fecerit, ſe indignationem noſtram noverit incurſurum, in cujus teſtimonium preſentes conſcribi ſigillique noſtri appenſi juſſimus communiri. Teſtes vero hujus ſunt illuſtris Princeps Rudolphus, Dux Saxonie, avunculus noſter dilectus, Hummel de Lichtenberg, Frater Henricus de Zypplingen, Commendator Provincialis, Diepoldus Guſse, noſtre Curie magiſter, Henricus Schenck de Schenckendorp, Hermannus de Wulckow et preſentibus pluribus fide dignis. Datum Prentzlaw, Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo tertio, in craſtino Nativitatis beate Virginis.

Aus einem Copialbuche.

LXXIX. Bischof Friedrich von Camin bestätigt einen mit Hebungen aus Strasburg bewidmeten Altar in der Nicolaikirche zu Prenzlau, am 17. September 1333.

In nomine Domini Amen. Fredericus, dei gracia Caminenſis Eccleſie Epiſcopus ad perpetuam rei memoriam opem noſtram et operam diligentem apponimus vt fidelium deuocionem cum circa aucmentum diuini cultus verſatur adaugeamus, quod tunc facere credimus, cum ea, que ſine noſtre confirmacionis ordinarie adminiculo alias infringi poſſet, per noſtras literas confirmamus. Sane vidimus quandam literam ſub ſigillo quodam Arnoldi, plebani in premzlaw, et Conſulum ciuitatis Straſeburch non raſam nec debolitam ſeu aliqua ſui parte ſuſpectam, cuius tenor ſequitur in hec verba. In nomine Domine Amen. Cum ea, que in tempore aguntur cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem niſi ſcripti teſtimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo vniuerſi Chriſti fideles, ad quos preſens peruenerit Scriptum et per preſentes publice proteſtamur, Quod nos conſules ciuitatis Straſeborch cum conſilio vniuerſorum vendidimus petro de Clinckow, Ciui in Premzlaw, Decem Talenta Brandenburgenſium denariorum, que racionabiliter

et rite perſoluemus pro Centum marcis argenti, de quibus tenemur dare annuatim quinque Talenta in feſto beati Nicolai Epiſcopi et quinque Talenta octo dies poſt feſtum beate Walburghe virginis, de quibus talentis quilibet ſacerdos ſublaturus dabit prouiſoribus ſue eccleſie quatuor ſolidos ad altare in Ciuitate Premzlaw cum conſenſu plebani in eccleſia Sancti Nicolay conſtructum, perpetuis temporibus duraturum, cuius altaris preſentacionem Petrus et Johannes, fratres, dicti de Clinckow ſeu juſpatronatus ipſis viventibus obtinebunt, Ipſis autem per diuinam diſpenſacionem deficientibus Eorum veri filij ſi ſuperſtites exſtiterint ac conſequenter eorum legitimi heredes dictum iuſpatronatus ſine inquietacione poſſidebunt. Preſcriptis autem omnibus de medio ſublatis Domini conſules ſeniores in ciuitate Premzlaw, actu ſedem conſulatus occupantes vnanimiter et concorditer tanquam legitimi collatores dictum altare conferent cum vacabit, Et in perſonam ſacerdotis, beneficium non habentis. Nos vero ne pia dicti fundatoris intencio aliquibus futuris temporibus calumpniam paciatur dicti altaris fundacionem, dotacionem, iurispatronatus reſeruacionem ratas et gratas habemus auctoriſamus et in nomine domini preſentibus confirmamus Inhibentes ſub pena anathematis ne poteſtas ſecularis quicquam de cetero ſibi vindicet in dictis decem talentis brandenburgenſium denariorum. Sed ea cum integritate perſolui precipimus perſone ſeu preſbitero qui ad dictum altare vt premittitur canonice fuerit preſentatus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Stetyn, Anno Domini M°. CCC°. XXXIII°. feria ſexta proxima poſt Exaltacionem ſancte Crucis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXX. Friedrich, Biſchof von Camin, beſtätigt die zu Prenzlau gegründete Brüderſchaft für das Begräbniß von Armen und ſichert den Mitgliedern einen Ablaß zu, am 9. Februar 1334.

Fredericus, Dei Gracia Epiſcopus Eccleſie Camynenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Opem noſtram et operam diligentem apponimus, vbi deuocionem fidelium certa pietatis opera conſpicimus adaugeri. Sane olim nobis in minoribus conſtitutis nouimus quo . . . . pauperes presbiteri, clerici et layci in ciuitate premzlaw decedentes, cum de facultatibus ſuis tantum non ſupereſſet eiſdem, vt poſſent duci ad eccleſiam et congrue tumulari, circa ipſorum corpora et in tumulacionem eorundem indecencia contingebant, propter quod pie recordacionis Arnoldus Kolen, qvondam plebanus et Prepoſitus ſanctimonialium ibidem, fraternitatem quandam duxerat Statuendam, vt ad ſepulturam huiuſmodi Fideles feruencius incitaret, Ita videlicet vt omnium, qui de illa forent fraternitate et qui ad hoc de bonis a Deo ſibi collatis ſua darent caritativa ſubſidia, bis in anno perpetua fieret memoria in vigiliis ſcilicet de veſpere et in miſſarum ſolempnijs, de mane proxima ſecunda feria poſt quaſimodogeniti ſemel, et proxima ſecunda feria poſt Borchardi Secunda vice in Eccleſia ſancte Marie dicte ciuitatis. Nos vero huiusmodi fraternitatem maximam pietatem cenſentes, vt ad fraternitatem predictam deuotos inducamus, Ipſam approbamus, ratam ac

gratam habentes, eamque auctorizamus per preſentes. Nichilominus omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad luminaria dicte fraternitatis et Syndonem comparanda et emendanda ſuas pias elemoſinas fuerint elargita et qui exequiis eorundem pauperum ibidem decedentium interfuerint, XL Dies indulgencie et vnam carenam de iniunctis ſibi penitenciis in Domino miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Berlyn, anno domini Milleſimo trecenteſimo XXXIIII°. ipſo die cinerum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXXI. Johann Weſtphal verſöhnt ſich mit der Stadt Prenzlau, am 15. April 1335.

Coram omnibus et ſingulis, In quorum noticiam peruenerit preſens ſcriptum. Ego Johannes dictus Weſtphal Tenore preſencium recognoſco publice proteſtando, Quod promiſi et palam promitto per preſentes Conſulibus Scabinis, prefecto Totique communitati Ciuitatis prentzlaw veram, integram, quoque firmam concordiam amiciciam atque ſonam perpetuis temporibus duraturam, dictam Ciuitatem prentzlaw aut Ciues eiuſdem Ciuitatis in nullo penitus inpediendo, malum eorum ſciendo ſiue cognoſcendo neque peragendo, nec dicte Ciuitati per omnem eius Gyrum, tranſitum vel circuitum vmquam proprius appropinquando niſi ad ſpacium vnius miliaris, prout eciam prius coram inclito principe et Domino, Domino Lodovico Marchione brandenburgenſi exſtat placitatum. Et ſi aliquid premiſſorum, quod abſit, non ſeruarem neque adinplerem, extunc ipſo facto dicta mea compoſicio ſiue ſona nullius erit efficacie uel vigoris, ſed omnimode reputabitur irrita et innanis, ſi me non purgauero et meis depoſuero iuramentis et ſi contra me probatum fuerit Teſtimoniorum duorum vel trium virorum proborum, ydoneorum atque fide dignorum. Teſtes huius ſunt dominus beteke, miles de wiltberch, Dapifer, Gherardus Wulph, Aduocatus Incliti principis et Domini Lodewici marchionis ante dicti, Godeke, miles de Gryphenberg, franko, miles dictus Wulph, Grypheko, famulus de gryphenberch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum ante Ciuitatem premzlaw, Anno domini M°. CCC°. XXXV°. ſexta feria poſt feſtum palmarum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXXII. Der Propſt zu Gramzow verzeiht der Stadt Prenzlau, die ihn mit einem Genoſſen gefangen genommen, die begangenen Gewaltthaten, am 21. April 1335.

In nomine domini Amen. Studioſe agendum eſt, ut ea que aguntur ſeu permittuntur opere compleantur. Hinc eſt, quod nos Johannes, Dei gratia Gramzowenſis eccleſie prepoſitus, cum conſenſu et conſilio ac ex certa ſciencia et bona voluntate Wynandi prioris noſtri totiuſque conuentus ibidem, ad petitionem conſulum ac tocius ciuitatis prenzlaw, ob reuerenciam domini noſtri Jehſu Chriſti et beate Marie virginis matris ſue glorioſe, ſicut eis placitando permiſimus, omnem injuriam ac violenciam et contemptum et omnia obprobria Deo et nobis ac eccleſie noſtre et ſocio noſtro Lvdolpho a tunc temporis conſulibus ac defenſoribus et eorum fautoribus conſilio et auxilio irrogata, quantum noſtra interereſt uel intereſſe poterit in futurum, nunc conſulibus et pluribus aliis neſcientibus, ideo quod tunc conſules, cum eorum fautoribus, nos vna cum noſtro ſocio Ludolpho captiuauerunt et ad ciuitatem prenzlaw perduxerunt, et nos ligauerunt vinculis ligneis et ferreis, nunc conſulibus et ciuibus vniuerſis dicte civitatis dimiſimus et dimittimus per preſentes, obligantes nos et ſucceſſores noſtros et eccleſiam noſtram ſine iudicio uel grauamine dicte ciuitatis predicta omnia in perpetuum ſeruaturos. Datum prenzlaw coram conſulibus nouis et antiquis, ſcabinis et magiſtris omnium ghuldarum, Anno Domini M°. CCC°. XXXV°. feria ſexta infra octauas paſche.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXXIII. Biſchof Friedrich von Camin beſtätigt einen in der Jacobikirche zu Prenzlau errichteten Altar, am 2. März 1336.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei gratia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis ad perpetuam rei memoriam; Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, ordo iuris et vigor expoſtulat racionis, vt id ad effectum debitum perducamus quod tunc eo prompcius facimus cum in his cultum divinum augeri conſpicimus, que libenti animo perhennando quantum auctoritate ordinaria poſſumus, confirmamus. Sane vidimus et audiuimus litteras honorabilis viri domini Johannis de Steghelis pie memorie, quondam plebani in Premslaw, et discretorum virorum conſulum ciuitatis eiusdem ſanas et illeſas ſuper proprietate et libertate plenaria trium manſorum in campo dicte ciuitatis ſitorum et pertinencium ad quoddam Altare beate Marie virginis conſtructum in Eccleſia ſancti Jacobi ibidem per honorabiles viros Hinricum de Ghocowe, Presbiterum, et Hinricum Bismarcke, prefate ciuitatis ciuem, fundatum et dotatum, ſub anno Domini M°. CC°. XCIX°. quinto Iduum Februarij confectas et ſigillis ſaluis dicti Plebani et civitatis Premzlaw ſigillatas, Item vidimus literas discretorum virorum Conſulum ciuitatis Prenzlaw ante dicte ſuper libertate exaccionis et quarumcunque talliarum vnius Manſi, que Schot vulgariter nuncupatur, ſiti in campo eiuſdem ciuitatis et ad idem Altare in Eccleſia S. Jacobi predicta erectum pertinentis: Quem vide-

licet manſum Dominus Henricus de Ghocowe memoratus ſua propria pecunia comparavit, ſub anno Domini M°. CCC°. ſeptimo in die S. Gregorii Pape confectas et ciuitatis premiſſe ſigillo ſigillatas. Poſt hec etiam vidimus et conſpeximus literas Magnifici Principis Domini Woldemari Brandenburgenſis et Luſatie Marchionis ſuper donatione proprietatis ſex talentorum duobus ſolidis minus, ſitorum in cenſu manſorum Ciuitatis Premzlaw et proprietatem ſeptem ſolidorum denariorum Brandenburgenſium, duorumque chororum et dimidii quadruplicis annone ſitorum in cenſu manſorum ciuitatis Straceborch pertinencium ad quoddam Altare in honorem beate Bartholomei apoſtoli dedicatum et in eccleſia S. Jacobi Apoſtoli ſepedicta per diſcretos viros Conekinum, Hennighum, Nicolaum et Gherardum, filios Hinrici Bismarck prius fati, nec non Hinricum et Henninghum, filios Eykonis de Brunſwick, cives dicte ciuitatis, erectum et conſtructum ſub anno domini M°. CCC°. XIX°. confectas et ciuſdem Domini Marchionis ſigillo ſano et integro ſigillatas, quarum tenores de verbo ad verbum propter prolixitates earum omiſimus; ſed tamen vtilitatem et effectum earundem ſub modo et forma breuiori quo potuimus colligere fecimus et in preſentibus mencionem facimus de eisdem. Nos prefatorum Conekini, Henninghi et Nicolai dictorum Bismarcke, nec non Hinrici et Henninghi Eycken humiliter ſupplicancium, vt dicta Altaria cum ſuis proprietatibus et libertatibus confirmare dignaremur, peticionibus condignis inclinati, prefatas, fundacionem, dotacionem ac proprietatis ac libertatis donacionem, tam manſorum, denariorum, quam annone cum ordinacione iuris patronatus, cum forma ſiue modo officiandi, ac memoria ipſorum fundatorum perpetuo peragenda, prout in litteris originalibus cautum eſt et euidenter continetur, nec non cum omnibus ac ſingulis condicionibus ac ſpecificacionibus in eisdem ceteris expreſſis ſiue comprehenſis gratam et ratam habentes eaque in nomine Domini auctoritate noſtra confirmamus per preſentes. Volentes omnes predictos redditus eodem iure cenſeri et ad illos ſolos ſpectare debere, quibus predicta Altaria pro tempore fuerunt collata, ut ſuperius eſt expreſſum et omnes redditus predictos ſepedictis Altaribus preſentibus adunamus: Inhibendo ſub pena anathematis, ne poteſtas ſecularis, uel alius quicunque cuiuscunque condicionis fuerit in redditibus ſeu prouentibus Altarium predictorum ſibi quicquam vendicet ſeu vſurpet, contra noſtram confirmacionem, ſicuti omnipotentis Dei et noſtram canonicam euitare voluerit vltionem. In quorum omnium premiſſorum euidenciam pleniorem preſentem literam deſuper confectam ſigilli noſtri munimine dedimus communitam. Datum Stettin, Anno Domini M°. CCC°. XXXVI°. ſabbato proximo ante Dominicam, qua Oculi mei cantabatur.

Nach Beckmanns Abſchrift des Originals.

LXXXIV. Der Rath zu Prenzlau bekundet eine der Marienkirche von Johann Ziemkendorf gemachte Schenkung, am 14. April 1336.

In nomine domini Amen. Univerſa negocia tradita litteris et voci teſtium, ex eorum trahunt memoria firmamentum. Nos igitur Thydericus murmeſter, Albertus de Jagow, petrus de Klinckow, nycolaus gudelin, Hinricus Koningh, Hinricus branden-

borch, Johannes tantau, nycolaus Kleptow, Gherardus ſmarſow, Johannes Niſche. boem, Johannes Krugher et Johannes de Tzolchow, Conſules Ciuitatis premzlaw, ad vniuerſorum Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum noticiam Tenore preſentium cupimus pervenire, Quod vir prouidus et honeſtus Johannes de Tzymekendorp, noſter Ciuis et burgenſis, diuino metus inſtinctu, pro Ampliacione et melioracione cultus diuini et pro ſalute anime ſue omniumque ſuorum progenitorum, a Thyd. murmeſter et nyc. oldrian, tunc temporis prouiſoribus Eccleſie Sancte Marie parochie noſtre Ciuitatis, noſtro et diſcreciorum noſtrorum Ciuium pleno conſenſu ſeu aſſenſu accedente, oblatas, vinum, luminaria quecunque neceſſaria, carbones et precium duorum ſcolarium omnibus et ſingulis annis et diebus ſingulis, ad duo Altaria ab ipſo Johanne in honorem domini noſtri iehſu Chriſti et ſue matris glorioſe in prenotata Eccleſia fundata atque ſituata comparauit, jta videlicet, quod vnicuique duorum Scolarium dictis duobus Altaribus miniſtrancium ſiue ſeruiencium, in quolibet termino ſeu quartali vniuſcuiuſque anni, duo ſolidi brandenburgenſium denariorum dabuntur ſiue perſoluentur. Omnia quoque et ſingula ſupradicta, a prelibata Eccleſia noſtra parochiali et ab eiuſ prouiſoribus quibuscunque miniſtranda, danda atque procuranda et perpetuis temporibus duratura pro omnibus Supra ſcriptis Johannes ſepe dictus XXVIII marcas brandenburgenſis argenti, in vſus eiuſdem Eccleſie redactas et conuerſas, in parata dedit pecunia plenius et perſoluit. In huius rei euidens Teſtimonium preſentes literas ſuper hiis confectas eidem Johanni dedimus noſtre ciuitatis ſigilli munimine roboratas. Datum prentzlaw, Anno domini M°. CCC°. XXX°. ſexto, In die Tyburcij et valeriani martirum beatorum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXXV. Biſchof Friedrich von Camin beſtätigt die Altarſtiftung, die Johann von Rube in der Marienkirche zu Prenzlau vorgenommen hat, am 16. October 1336.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei Gratia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis ad perpetuam rei memoriam. Cura paſtoralis officii mentem noſtram ſollicitat, ut cum fidelium devotionem circa augmentum cultus divini verſari conſpicimus, ſollicite caveamus, ne quod piis deputatur uſibus ad prophanos redeat, quod tunc recte facere credimus, cum ea, que noſtre ordinarie confirmationis indigent munimine confirmamus. Sane vidimus et audiuimus literas illuſtriſſimi principis Domini Ludowici, Marchionis Brandenburgenſis, non cancellatas, nec in aliqua parte ſui vitiatas ſuper fundatione et dotatione cujuſdam Altaris erecti in Eccleſia Sancte Marie civitatis Prentzlaw et in honorem Sanctorum Johannis Evangeliſte et Jacobi Apoſtolorum conſtructi per discretum virum Johannem de Rube civem ibidem confectas, quarum tenor ſequitur in hec verba. (No. LXVIII.) Nos igitur prefati Johannis humiliter ſupplicantis, ut dictum altare cum ejus pertinenciis appoſitis per eundem confirmare dignaremur, petitionibus condignis inclinati prefatam fundationem, dotationem et proprietatis donationem juris patronatus reſervationem ſicut in literis ſuperius enarratur ratas et gratas habemus easque cum omnibus et ſingulis ſuis articulis auctorizamus, approbamus et preſentibus literis in nomine Domini confirmamus, Inhibentes ſub pena

anathematis ne poteſtas ſecularis aut quivis alius quicquam in dictis tredecim talentis vendicet aut uſurpet ac ea volumus integraliter eodem jure cenſeri et ad illum ſolum ſpectare debent, cui dictum altare pro tempore collatum fuerit et ſuperius eſt expreſſum eaque omnia libera et exemta dicto altari perpetuis temporibus preſentibus adunamus. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Prentzlaw, Anno Domini M°. CCC°. Triceſimo ſexto, in die Galli et Iulli, martirum beatorum.

Aus einem Copialbuche.

LXXXVI. Herzog Barnim von Pommern überläßt das Dorf Walentin der Stadt Prenzlau und giebt dem Kloſter Gramzow zum Erſatz für dies Dorf 66 Hufen zu Triſtingow bei Suckow, im Jahre 1336.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Barnim, Dei patientia dux ſlauorum, omnibus in perpetuum, Vniuerſa negotia, que geruntur in tempore, ne naturam ſequantur temporis, eternari debent memoria literarum. Cognoſcant igitur tam poſteri quam preſentes, quod de conſilio noſtrorum maturato villam walentin, que fuit eccleſie ſancte marie in Gramzowe, appoſuimus ciuitati Prenzlaue et pro eadem villa dedimus in concambio fratribus in Gramſowe deo ſeruientibus LXVI manſos prope ſukowe ſitos, in villa, que triſtingowe vulgariter nominatur, in agris, riuis, piſcationibus, pratis, ſiluis, planis, aſperis, cultis et incultis, cum omni integritate in perpetuam libertatem. Preterea volumus eandem villam triſtingowe ab omni exactione et ſeruitio, quo cetere ville in noſtro dominio conſtitute obligate ſunt, liberam eſſe et abſolutam. Dedimus nichilominus in mandatis, ut nemo in noſtra exiſtens jurisdictione villam talem aut colonos agrum ipſius ledere in aliquo audeat vel grauare. Ne igitur tale concambium aut talem donationem etc. teſtes etc. Anno domini M°. CCC°. XXXVI°.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives. (I Cod. 4 in qu.)

LXXXVII. Mehrere Biſchöfe der päpſtlichen Curie in Avignon verſchreiben den Wohlthätern der Pfarrkichen zu Prenzlau einen Ablaß, am 26. Februar 1337.

Univerſis S. Matris Eccleſie filiis, ad qvos preſentes litere pervenerint, Nos miſeratione divina Samuel Nubienſis, Paulus Fulginenſis, Johannes Bregerenſis, Jacobus de Vallona, Nicolaus Nazarienſis, Raymundus Catharinenſis, Petrus Callenſis, Franciſcus Biſacienſis, Martinus Cerianus, Vincentius Perenenſis, Rogerus Brinenſis, Andreas Coronenſis, Photius Salonenſis, Almanus Suanenſis,

Alanus Artfertenſis et Benedictus Cardicenſis Epiſcopi, Salutem in Domino ſempiternam. Splendor paterni luminis, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in ſua clementi Majeſtate ſperantium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum ipſorum devota humilitas Sanctorum ſuorum meritis et precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia glorioſe Virginis Marie, S. Nicolai et S. Jocobi in Primislavia Caminenſis Dioceſis congruis honoribus freqventetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qvi ad dictam Eccleſiam in omnibus Feſtis ſui Patroni et in dedicatione ejusdem ac in aliis feſtis infra ſcriptis videlicet Natalis domini, Circumciſionis, Epiphanie, Pavaſceves, Paſce, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Inventionis et Exaltationis S. Crucis, In omnibus et ſingulis Feſtis Beate Marie Virginis, in Feſtis S. Johannis Baptiſte, Petri et Pauli et omnium Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Vincentii, Martini, Nicolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Hieronimi, Benedicti; Sanctarum Marie Magdalene, Catharine, Margarethe, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis, Barbare, in commemoratione omnium Sanctorum et animarum, inſuper in octavis dictarum feſtivitatum octavas habentium, ſingulisque diebus dominicis et Sabbathis cauſa devotionis, Orationis aut peregrinationis acceſſerint, ſeu qvi Miſſis, predicationibus matutinis, veſpertinis aut aliis qvibuscunque divinis officiis interfuerint, aut corpus Chriſti vel oleum ſacrum cum infirmis portantur ſecuti fuerint, ſeu in ſerotina pulſatione campane ſecundum modum curie Romane genibus flexis ter Ave Maria dixerint; Nec non qvi ad fabricam, luminaria, ornamenta aut Menſalia dicte Eccleſie neceſſaria manus porrexerint adjutrices; vel qvi in eorum Teſtamentis aut extra aurum, argentum, veſtimentum aut aliqvid aliud ſubſidium dicte Eccleſie donaverint, legaverint aut procuraverint, aut cemiterium ejusdem Eccleſie pro animabus omnium fidelium defunctorum exorando circumiverint aut ſepulchrum ibidem elegerint, Qvotiescunque, qvandocunque et Ubicunque premiſſa, vel aliqvid premiſſorum devote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſingulis eorum XL dies indulgentiarum de injunctis penitenciis miſericorditer in Domino relaxamus etc. In cuius rei teſtimonium preſentes literas Sigillorum noſtrorum juſſimus appenſione muniri. Date Avinioni, XXVI. die menſis Februarii, Anno Domini M°. CCC°. XXXVII°. et Pontificatus Benedicti Pape XII, anno III.

Nach einer alten Copie.

Nach Süring's Chronik p. 59 wurde den gedachten Kirchen im Jahre 1338 auch von dem Papſte Benedict ein mit dem obigen gleichlautender Ablaßbrief zu Theil.

LXXXVIII. Markgraf Ludwig vereignet einem von Johann Brunekendorf in der Marienkirche zu Prenzlau geſtifteten Altar vier Hufen Landes in Blingow, am 6. October 1337.

Lvdowicus, dei Gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperij Archicamerarius, Singulis et univerſis, ad quorum noticiam preſentes deveniunt, ſalutem et noticiam ſubſcriptorum. Ex mera noſtre mentis Beniuolencia et liberalitate propria, ob iugem et perrhennem predeceſſorum

noſtrorum bone recordaciones, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum Marchionum Brandenburgicorum recordacionem et memoriam ſalutarem, Appropriauimus et preſentibus appropriamus Altari per diſcretum virum Johannem Brunekendorp, ciuitatis noſtre Prentzlawe ciuem, dotato et fundato, in Eccleſia Parochiali Sancte Marie ciuitatis predicte ſito, in honorem beate virginis et beati Johannis Evangeliſte dedicato, quatuor manſos in campis et diſtinctionibus ville dicte Blintgowe ſitos, perpetuis temporibus ſine impeticione et impedimento quolibet pertinendos, Tali tamen modo, quod ſine intermiſſione ſingulis diebus Domino Deo cum duabus miſſis in dicto altari celebrandis per perſonas ydoneas iocundius pro ſalute animarum fidelium famuletur, Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, impeticioni et accioni, quod vel que nobis in eiſdem manſis competebant vel competere poſſent aliqualiter in futurum, Annuentes et volentes dicti altaris collationem et preſentationem, ſi idem Johannes Brunekendorp heredibus non derelictis deceſſerit, quod abſit, ad Scabinos ciuitatis predicte preſentes et ſuccedentes omnj impedimento quieſcente deriuarj pariter et deuoluj, volentes eciam obuenciones quaſcunque a predictis manſis euenire potentes, Ab ipſis dicte altaris officiatoribus equa diuiſione diuidj ſiue pari. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi ſigillique noſtri appenſi munimine iuſſimus communirj. Teſtes huius ſunt ſtrennuj milites: Dominus Johannes de Buch, capitaneus noſter dilectus, Wilhelmus Pombreht Pincerna et Gerckinus Wolf et alij quam plures fide digni. Datum Ewerſwalde, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo ſeptimo, in Octaua beati Michahelis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXXIX. Rechtsbelehrung des Schöppenſtuhls zu Magdeburg in Sachen des Magiſtrats zu Prenzlau wider Rule von Angermünde wegen einer Schuld, vom 22. April 1339.

Den erbaren mannen den . . Ratmannen vnde den . . . Schepen to Premſlaw, enbiede wie . . Schepen der Stad to Magdeburch, vnſe willighe dienſt. Gi hebben vns geſcreuen in juwen brieuen, wo Juwe herren die . . Ratmanne juwe Kumpan die Sculthete vnd die ſchepen mit ju, die langhe verſtoruen ſin, vnde vorghan is wol drie vnd drittich jar gheuen ore briue beſeghelet vnder deme Ingheſeghele Juwer ſtad, eyme borghere von Stetyn, die hiet herman von Anghermünde, vppe vifhundert mark vnd viertich brandeburghes ſiluers, die ſie ome ſculdich weren binnen eyme jare to betalende, alſo it openbar is in der vtſcrift, die gi vns ſenden mit diſſen jeghenwerdighen briuen: dat gut wart vnd is altomale betalet vnd die brief die wart vorſumet, dat man on nicht weder eſchede vnd worgheten wart. Des Kumpt nu Role von Anghermunde, eyn borghere to Stetyn, die is ſones ſone Hermannes von Anghermunde, die benomet vor is, vnde ſin elderuader was rolen, vnd beklaghet ju vnde jowe borghere vmme dat benomede gut, na doder hant mitten brieuen, die hie ghevunden heft, vnd dat gut io betalet is, vnd binnen eyn vnd drittich jar nye ghemanet vnde gheeſchet is, Nywert von ſime elderuadere oder rechte vadere, deſe binnen vierteyn jaren gheleuet hebben, vnde ok von ſiner weghene nicht ghemanet is vnde wart, men nu binnen twen jaren. Hir vmme ſo bidde vnſe gude vnde wiſheit,

dat wie ju hirvp eyn recht willen gheuen dorch god vnde der rechticheit, wante dat gut betalet is, vnde ny bi ſo manighen iaren manet vnde eſchet is, wo gi na eynem magdeburgheſchem rechte, moghen vnde ſcolen ju vnde juwe borghere der anklaghe weren, dat gi juwe brieue vrigen vnde weder krighen, vnde der maninghe quit vnde los werden na rechte. Hir vp ſpreke wie vor eyn recht, Is dat Role von Anghermunde toſprikt deme ſcultheten', den ſchepen vnde den Ratmannen, vnde der ghemeynheit der ſtad vmme ſculde von ſines elderuaderes weghene, na doder hant, des hie der ſtad brieue hebbe, vnde is dat ſelue gut beret ſime elderuadere, alſo dat on dat witlik is, vnde wil ſie dieſelue Role dar vort vmme ſculdighen na doder hant, ſo ſcal der ſtad meiſter ſelue leuede vppe den heilighen behalden, dat ome dat witlik ſi, dat dat gut beret ſi, vnde darmede ſo heft hie gheledighet, den . . Scultheten, die . . Schepen, die Ratmanne vnde die ghemeynheit der ſtad, der anſprake der doder hant. Wolde hie auer toſpreken deme Scultheten, den ſchepen, den Ratmannen, beſunderen iowelke me benamen, die ſcolde dat vppe den heilighen behalten mit ſines eynes hant, dat ome dat witlik were, dat dat ghelt beret were, von orer Stad weghene. Hir mede hebben ſie ore borghere vnde ore brieue ghelediget von rechtes weghene. Dat dit vnſer Stad recht ſi, dat bethughe wie vnder vnſeme Inghefeghele, dat wie to rucghe hebben ghekleuet laten an diſſen brief, Den wie ghegheuen hebben na goddes ghebort duſent jar drichundert jar An deme neghene vnd drittigheſten jare, Des neiſten vrydaghes vor deme ſondaghe Cantate domino.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XC. Markgraf Ludwig vereignet denen von Jutergoz in Prenzlau Mühlpächte zur Verwendung für den Kreuzaltar in der Jacobikirche, am 2. Auguſt 1339.

Nouerint vniuerſi Tenorem preſencium inſpecturj, Quod nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Renj, Dux bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Ex mera noſtre mentis beniuolencia et ex deliberacione debita, contulimus et preſentibus conferimus Prudentibus et diſcretis viris, Henrico, Johanni, fratribus, bertoldo et nycolao, fratribus, predictorum patruis, dictis de Jutergoz, ciuitatis noſtre premzla ciuibus, ſincere nobis dilectis, decem choros annone, quinque videlicet ſilignis, tertium medium chorum braſei ordeacei, totidemque choros braſei trititii in molendinis ciuitatis noſtre premzla intra et extra muros ſitis, annue diriuacionis in quartalibus anni terminis conſwetis et debitis, ſine impedimento et contradictione cuiuſlibet, percipiendos et abſque omni ſeruicio perpetuis temporibus poſſidendos, appropriauimus et etiam preſentibus appropriamus, ob honorem et reuerenciam dei omnipotentis, eiuſque matris virginis glorioſe, omniumque Sanctorum, ob remedium quoque animarum magnificorum principum bone recordacionis, Marchionum brandenburgenſium, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum altari ſancte crucis in eccleſia parochiali beati Jacobi ciuitatis predicte ſiti, per prenominatos noſtros ciues, dictos de Jutergoz, ut in ipſo, pro ipſorum eciam perhennj memoria, cultus diuinus cuius aucmento intendere ſemper preſto ſumus, Chriſtique ſeruitus

frequencius augeatur, Transferentes eciam, preſentacionem altaris predicti in premiſſos et ipſorum veros et legitimos heredes ſic, quod ad id ipſum altare debebunt et poterunt ſacerdotem ydoneum, beneficio carentem, ſue vocacionis tempore preſentare, Volentes eciam prenominati altaris preſentacionem ad duos conſules ciuitatis predicte locum conſulatus habentes, ſi predictorum de Jutergoz, vel de ipſorum ſexu maſculino nullus ſuperſtes remanſerit, omnimode deriuari, Renunciantes eciam, pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris, omni Juri, accioni et impeticioni, que nobis in premiſſis decem choris competebant, vel competere poſſent aliqualiter in futurum. Dederunt eciam nobis pro ipſa collacione, appropriatione et renunciatione, centum marcas argenti brandenburgenſis et ponderis, quas in noſtros vſus convertimus et eueniſſe credimus euidenter. In cuius rei Teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimime firmiter communitas. Teſtes vero huius ſunt, nobilis vir dominus Conradus, Dux de Tecka, Johannes Huſener, camere noſtre magiſter, Wilhelmus Bombrecht, pincerna, Laurencius de Griffenberg, milites, Gerike wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Premzla, anno Domini M°. CCC°. Triceſimo nono, in craſtino vincula Petri.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XCI. Der Rath zu Prenzlau bekundet Anordnungen wegen der Ausſtattung des geiſtlichen Lehns der Fleiſcher, am 31. Januar 1343.

Nos Conſules ciuitatis Prentzlaw Recognoſcimus per preſentes, Quod in preſentia noſtra conſtituti Diſcreti viri videlicet Dominus Conradus Schütthe Altariſta carnificum et magiſtri gulde, videlicet albertus grunenberch et Hinricus Bomgarden et Magiſtri operis videlicet Matthias Clempenow et Conradus Kolhaſen, nec non vniuerſitas ipſorum Carnificum nobiscum in Premzlaw, parte ex vna et Thidericus Duben Villanus in ſchenkenberch parte ex altera, placita ſua, in quibus ipſi formaliter concordauerunt, noſtris literis conſcribi petiuerunt in hunc modum, Ita, quod Dominus Thydericus coram prefecto et ſcabinis in Schenkenberch rite arbitratus eſt de hoc preſenti anno de curia et de quatuor ſuis manſis quibus dotatum eſt altare predictorum carnificum, Pro omni penſa ſua officiatori ipſius altaris dare duo talenta Brandenburgenſium denariorum et in proximo ſequenti anno tria talenta et deinceps in tercio anno ſex talenta et ſub iſta vltima penſa videlicet ſex talenta manebit ſtatus quam diu placuerit prouiſoribus predicte gulde. Preterea ſi prefati manſi in poſterum copioſius fuerint emendati: ex tunc ſi predictis prouiſoribus placuerit dabunt tantum quantum meliores qvatuor manſi predicte ville dare valebunt. Preterea ſi prefatus Thidericus prehabitam penſam quocunque tempore aut modo exponere tardauerit aut recuſaverit, ex tunc ut nunc et ex nunc vt tunc dictos manſos cum ſua curia vniuerſitati prefate gulde pro ſolutis et liberis bonis ſponte reſignabit. Inſuper ſi dictus Thideric prehabitos manſos cum curia in poſterum alicui viro ydoneo ſeu competenti vendiderit, illj omnia, que prehabita ſunt firmiter obſeruentur. Inſuper, ſi prefatus dominus Conradus Schutthe in proximo biennio a ſeculo tranſierit: ex tunc prouiſores dictorum carnificum duas marcas argenti de penſa dicti altaris

creditoribus eiusdem domini conradi exſoluere tenebuntur. Nunc autem hoc placita, habita et ratificata in preſentia domini friſoni et Magiſtri Martini ſacerdotum et Hartwig Inſtitoris, Bulekini de Stretz et Thiderici Sartoris conekini Buk, noſtrorum conciuium et ad noſtram preſenciam producta. In quorum certitudinem ſecretum noſtrum preſentibus eſt adductum. Datum Prenzlaw, Anno Domini M°. CCC°. XLIII°, proxima ſexta feria poſt feſtiuitatem ſancti Mathie Apoſtoli.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

XCII. Transſumt der Urkunden des Königs Ludwig vom 26. Juni 1324 und des Markgrafen Ludwig vom 19. April 1325, angefertigt am 14. Mai 1344.

Nos Johannes Prepoſitus ſanctimonialium et plebanus in Prentzlaw ac Conſules Civitatis Paſewalck univerſis preſentia percepturis cupimus eſſe notum, quod literas infraſcriptas ab honorabilibus juris et diſcretis Conſulibus Civitatis Prentzlaw nobis preſentatus ſigillis integris Magnificorum Dominorum, Domini Ludowici, Regis Romanorum, ac Domini Ludowici, Brandenburgenſis Marchionis, confectas, audiuimus et in preſentia noſtra legere fecimus non raſas, non cancellatas nec abolitas, nec in aliqua parte vitiatas in hec verba: (No. LIX. und No. LXIII.) Data ſunt hec ſub Copia noſtris ſub ſigillis Anno Domini MCCC quadrageſimo quarto, proximo Sabbatho poſt Aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

XCIII. Beſtätigung der zu Prenzlau beſtehenden Brüderſchaft für Begräbniß der Armen durch den Biſchof Johann von Camin, vom 29. September 1345, und den Biſchof Philipp von Camin, vom 21. März 1373.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Philippus, Dei Gracia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis. Deum omnipotentem credimus nobis habere propicium cum eius fideles et deuotos ad caritatis opera facienda et diuinum cultum augmentandum per indulgenciarum miſſiones incitamus. Prouide vidimus et audiuimus literas felicis recordacionis Domini Johannis noſtri Predeceſſoris ſuper quadam fraternitate in premzlaw, noſtre Dyoceſis presbiteris et laycis ibidem conceſſas et donatas, non concellatas, neque raſas et omni penitus ſuſpicionis vicio carentes tenoris infra ſcripti: In nomine Domini Amen. Johanes, Dei gracia Epiſcopus Eccleſie Camynenſis, Ad perpetuam rei memoriam. Rem non nouam gerimus, ſed veteris facti innouata veſtigia calcamus

Dum ea, qve rite et pie per predeceſſores noſtros facta ſunt, per noſtras patentes ſtabilimus. Sane vidimus et audiuimus literas pie recordacionis Domini Frederici, noſtri predeceſſoris, ſuper quadam fraternitate in Premzlaw noſtre Dyoceſis, Presbyteris et laycis ibidem conceſſas, non raſas non abolytas, ſed omni prorſus ſuſpicionis vicio carentes, quarum literarum tenor ſequitur in hec verba (Urkunde vom 9. Februar 1334, No. LXXX). Nos igitur conſiderantes huiusmodi fraternitatem magnam eſſe pietatem eandem tanquam racionabilem admiſimus et in nomine Domini in hijs ſcriptis confirmamus, volentes eciam dictorum fratrum bonorum operum eſſe participes, que per ipſos operabitur diuina clemencia Saluatoris, omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad dictam fraternitatem manus ſuas porrexerint adiutrices, nec non qui conuenerint ad peragendas exequias mortuorum, de auctoritate omnipotentis Dei et beatorum petri ac pauli apoſtolorum eius ſuffragiis confiſi quadraginta Dierum indulgencias et vnam carenam de iniunctis ſibi penitenciis in Domino miſericorditer relaxamus. Indulgencias nichilominus noſtri predeceſſoris dicte fraternitati conceſſas preſentibus approbamus. Datum Lokenitze, Anno Domini milleſimo CCC°. XL°. quinto, in die Michaelis Archangeli noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo in teſtimonium euidens premiſſorum. Nos ergo perpendentes dictam fraternitatem non modicam fore pietatem, ipſam tamqvam racionabilem admiſimus et preſentibus admittimus et in nomine Domini in hijs ſcriptis confirmamus. Affectantes eciam dictorum fratrum kalendarum bonorum operum eſſe participes, qve per ipſos operabitur diuina clemencia Saluatoris, omnibus vere penitentibus confeſſis et contritis, qui ad dictam fraternitatem ſe ſtatuerint, manusque ſuas porrexerint adiutrices, nec non qui conuenerint ad exequias mortuorum peragendas, de auctoritate Omnipotentis Dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſuffragiis confiſi quadraginta dierum indulgencias et vnam carenam de iniunctis ſibi penitenciis in Domino miſericorditer relaxamus: Inſuper omnes et ſingulas indulgencias noſtrorum predeceſſorum dicte fraternitati datas et conceſſas preſentibus noſtris literis approbamus. Datum Stetyn, Anno Domini Milleſimo CCC°. ſeptuageſimo tercio, feria ſecunda poſt Dominicam, qua cantabatur oculi, noſtro ſub ſecreto, quo adhuc utimur in premiſſis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XCIV. Der Knappe Ulrich Rormoiſer bekundet, den Bäckern zu Prenzlau zur Ausſtattung ihres Altares Hebungen verkauft zu haben, am 29. Januar 1347.

Ego Vlricus, dictus Rormoyſer, famulus, vnuerſis preſencia percepturis cupio non latere, quod honeſtus dominus Johannes, miles, dictus Rormoyſer, frater meus, ſimiliter et ego iuſte vendidimus pro triginta nouem marcis Brandenburgenſis argenti nobis plene perſolutis et in vſum noſtrum vtiliter conuerſis, a quibus per modum quitacionis plene ceſſamus, Diſcretis viris magiſtris et ſenioribus ac vniuerſis opificibus gulde piſtorum in Prenzlaw, ad vſum cuiuſdam Altaris ſex talenta Brandenburg. denariorum Annuorum reddituum, cum omni proprietate pheodo et iure conferendj. Ordinauimus eciam prefatis piſtoribus deſuper literam priuilegialem magnifici domini noſtri videlicet Brandenburgenſis Marchionis, que litera ſi quicquam ambiguj, erroris aut In-

ſufficiencie contineret, extunc promittimus eiſdem, alias literas a predicto domino noſtro marchione bene correctas completas efficaces et ipſis placibiles, non pro ipſorum pecunia, ſed pro noſtris denariis et ſub expenſis et laboribus noſtris cum requiſiti fuimus ſine omni contradictione ordinare. In quorum euidenciam ſigillum mei prefati vlrici propter abſenciam prefati mej fratris preſentibus eſt addiectum et ſunt Teſtes dominus Hinricus preſbiter plebanus in Wytſtok, Hentzelinus, noſter aduocatus, Nycolaus peytzke, notarius ciuitatis prentzlaw, et multi fide dignj. Datum prentzlaw, Anno domini M°. CCC°. XL°. ſeptimo, proxima feria ſecunda ante purificationem Beate marie virginis glorioſe.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XCV. Markgraf Ludwig publicirt der Stadt Prenzlau die von ſeinem Hauptmanne Friedrich von Lochen erlaſſenen Anordnungen wegen der Münze, am 12. Juli 1347.

Wir Ludewig, von Gotts Gnaden Marggraf zu Brandenburg und zu Luſitz, Phallentzgraf bei dem Rein, Hertzog in Beyern und in Kernthen, des heiligen Romiſchen Reichs Oberſter Cämmerer, bekenne offenbar, daſs unſer lieber getrewer Hauptmann in der Mark, Friedrich von Lochen, der zu den Zeiten vnſern vollen Gewalt hatte, von unſernwegen geredet und geteidinget hat, mit rate unſers rates, vnſer Landſchafft vnd vnſer Stede, und mit guten Willekor der Müntz Meiſter, daſs man die Müntze in der Marke überall alſo holden ſoll, als hernach geſchrieben ſtet, ewiglich. Zu dem erſten nach der alden Gewohnheit ſoll das Brandenborgſche ſilber beſtan bey anderhalben Lode. Zu dem andern mal, ſo ſchöln Acht vnd Zweinzig ſchilling vnd vier Pfenninge eyne marck wegen, Zweene Pfenninge ſollen nicht zu Vure ſtan und der Pfenning ſoll ein itzlig Müntzmeiſter ein gewer ſein in ſeiner ſmyde und wo er des Wechſel ſtat. Och ſoll er der Pfenninge, die er in eynem Jahr ſchlehet, vf des neheſt Jar darnach ſechzehen vor einen ſchilling nemen das gantze Jhar dorch. Ouch ſoll nimand nye ſilber machen, weder Chriſten noch Juden; wer damit begriffen wird, den ſoll man vphalden vor einen Velſcher. Wer es auch, daſs einig Goltſchmidt oder jemand newe Silber brendte, den ſoll man vahen als einen Velſcher. Ock ſoll ein itzlich Müntzmeiſter ſeine Pfennige vor eine marg geben Fünffte halben ſchilling vnd Zwantzig von der Zeit, als der Schlag beginnt, Wand to ſund Michels Tag, fünff vnd Zweintzig ſchilling wand to ſund Martiene Tag, Sechſtehalb ſchilling vnd Zweintzig bis tu Weinachten Sechs vnd Zweintzig ſchilling wandt to Lichtmeſse, ſiebendehalben ſchilling und Zweintzig bis zu Mitteruaſten, ſieben und zweintzig ſchillinge bis vf ſund Walporgen Tag. Ock ſoll kein Jude ſilber keuffen anders, wenn es von older gewohnheit geweſen iſt. Ock ſoll ein etzleich Müntzmeiſter vol alleſsweme wechſeln; wer es, deſs des nicht geſchehe, wer das beweiſen mag, der ſoll den andern weren mit Sechtzehn alten Pfennigen, die des Jhares gegangen hebben, vor einen neuen ſchilling. Ock ſoll ein etzleich müntzmeiſter ſeinen Wechſel weiten und halten in al der weiſs, als es von alters her geweſen iſt. Ock ſo ſollen die Pfennighe durch gehen dis Jhar an den negſten Markttag vor vnſe frawen Tag wurtzwyhe, darnach ſoll man es holden, als es von alter ge-

weſen iſt. Ock ſol ein etzleich Mann von dem andern, der ihm ſilber ſchuldig iſt, ob er des ſilbers nichten hat, nemen alſo viel vor ene marg, als der müntzmeiſter gibt, nach der Zeit, als es hievor beſchreuen ſteht, vnd das ſoll eine warunge ſein über all die Land. Vortmer ſollen die Rathmanne in allen ſteden der ware gewalt haben mit den Voiten; were es, daſs ein Velſcher würde vfgehalten, wer den vfhelt, der ſol haben den dritten Theil des Geldes, daſs bei im begriffen wird, vnd ober den Velſcher ſoll man richten, alſs Recht iſt; wer es auch, daſs man jemandt zumute valſcher Pfenig, vnd verſuche er der Pfennige, die er bey ſich hette, die ſoll er verlohren haben, alleyne ſey wol gerecht ſein. Wer es auch, daſs man von Jemand valſcher Pfennige vermute vnd worde er flüchtig, dem ſoll man folgen mit Gerüchte, als ein Recht iſt, vnd was an dem geſchehen, deſs ſoll man ledig vnd loſs ſein. Dieſer Ware ſollen Hüter ſein vnſer Voyte die Rathmanne der Stedte vnd vnſere Müntzmeiſter vnd all ihr Geſinde. Ouch haben die Müntzmeiſter alle vnſer Stedte ſich des verwilkort vnd verbunden in dieſem Briefe, daſs ſie alle dieſe vorgeſchriebene Stücke Bede ſei vnd ir nahchomen ſtet vnd gantz halten wollen vnd nimmer dakegen ſein wollen, weder mit bete noch mit keinen ſachen, vnd daſs alle dieſe vorgeſchriebene ſtück gantz vnd vnzerbrochen bleiben ewiglich. Deſs haben wir dieſen Brief geſeſtet mit vnſerm Inſiegel, der geben zu Berlyn, nach Chriſti Geburt dreizehn hundert Jhar, darnach in dem ſieben vnd viertzigſten Jhar, am ſand Margareten Abendt.

Aus einem Copialbuche.

XCVI. Die Städte Prenzlau, Paſewalk, Angermünde und Templin verbinden ſich zu gegenſeitigem Beiſtande, am 11. Januar 1348.

Wy Ratmanne vnde Schepen vnde Guldemeiſtere vnde dy gemeynheit van deſsen Steden Premzlaw, Pazewolc, Angermünde vnde Templin, betughen alle in deſsen Briue, Weret, dat ennich Man vt deſsen Steden worde gevaret oder angeſproken oder Schaden neme vmme dy Enynghe, dy wy gedan hebben unſeme heren vnde den Landen to Vromen, dat were vmme wort, dy he ſpreke von vnſer wegen oder vmme welkerley Sacke, dy uns andrapede, des ſcholen wy em erſtan vnd ſcholen von allen Schaden em dar af nemen. Vortmer, worde in enger ſtat, dy hir vorbenumet ſyn, ennich Gewer odder Krich, dar ſcholen dy anderen Stede to komen vnde ſcholen dat breken. Wy dar Recht heft, den ſcholen wy by rechte beholden, wy dar Vnrecht heft, dy ſchalen dar ave laten. Dat wy dat gentzlike holden willen, dat lowe wy met eynander by vnſen Truwen. To eyme vollenkomen Tughe deſſer Stüke ſo hebbe wy gemeynlicke deſsen Brif gegheuen, bewart met den Ingeſegelen vnſer vorbenomeden Stede. Actum et Datum Premzlow, Anno Domini M°. CCC°. XL°. octavo, ipſa ſexta feria infra octavas Epiphanie Domini noſtri Jheſu Chriſti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals. In Seckt's Geſch. mit dem falſchen Datum 1340.

XCVII. Wilhelm von Wamprecht bekundet, im Namen Friedrichs von Lochen der Stadt Prenzlau die Mühlen auf 2 Jahre überlaſſen zu haben, am 29. Februar 1348.

Ego Wilhelmus de Wamprecht, miles, pincerna et Advocatus magnifici principis Ludowici, Marchionis de Brandenburg, preſentibus recognoſco, quod a commiſſione molendinorum in Premslaw mihi facta per predictum Dominum meum marchionem ceſſavi ad manus conſulum in Premslaw ex parte Domini Frederici de Lochen, Capitanei, et placitavi inter predictum Dominum Fredericum et prefatos conſules, quod iidem conſules convenerunt ſibi et comparaverunt predicta molendina a proximo die cinerum ad duos annos proxime ſubſequentes. Pro huiusmodi conventione debent dare CC marcas Brandenburgenſis argenti et debent pagare centum marcas in Dominico die Letare proximo et deinceps in alio die Dominico Letare ulterius ad annum centum marcas. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum Prentzlaw, Anno Domini M°. CCC°. XL°. octavo, proxima feria ſexta ante Dominicam Eſto mihi.

Aus einem Copialbuche.

XCVIII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Prenzlau das Eigenthum der landesherrlichen Mühlen daſelbſt und erklärt die Stadt für zollfrei in Paſewalk und Löcknitz, am 5. September 1348.

Wy Woldemar, von dy Gnaden Godes tho Brandenborch, to Luſitz, to Landeſsberg Marggrafe vnde des heiligen Romiſchken Riks oberſter Cemmerer, bekennen vnd betugen openbar in deſsen Brieuen, dat wy met guden willen vnde met rade vnde met vollborth vnſer Frunde vnde vnſer getreuwen Rahtgeuern vnde vnſer man hebben angeſehen die woldath vnde den Dienſt vnſer getrewen liuen Borgern vnſer Stad tho Prembſslow, vnde hebben gegeuen vnde geleghen vnd lihen in deſsen kegenwerdigen Bryue den benombden vnſern Borgeren vnde allen eren nachkomelingen to einer rechten eigendome Alle die Mollen, de dar liggen to der Stadt Premſslow, buten vnd binnen, met aller nut, met allem Rechte, met aller vryheit, alſo, alſs wy ſy vnde vnſe Olderen vnd vnſe Vorfahren vnde dy olden Forſten vor gehat vnde beſeten hebben, ewiglichen to beſittende vnde to beholtende, ſonder allerley anſprake vnſer oder vnſer nachkomelingen. Vortmer ſcholen die Ratmanne richten alle Bröke, die dar geſchuyt in den molen. Vortmer alle die dorpe, die von older darthu gehort hebben, die ſcholen dartho malen by ſulcker Pandinge vnd Pyne, alſo von older dar to gehört hefft. Ock mögen dy benomende Borgern to der Molen holt holen fri in vnſer heide, ſunder fahre vnd ahne Geld, wor ſie willen. Vortmer ſcholen die benommende Borgere alles tolles fry weſen to Paſewalck vnde to der Lokenitz, to watern vnd to Lande. To einer ewigen ſtedichkeit aller deſſer Dinge hebben wy vnſe grote Ingeſegel an deſſen Bryff laten hengen, vnde deſſer Dinge ſint Tüge die waldigen Forſten, Herr

Rudolff vnde Otto, Beyde Hertzogen von Saſsen, vnſe Oemen, vndt Graue Albrecht von Barbey, dy Edle Man, dy deſser Ding gededinget hebben vnde vell mehr andere Lude, die der trouwen werdigk ſyn. Gegeuen to Prentzlow, na Gades Gebort dritteyn hundert Jhar in deme Acht vnd viertigſten Jhar, in deme neyſten vrydage vor vnſer fruwen Dage, alſse ſe geboren wardt.

Aus einem Copialbuche.

XCIX. Markgraf Woldemar macht der Stadt Prenzlau verſchiedene Zugeſtändniſſe in Betreff der Schulden der Baiern, des Zolles, der Belehnung ꝛc., am 5. September 1348.

Wir Woldemare, von der Gnaden Gottes to Brandenborch, to Luſitz, to Landeſsberg Margkgrave vnde des Heylighen Romeſchen Rickes overſte Kemmerer, bekennen openbahr vnde betughen in deſsen Briue, dat wy laven vnſen liven getrewen Borgeren vnſer Stat tu Prentzlow, wat Markgreve Ludowich vnd dy Beygere ſchuldig ſein bleuen, dat man redlike bewiſen mach, dat ſchole wy gelden. Vortmehr weret, dat Markgraue Ludewich dy marke anſprike oder die Stat dat ſchule verantwerden, wor wy dat bilken don, vf vnſe Pennighe vnd vnſen Arbeit vnde vnſe Koſt. Vortmer loue wy on dat, dat wy willen aue laten gan alle vnrechte tolle vnde geleyde, dat ſeder der Tyt vp is komen, ſedder dat wy vt deme Lande ſint geweſen. Vortmer ſcholen die benomende Borgere alles tolles vry weſen to Paſewalck vnd to der Locnitz, tu water vnde tu Lande. Vortmer loue wy dat, dat wy ſcholen Mannen vnd Borgeren lyen öre guht nu tu deſser Tyt vorgeues. Tu groter Bekentniſſe hebbe wy vnſe grote Ingeſiegele an deſſen Brief laten hengen. Deſſer Dinge ſind Tyge dy gewaldigen Vorſten, Hertoge Rudolph vnde Hertoge Otte von Saſsen, vnſe Oymen, vnde greue Albrecht von Anhalt, vnſe Oyme, vnde dy Edele Man Greue Albert von Barbey, dy deſse Dinck gededinget hebben. Gegeuen tu Prentzlow, nach Gades Gebort dritteynhundert in deme Acht vnd Virtegheſten Jhare, in dem negeſten Vrydaghe vor vnſer Vrowen, alſe ſy geboren wart.

Aus einem Copialbuche.

C. Markgraf Woldemar verſichert die Stadt Prenzlau der Untrennbarkeit von der Mark und anderer Rechte, am 5. September 1348.

Wir Woldemar, von der Gnaden Godes to Brandenborch, to Luſitz, to Landesberch Marckgrave vnd des Heyligen Römiſchen Rickes overſter Kemerer, bekennen vnd betugen

apenbar in deſsen Brefe, dat wy ſcholen vnde willen vnſen liuen getruwen Borgeren in vnſer Stad to Premſslow, dy nu ſyn vnd tukommende ſyn, halden alle ore rechtigkeit, gnade vnd friheit vnd ore gude gewonheit, dy ſie von alder von den Herren gehat hebben, vnd ſcholen en dy beteren vnd nicht ergeren. Ock wyl wy vnde ſcholen en halden, dat ſy met brieven bewieſen möghen, offt ſie en ſint gegheuen von deme Ricke oder von alden Vorſten oder alden Vorſtinnen der Marke oder von Markgrave Ludewighe. Ok en ſchole wy der Lande nicht ſcheyden. Ok were vnſer manne enych, dy enghe Schlot oder Veſte hedden, dy ſchelinghe met eynander hedden vnde ſich an rechte nicht genügen wolden laten, vnd dar bouen or eyn deme andern dat ſyne neme vnde verunrechtede, den ſchal man verfolghen mit Klaghe vnd in die Veſtinge nehmen In allen Steden vnde nicht ſpieſen, went an die Tyd, det he det Unrecht weder deyt, dar ſchole wy en tu helpen. Wert ock, dat vns vnſe Dienere volgenden in Eyme Here, ſo ſchall man dye Borgere nicht beherbergen in der Stad, wen ſie is wol geweſen moghen. Auer würd et on tu vell vnd ſtörden ſy dat, daran ſcholen ſy an vns nichtniſs dan hebben. Ock wer et, dat vnſer Dyner Enych eynen redeliken Brocke dede in der Stad, den ſcholen ſie richten nach der Stad Rechte. Ock ſchol der in der Stad vor deme Schulten ein giwilik to rechte ſtan, behaluen vnſe Diener, dy vns Dienſtes Pflichtig ſein. Ock gunne wy en dat, daſs ſie ſich voreinen mit anderen Steten in der wiſs, wolden ſy ymand verunrechten, dat ſy deme eynmechtigliken wederſtan moghen, dar ſchole wy en tu behelpen ſyn. Vortmer will wy, dat man geyne Borchvreden noch Veſten in vnſeme Lande buwen ſchole, dat en ſy met der Stede rade; worden ſie auer gebuwet vnde dy ſynt gebuwet ſyn, ſeder dat wy ut deme Lande ſyn geweſet, dy ſchole wy brecken. Weret ok, dat wy ſy in eynghen Verſprocken ſtücken vorunrechteden vnde die Briue en ok nicht enthilden, dy ſy hebben; ſo ſcholen ſie die Macht hebben, dat ſy ſich oder mit andern Steden eyme Herren ualen, die en öres rechtes verdedinghe, dat ſcholen ſie thuen met allen Ehren went an die Tyd, dat wy des Mudes werden, dat wy ſe bey rechte laten, ſo ſcholen ſy weder to vns kehren. Alle deſse Dinck, die wy ohn bebriuet vnde ſy vorbriuet hebben, die ſcholen Vnſe Nakomelinghe holden ſtete vnd veſt, als wy. To eyner ewighen ſtedicheit deſſer vorſprocken Dinghe hebbe wy vnſe Inſiegel an deſsen Brief gehangen. To eyner Betüginge, ſo hebbe wy greue Albrecht von Anhalt vnſe grote Inſigel an deſsen Brief gehangen, des ſint ok Tughe dy gewaldigen Vorſten Hertoghe Rudolf vnde Hertoge Otto von Saſsen vnd dy Edle Mann greue Albrecht von Barbey, die deſse Ding gededinget hebben. Gegeuen to Premſslow, nach Gades Gebort dritteinhundert Jhar in dem acht vnd Viertigſten Jhare, in dem negeſten Vrytage vor vnſer Vruwen Dage, alſe ſie geboren wart.

Aus einem Copialbuche.

CI. Markgraf Woldemar ſchenkt der Stadt Prenzlau den daſelbſt beim Prediger-Kloſter gelegenen markgräflichen Hof, am 5. September 1348.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie et de Landesberch Marchio, ſacrique Romani Imperii Archicamerarius, recognoſcimus palam preſentibus proteſtantes, quod fidelibus noſtris et dilectis Conſulibus ac ciuibus civitatis noſtre Premslaw pro diverſis obſequiis nobis impenſis dedimus et donamus per preſentes curiam noſtram ibidem in Prentzlaw, ſitam prope clauſtrum predicatorum, cum omni iure, proprietate et libertate dicte curie adiacente, omne impetitione deleta, que nobis aut ſucceſſoribus noſtris aut cuiquam de eadem curia competere poſſet in futuro. In cuius evidentiam ſigillum noſtrum groſſius preſentibus eſt addactum. Et ſunt huius teſtes generoſi Principes Rudolfus et Otto, Duces Saxonie, et Albertus, Comes de Anhalt, noſtri dilecti Conſanguinei, et nobilis vir Albertus, Comes de Barbey et plures fide digni. Datum Prentzlaw, Anno Domini M°. CCC°. XL°. octavo, proxima feria VI ante Nativitatem Sancte Marie.

Aus einem Copialbuche. Seckt's Geſch. I., Urk.-Anh. S. 182, No. 34.

CII. Markgraf Woldemar überläßt den Zoll zu Prenzlau an den Bürger Johann Fiol, im Jahre 1348.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis, Luſatie et de Landesberch Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, omnibus preſens ſcriptum intuentibus volumus fore notum, quod diſcreto viro Johanni Fiol, nobis preſincero civi in Prentzlaw, ſuisque heredibus legitimis et veris, noſtre pietatis ex motu, contulimus preſentibusque conferimus Thelonium, quod teutonice toll dicitur, in predicta civitate Prentzlawe ſitum, juſto titulo pheodali hereditarie poſſidendum pacifice et quiete, omni impetitione ac inveſtatione et indignatione noſtrorum Advocatorum vel aliorum noſtrum Commiſſorium quoquomodo gerentium procul mota. Faventes eidem Johanni ſuisque heredibus, ut predictum thelonium cum omnibus fructibus et proventibus adiacentibus habeat et convertat ad uſum et commodum ſue utilitatis, prout ſibi melius videbitur expedire. Teſtes huius facti et collationis ſunt magnifici Principes ac Domini Rudolphus, Otto, Duces Saxonie, Albertus, Princeps de Anhalt, Albertus, Comes de Muling, Wernerus de Anvorde, Bernardus de Plotzik, milites, et ceteri quam plures fide digni. Datum Paſewalck, Anno Domini M°. CCC°. XLVIII°., noſtro groſſius ſub ſigillo.

Seckt's Geſch. I., Urk.-Anh. S. 183, No. 35.

CIII. König Karl IV. verweist die Prenzlauer an die Markgrafen Ludwig, Ludwig den Römer und Otto, am 6. April 1350.

Wir karl, von Gots Gnaden Römiſcher kuning, zu allen zeiten Merer des Reichs und kunnig zu Behemen, ſazzen zu Gericht zu Nurenberg, des neheſten Dinſtags nach dem Suntag, als man ſinght quaſi modo geniti, vnd entbieten den wiſen lüten, den Schuwachten gemeynlich in der Statt zu dem Prentzlow vnſe Gnad vnd alles gut und tun in kund, daz Wir zu Gericht geſezzen ſein, alz Romiſcher Kunig von Recht ſol. Do kom für Uns in Gericht der Hochgeboren Ruprecht, Phalantz-Grawe by Rhyn vnd Hertzog in Bayern, vnſer lieber Swager vnd furſte, mit vollem vnd gantzen Gewalt an des Hochgebohren Ludwiges ſtatt, Marggrafen zu Brandenburg, vnſers furſten vnd lieben Ohems, Von der Ladung weghen, die Wir getan hetten Woldemarn, den man nennet Marggrafen zu Brandenburg, vnd auch von ſeiner Helffer weghen, die Wir unverzogenlich da hingeladen hetten vnd betagt vf Recht: vnd das Recht vfgenommen wart, mit Recht, vnſer Gunſt vnd guten Willen ir beider Kuntſchaft vnd Beweiſunghen mit dem rechten zu bewiſen, ob er es Marggraf Woldemar, Marggrafen Cunrads ſeeligen zu Brandenburg Sun were, oder nicht, ſo bewiſete vor Uns offenbar in Gericht der vorgenandte Hertzog Ruprecht mit guter warer Kuntſchaft, daſs er es nicht were, Woldemar, Marggrafen Cunrads ſeeligen zu Brandenburg Sun, von des obgenannten Ludewigs wegen, Marggrafen zu Brandenburg, vnd davon gebiten Wir juw von Gerichts wegen vnd vnſern Koniglichen Gewalt vnd bi vnſerm vnd des Reiches hulden, das ir euch nichts mer keret an denſelben Woldemar, wann er unrecht iſt, noch an ſeine helffer, vnd der vorgenandte Ludewig, Marggraf zu Brandenburg, mit Unrecht vs der Marck zu Brandenburg geworfen iſt van des wegen, den man nennet Marggrafen Woldemar, vnd ſollen Juch vnverzogenlich vnd ane Widderrede an den obgenandten Ludewigen, den Romer vnd Otten, ſeine Bruder, Marggrafen zu Brandenburg vnd zu Luſitz, Unſern lieben Ohemen vnd Fürſten, halten vnd ihn ſchweren, hulden vnd gehorſam ſeyn vnd auch gehorſam tun, alſs juwen rechten Hern, Wan Wir ſei auch derſelben Marck zu Brandenburg vnd des Landes zu Luſitz in Untz Gewere geſetzet haben, mit rechten Gericht vnd Urteil, als ir Briefe ſprechen, die ſei darüber habent beſiegelt mit vnſers Hovgerichts Inſiegel, die In mit Urteil von Uns darüber gegeben ſint, vnd ſullent ouch von den unrechten in das Recht widder keren, wenn es der obgenannte Hertzog Ruprecht vor Uns vnd dem Gerichte mit rechter Urteil alſo bewiſet hat, daſs Woldemar, der ſich nennet Marggrafe zu Brandenburg, vngerecht iſt, vnd der vorgenannte Ludewig, Marggraff zu Brandenburg, vnd ſein egenannte Bruder gerecht ſint vnd rechte Marggrafen ſein zu Brandenburg, darumb tut bi in, alſs bi juwen rechten Heren. Tetent ir des nicht, wann es In mit geſamten Urteil vor vns erteilet iſt, Wir richten darumb zu juw, als recht iſt. Des ſenden wir juw von Gericht mit Urteil diſen Brief, beſiglet mit vnſers Hovgerichts Inſigell, Der geben iſt zu Nürenberg, nach Chriſts Geburth drietzehenhundert Jar vnd funftzig Jar, des Tags, als vorgeſcriven ſtat, in dem vierten Jare vnſer Reiche.

Aus einem Copialbuche.

CIV. Die Herzöge von Sachsen und Fürsten von Anhalt, denen die Stadt Prenzlau für den Todesfall Woldemar's Erbhuldigung geleistet hat, machen der Stadt für diesen Fall verschiedene Zugeständnisse, am 18. Mai 1350.

Marggreuen Otten tu Brandenburg, daſz he ok dat ſtete vnd gantz holde der Stad tu Primſzlaw vnd den Borgern, als wy ohn dat vorbriefet hebben. Das tu Uhrkunde hebbe wy vnſe Ingeſegel gehangen an deſzen Brief, darouer ſind geueſen die veſten Lüde, Herr Haſze von Falkenborch, Herr Zacharias von Kufftein, vnſer Vaget in der Ukermark, Henning von Eichſtede vnd Janemann von Greiffenberg, vnd ander Lüde genug, den wol tu louende iſt. Ghegeuen to Primſzlaw, na Godes Gebort Duſent Jhar dryhundert Jhar vnd in deme twei vnd ſeſtigeſten Jhare, an dem Sondage, als man ſinget Eſto mihi.

Nach einem Copialbuche.

CXXVI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Nonnenkloſter und dem heil. Geiſt-Hoſpital zu Prenzlau das Dorf Röpersdorf, am 4. März 1362.

In nomine Domini Amen. Qvoniam ea, que fiunt in tempore, niſi ſcripturarum ſolidentur teſtimonio — — tollit oblivio; Hinc eſt qvod nos Ludovicus Romanus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, ſacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, noſtro, illuſtris qvoqve Principis Ottonis, Marchionis Brandenburgenſis, fratris noſtri dilecti nomine, ad honorem omnipotentis Dei et glorioſe virginis matris ſue Marie, noſtre quoque et progenitorum noſtrorum felicis recordacionis Marchionum Brandenburgenſium animarum remedium ſempiternum, dedimus, damus juſto qvoqve proprietatis titulo ſponte donamus Deo dicatis virginibus totique conventui Monaſterii ſanctimonialium in Prentzlow ordinis Ciſtercienſium Caminenſis Dioeceſis, devotis in Chriſto nobis dilectis, ſimiliter etiam Hoſpitali Sancti Spiritus in eadem civitate noſtra Prentzlow ſituato proprietatem ville Roperſtorp cum Jure Patronatus, cum Judicio ſupremo et infimo, cum omnibus paſcuis, pratis, paludibus, arundinetis, piſcinis, lacubus, metis et diſtinctionibus, agris cultis et incultis, cum omni qvoqve precaria, lata et minima pactu et cenſu, cum ſervitio curruum, cum Coſſatis, pullis fumalibus, cum omnibus redditibus et obventionibus, Inſuper et cum Juribus, Libertatibus, commodis, honoribus, qvocunqve vocentur nomine, devolutionibus et vtilitatibus univerſis, ad dictam villam Jure ſeu conſvetudine pertinentibus, cum qvibus et nos, generoſi quoque Principes predeceſſores noſtri memorie ſalutaris Marchiones Brandenburgenſes tenuimus et poſſedimus tranſactis temporibus villam cum proprietate ipſius ante dictam, In cuius qvidem ville retributionem aliqvalem prefate Sanctimoniales pro noſtris uſibus ducentas et decem marcas argenti Brandenburgenſis expoſuerunt et integre in parato perſolverunt, habendam, tenendam perpetuis qvoqve temporibus, ſine qualibet noſtra, heredum et ſucceſſorum, ſimiliter et qvorumlibet Officiatorum noſtrorum contradictione, ſolenni ut premittitur proprietatis titulo pacifice poſſidendam, Renunciantes inſuper noſtro ac heredum et ſucceſſorum noſtrorum nomine omni Juri, actioni, impetitioni, qvod vel que nobis in proprietate dicte ville competebant ſeu qvomodolibet competere poterunt in futuro. In cuius rei evidentiam clariorem Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, preſentibus Strenuis viris Haſſone de Valkenborg, Zacharia de Kufſtein, Advocato noſtro in terra Ukere, Hermanno de Wulkow, militibus, Hennigo de Eickſteden,

Henningo et Janemanno de Gryffenberg, Eberhardo de Halversleben et Ottone Mörnero cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Prentzlaw, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſecundo, feria VI[a] proxima ante dominicam, qva cantatur Invocavit.

Nach einer alten Copie.

CXXVII. Kaiſer Karl IV. beſtätigt der Stadt Prenzlau ihre Privilegien, nachdem ſie ihm und ſeinen Söhnen laut des mit den Markgrafen gemachten Vertrags gehuldigt haben, am 31. Juli 1363.

Wir Carl, von Godes Gnaden Romiſcher Keiſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs vnd König zu Böhmen, bekennen vnd thun kundt öffentlich mit dieſem Brieue allen den, dy in ſehen oder hören leſen, wann die Hochgebornen Ludewig, genant der Römer, vnd Otto, Marggrauen zu Brandenborg vnd Luſitz, des heiligen Römiſchen Reichs Ertz Cämmerer, vnſer lieben Newen vnd Fürſten, mit wohlbedachtem Muhte, mit Rahte Ihrer getreuen vnbetwungen vnd mit freyer Willkühr, mit gutem Willen vnd mit rechter Wiſſen mit vns etlicher theidinge, Sachen vnd Ordnunge übereinkommen ſeyn von wegen der Marcken zu Brandenburg und tu Luſitz vnd wann der Ehrwürdige Gerlach, Ertz Biſchoff zu Meyntz, des heiligen Reichs Ertz Cantzler im deutſchen Landen vnd die Hochgebornen Ruprecht der Eltere, Phaltz Grafe beym Reyn, des heiligen Reichs Ertztruchſectz, Rudolph, Hertzog zu Sachſen, des heiligen Reichs Ertz Marſchalk vnd der ehgenannte Ludewig vnd wir ſelber, zu dem mahle, alſz ein König zu Beheim vnd ein Churfürſte des Reichs mit Ihm, vnd ſie mit Uns, als Churfürſten des heiligen Reichs mit gemeinen Rahte, daſz zurechte erfunden vnd getheilet haben, daſz die ehgenannten Marggrauen Ludewig vnd Otto ſolche teiding, Ordnung vnd Sachen mit vnſerm Willen, alſz eines Keyſers vnd Lehn Herren zur Rechte wolgethun möchten, vnd wann dieſelben teidinge, Ordnung vnd Sachen beſchrieben ſint, vnd mit der ehgenannten Marggrafen Ludewig vnd Marggrafen Otten anhangenden Inſiegeln vorſiegelt, befeſtent vnd confirmiret ſind, von Worte zu Worte als hernach geſchrieben ſteht: (Hauptheil II, Bd. II, S. 445.) Und wann nach laut der egenannten Brieue, vnd vf dieſelben Brieue vnd uff ſolche Meinungen, alſz in den Breuen begriffen iſt, die ehgenannten Marggrafen Ludewig der Römer vnd Marggraff Otto, den Erſamen Weiſen Leuten, dem Rathe vnd den Börgern gemeinlich der Stad zu Prymſzlaw, geboten vnd ſie geheiſzen haben, daſz ſie Vns vnd allen den, die das angeht vnd berüren mag oder wirdet in künfftigen Zeiten, nach Laute der egenannten Briefe hulden, geloben vnd ſchweren ſollten, vnd wann ſie durch Geboht vnd Geheiſze der egenannten ihrer Erb Herren Vns vnd allen, die das angehet oder berüren mag oder wirdet in dheinen Zeiten noch Laüte der ehgenannten Briefe, mit wolbedachtem Muthe, mit gutem Willen vnd mit rechter Wiſsen vnd gemeinem Rathe gehuldet, gelobet vnd geſchworen haben uff die egenannten Briefe vnd vff alle die Mejnunge, die darinne begriffen iſt, vnd bey namen vns gelobet vnd leibhaftiglich zu den heiligen geſchworen haben, daſs ſie, ihre Erben vnd ihre Nachkommen ewiglichen Vns vnd allen den die das angeht oder angeen wirdt in künfftigen Zeiten, alle die

obgenannten Sachen, Ordnung vnd Teidunge in allen Meinungen, Punckten vnd Artikeln von Worte zu Worte, alſs ſie davor geſchrieben vnd begriffen ſint, gantz ſtede vnd vnverdruckt haben, halden, enden vnd vollziehen wollen vnd ſullen in gutem treuen ongeuerd, Davon beſtetigen, beſeſten vnd confirmiren wir den egenanten dem Rahte vnd den Borgern gemeinlich der ehgenannten Stad zu Primſzlow, Ihren Erben vnd Nachkommen ewiglichen alle Ihren Handfeſte vnd Brieue, die ſie von ſehliger Gedechtniſse etwann den alden Marggrauen zu Brandenburg vnd zu Luſitz vnd beynahmen bey Marggrauen Ludewigen den ältern ſeeligen vnd auch von Marggrauen Ludewig dem Römer vnd Marggrauen Otten herbracht haben, vnd dazu alle ihre Freyheit, Rechtbehaldung, Ubung vnd gute vnd etliche Gewohnheiten, alſs ſie der von alter in Gewere geweſen ſint vnd noch ſein, Und das geloben wyr ihn jn guten trewen on geuerd, für Vns vnd alle die das angeet oder berüren mag oder wirdet in deinen Zeiten, ob es zu ſulchen Sachen kummet, daſs noch Laute der ehgenannten Brieue, vnd in Kräften der teidinge die drinne begriffen ſint, die ehgenannten Marggraffſchafte zu Brandenburgh vnd zu Luſitz in vnſer oder in vnſer Erben Hand komen, daſs wir denne die ehgenandten Stad zu Primſzlaw, Ihre Erben vnd Nachkommen ewiglichen bey allen denſelben Ihrer Handveſten, Brieuen, Rechten Beholdungen, Ubungen, Freyheiten vnd guten vnd ehrlichen Sachen vnd Gewohnheiten, alſz ſie von Alter herbracht haben, in gewere oder in Brieuen, gehalden, beſchirmen vnd laſsen wollen vnd ſullen gnediglichen vnd on alles geferd. Wann vns die ehgenannten Marggraff Ludewig der Römer vnd Marggraff Otto ihre Erbherren darümb mit ſonderlichem Fleiſse gebeten vnd mit ihrem guten Willen geſchehen iſt In Gegenwertigkeit der Hochgebohrnen, Erwirdigen vnd edlen Rudolffes, Hertzoges zu Sachſen, des heiligen Reichs Ertz-Marſchalcks, Dietrichs, Ertz-Biſchofs zu Meidburg, Peters zu Woltran, vnſers Herrens des Pabſtes Legat, Johannſen von Olanitz, Johannſen zu Lutomuſchel, vnſers Cantzlers, vnd Henrichs zu Lübus, Biſchowe, Bolcken zur Schweidnitz vnd zum Jawar, Pyzyncken zu Teſchin, Bolcken zu Opul, Heinrichs zu dem Brige, Johannſen zu Vſzwentzin, Kaſimir vnd Kaſimir, Geuettern, zu Stettin Hertzogen, Burchardts vnd Hanſen, Burggrauen zu Meideburg, Heinrich vnd Günter zu Schwarzburg, genandt von Arnſtedt, Bertholdes zu Hennenberg vnd Günthers von Berby, Grauen, Heinrichs zu Plaven vnd Heinrichs zu Gerow, Vogts, Hanſen von Hackenborn, Borſen von Riſenburg, Beneſches, Janen vnd Beneſches von Wartenberg, Diederichs vnd Friederichs, Gebrüdere von Schonenburg, Thyman von Kolditz, Peters von Bredow, Hanſen Rochow, Hermans von Wolckow, auch viel andere treuwirdiger Leüte. Mit Uhrkundt dits Brieſes vorſiegelt mit vnſerm Keyſerlichen Inſiegeln, Der gegeben iſt zu alden Berlin, nach Chriſti Geburt dreyzehnhundert Jhar, darnach in dem drey und ſechzigſtem Jare, des negeſten Montags nach Sanct Jacobs Tage des heiligen zwölff Boten, vnſerer Reiche des Römiſchen in dem achtzehenden, des Bohemiſchen in dem ſiebentzehenden vnd des Keyſerthums in dem neundten Jare.

Correcta per Hermannum Theſauri. P. D. Imperatorem
Petrus Jawenſis.

Aus einem Cotialbuche.

CXXVIII. Der Probſt von Gramzow bezeugt, daß er den Ablaß des Biſchofes von Camin zur Gründung des Hoſpitals zu Prenzlau geſehen habe, am 14. Oktober 1363.

Coram univerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris. Nos Petrus, Dei Gratia Prepoſitus eccleſie Gramzovienſis, preſentibus recognoſcimus publice proteſtando, quod vidimus et legimus certas ac veras litteras Reuerendi Domini noſtri Johannis, Epiſcopi Caminenſis, ſuper confirmacione cuiusdam domus hoſpitalis pauperum et peregrinorum conſtructa in noua ciuitate Prentzlow, In quibus litteris deuote indulgentie largiuntur omnibus, qui ad dictum hoſpitale, ſuas eleemoſynas dederunt. Igitur demum et qvia Chriſtianum oſtenſorem preſentium nouimus in eadem hoſpitali prouiſorem eſſe pauperum et petitorem eleemoſynarum pro eisdem, Quicunque igitur ipſi Chriſtiano aliquo opere miſericordie in fauorem dictorum egenorum et peregrinorum manus ſuas adiutrices in largitione cuius doni ſive muneris pro ſua poſſibilitate porrexerint, a ſummo retributore omnium bonorum centuplum recipere poterunt et vitam eternam poſſidere. Datum Gramzſaw, Anno MCCCLXIII, Die Calixti Pape et munitum noſtro ſub ſigillo.

Aus einem Copialbuche.

CXXIX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto vereignen einem in der Johanniskirche zu Prenzlau gegründeten Altar vier Hufen in Baumgarten, welche Friedrich von Lochen dazu aufgegeben hat, am 21. Juni 1364.

In nomine Domini Amen. Noverint vniuerſi et ſinguli tenorem preſentium inſpecturi et audituri, qvod nos Ludovicus Romanus et Otto, Fratres, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes et Luſatie, Duces Bavarie, Comites Palatini Rheni ſacrique Romani Archicamerarius etc. Ob honorem omnipotentis Dei ſueque genetricis beatiſſime virginis Marie ac omnium ſanctorum atque ob ſalutem animarum noſtrorum omnium predeceſſorum, olim Marchionum Brandenburgenſium pie recordationis et progenitorum et heredum noſtrorum ac ſucceſſorum et ut cultus divinus magis ac magis deinceps augeatur, juſto proprietatis titulo appropriavimus et in preſenti appropriamus ac ſolenni donatione donamus Altari Sanctorum videlicet Jacobi Majoris et Matthie Apoſtolorum, Sancti Clementis ac beate Marie Magdalene ſituato, fundato et dotato in Capella Sanctorum Johannis Evangeliſte et Johannis Baptiſte Civitatis noſtre Prentzla quatuor manſos ſitos in campis ville noſtre Bombgarde cum agris cultis et incultis, paſcuis, pratis, Stagnis et Paludibus, cum lignis et arundinibus, ortis et orituris, ſpectantes ad curiam quam nunc inhabitat Heydeco de Kotzlaw, reſignatos coram nobis per nobilem virum Fredericum de Lochen pro ſe et ſuis Heredibus ſolenni renunctiatione ut puta cum Pactu, precaria, Servitio curruum, ſupremo judicio et infimo, cum decima magna et minuta, cum tali iure, quo prefatus Dominus Fridericus de Lochen dictos manſos (poſſedit,) libere ſine omni impedimento in dicta villa et infra limites ejus, cum omni libertate et abſque omni ſervitio quibuscunque nominibus cenſeantur pertinendos et

jugiter permanſuros. Ita quod prefati quatuor manſi annuatim pro omnibus proventibus preenarratis redditibus, ſolvent ac dabunt octo Talenta Brandenburgenſium denariorum in terminis infra ſcriptis, in feſto Sancti Martini quatuor talenta et in feſto Walburgis Virginis quatuor talenta denariorum prefatorum. Cujus altaris Jus patronatus Henningus Hoppe, Civis in Prentzlow, cum ſuis veris et legitimis Heredibus Maſculini ſexus et feminini pacifice et libere ſuis temporibus in perpetuum poſſidebunt, Et conferent idem Altare Sacerdoti idoneo aut Clerico beneficium non habenti, qui infra annum ad ſacros ordines poterit promoveri. Cujus etiam Jus patronatus ad maſculinos heredes principaliter pertinebit, quibus autem non exiſtentibus ad femininum ſexum devolvetur. Senior quoque inter heredes, dum vacaverit, preſentabit, ipſis autem deficientibus omnimode et ab hoc medio ſublatis, dicti Altaris Juspatronatus ad religioſam in Chriſto Abbatiſſam Conventus Sanctimonalium in Prentzlaw, Ordinis ſancti Benedicti, quecunque pro tempore fuerit, libera ac perpetua ſucceſſione temporum legitime devolvetur ita quod dictum altare conferat, dum vacaverit, abſque aliqua penſa meliore forma pre expreſſis iſque cui prefatum altare conferetur, memoriam cum miſſa pro defunctis in ſingulis quartis feriis ob ſalutem animarum noſtrorum progenitorum et predeceſſorum parentumque nec non heredum et ſucceſſorum dicti Henningi Hoppen celebrabit. Volentes ut quicquid in dicto Altari et Capella oblatum repreſentatum et aſſignatum fuerit, quod de jure ad plebanum pertinebit et officium ſub ſuam conſcientiam eidem Plebano Parrochiali preſentabit. Renunciantes etiam pro nobis et noſtrorum amborum heredibus ac ſucceſſoribus omni juri, actioni, impetitioni et utilitati quoad proprietatem dictorum manſorum, quod vel que nobis et eis de predictis manſis competunt vel aliqualiter competere poterint in futurum. In hujus rei evidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes hujus ſunt: Dominus Fridericus de Lochen, Dominus in Boyzenburg, Zacharias Hahſe de Koffenſtein, Henningus de Berlin, Milites, Hermmannus de Blanckenburg, Willeke de Schwanenbeke et Achim Sternekow, famuli, et alii plures fide digni. Datum Konnigesberg, Anno Domini Milleſimo CCCLXIIII, feria ſexta ante feſtum Nativitatis Beati Johannis Baptiſte et Martyris glorioſi.

Nach einem Copialbuche.

CXXX. Das Nonnenkloſter zu Prenzlau überſendet dem Biſchofe von Camin ſeine Genehmigung zur Stiftung eines Jacobi-Altares in der Johannis-Kapelle zu Prenzlau, am 14. September 1364.

Nos Margareta de Jagow, Abbatiſſa, Hildegundt Stretz, Prioriſſa, Albertus Letzike, Prepoſitus Sanctimonialium in Prentzlaw lucide profitemur, quod ad fundationem Altaris Sanctorum videlicet Jacobi Majoris, Matthie Apoſtolorum, Sancti Clementis et Marie Magdalene in Capella S. Johannis Baptiſte dicte Civitatis Prentzlaw, noſtrum dedimus Conſenſum atque damus in his Scriptis, veſtram paternam pietatem humiliter exorantes, ut dictam fundationem auctoritate veſtra ordinaria dignemini ratificare.. Salvo jure noſtro in privilegio deſuper confecto.

Datum Prentzlow, Anno Domini MCCCLXIIII, ipso die exaltationis sancte crucis, nostri conventus ac nostri Prepositi sub sigillo presentibus appenso in Testimonium omnium premissorum.

Aus einer Copie.

CXXXI. Johann, Bischof von Camin, bestätigt die Stiftung und Bewidmung eines Jacobi-Altares in der Johannis-Kapelle zu Prenzlau, am 16. October 1364.

In Nomine Domini Amen. Johannes, Dei gracia Episcopus Ecclesie Caminensis, Ad perpetuam rei memoriam. Spiritualem altissimo speramus impendere famulatum, cum opera et operam nostram diligentem circa cultus divini augmentum apponimus, quod tunc vere factum credimus, Cum ea, que a Christi fidelibus usus divino fuerint deputata, ne imposterum usibus profanis valeant applicari, Quemadmodum nobis competit, authoritate nostra ordinaria stabilimus. Sane vidimus et audivimus literas patentes Illustrium Principum Dominorum Ludovici Romani et Ottonis, fratrum, Marchionum Brandenburgensium, super donatione Proprietatis qvatuor mansorum in campis ville Bombgarden prope Prentzlow site — Et per discretum virum, Henningum Hoppen, Civem Civitatis Prentzlavie predicte, ad fundandum et dotandum unum Altare perpetuum de Consensu expresso honorabilis viri Domini Alberti Liszken, Prepositi, et religiosarum Dominarum Margarete, Abbatisse, et Hildegart Strez, Priorisse, totiusque conventus Sanctimonialium in Prentzlaw, Sancti Benedicti ordinis, in Capella Sanctorum Johannis Baptiste et Evangeliste dicte Civitatis in honorem Sanctorum Apostolorum Jacobi majoris, Matthie ac Clementis et beate Marie Magdalene donatorum, non rasas nec abolitas, sed sanas et integras, ac omni prorsus suspicionis vicio carentes, qvarum tenor seqvitur in hec verba. (Einschaltung der vorstehenden Urkunden der Markgr. vom 21. Juni und des Klosters vom 14. September 1364). Nos igitur prefati Henningi Hoppen, civis civitatis Prentzlavie antedicti, nobis humiliter supplicantis, ut predictum Altare cum qvatuor mansis dictis cum proventibus, qve ab ipsis poterunt derivari, ad usum perpetuum Altaris memorati confirmare dignaremur, precibus condignis inclinati, supradictum Altare cum IV mansis premissis et cum omnibus redditibus, obventionibus, provenientibus ex eisdem una cum dispositione Juris patronatus Altaris ejusdem, nec non consensum Prepositi Abbatisse, Priorisse ac conventus Sanctimonialium in Prentzlaw, Ad hoc adhibitum, rata et grata habemus eaque omnia authoritate nostra ordinaria nobis in hac parte competente in Nomine Domini in his Scriptis confirmamus. Inhibentes et interdicentes sub pena Anathematis et maledictionis eterne, ne potestas secularis vel qvivis alius cujuscunque dignitatis, Status et conditionis, futurum vicarium Altaris sepe dicti, qui pro tempore fuerit, ad istud catholice institutus, in suis mansis eorumque proventibus quoquo modo impediat vel perturbet, sicut omnipotentis Dei et nostram evitare voluerit catholicam ultionem. Datum Corlyn, Anno Domini MCCCLXIIII, in die Galli et Lulli Martyrum beatorum, nostro majori sub sigillo presentibus appenso In Testimonium evidens premissorum.

Nach einer Copie.

CXXXII. Henning Gule verkauft Bürgern in Prenzlau Hebungen aus einem Hofe zu Blindow, am 14. Februar 1365.

Nouerint univerſi fideles hanc literam inſpecturi vel viſuri, Quod henningus, dictus gule, famulus, reſidens in villa blingow, diſcretis viris ac honeſtis hechardo, dicto kare, et nycolao, dicto heydelen, et ſuis veris heredibus vendidit vero tytulo vendicionis H choros anone ſiue tritici ſilignis auene et ordei parui Sui veri pactus ſuper curiam hennekini, dicti Lewenhaghen, in eadem willa blingow, quem pactum predicti viri emerunt vera emcione pro VIII marcis argenti brandenburgenſis monete, quem pactum prenominati viri Hechardus et nycolaus cum ſuis veris heredibus tollent annuatim in feſto beati martini epiſcopi ſine omni impedimento ac ambiguitate et fraude poſtergata. Inſuper ſi prefatus Henningus gule vel ſui veri heredes in poſterum ſepedictam peccuniam reemere voluerint, non cum mobilibus vel immobilibus bonis ſed pro VIII marcis promti argenti brandenborgenſis monete perſoluere non recuſent, pro qua vendicione honeſti ac famoſi famuli Henninghus bouir, Ludicinus de ellinghe, Gerradus gule vna cum Hennigo gule, famulo, coniuncta manu promiſerunt, in cuius rei teſtimonium federis hanc literam prefati famuli ſuis ſigillis patentibus fecerunt roborari. Actum et datum in Willa blingow, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo LXV, In die Walentini martiris glorioſi.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CXXXIII. Papſt Urbans V. Commiſſoriale an den Dechanten der Nicolai-Kirche zu Stendal, die Güter, die von der Marienkirche zu Prentzlow abgekommen, wieder herbei zu bringen, vom 15. März 1365.

Urbanus, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio Decano Eccleſie St. Nicolai Stendalienſis, Halberſtadenſis Dioceſeos, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Rectoris parrochialis eccleſie ſancte Marie in Premslaw caminenſis dioceſeos precibus inclinati preſentium tibi authoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipſius eccleſie alienata, ad jus et proprietatem ejusdem Eccleſie legitime revocare procures, Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compreſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Auinione, Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Nach einer Copie der Joachimsthal'ſchen Schulbibliothek.

CXXXIV. Heinrich Mußheim verkauft Bürgern zu Prenzlau die Bede von 4 Hufen in Guſtow, am 16. Juni 1365.

Ego Hinricus Muſheym, famulus, Confiteor coram ſingulis preſencia viſuris et audituris, Quod juſte vendicionis tytulo vendidi et in preſentibus vendo vna cum heredibus meis Diſcreto viro Heningho Hoppen, principali, Heningho brauel, Heningho beltz, Ciuibus in prempzlaw, et eorundem veris heredibus Precariam denariorum et annone, videlicet quatuor manſorum et tercie partis vnius manſi in villa Guſtow cum omni libertate et jure, ſicut hactenus poſſedi et habui a famoſo Domino meo Vlrico, dicto de Lochen, milite, Quos manſos pro nunc colunt nycolaus Kleynow et Heyne iunghe, villani in prefata villa morantes, pro ſedecim talentis et decem ſolidis denariorum brandenburgenſium in ſingulis feſtis ſanctorum Philippi et jacobi et ſancti Mychaelis Archangeli perpetuo ſine omni areſtancia et impeticione verbisque adiutoriis ſubleuandam. Illo tamen adiecto, ſi a datis preſencium predictam precariam in proximo triennio reemero pro tali pecunia premiſſa a dicto Henningho et ſuis heredibus, extunc ad me et ad meos heredes reuoluetur. Alioquin prefatam precariam perpetue et quiete poſſidebit, Quod vna mecum patruus meus Johannes Muſheym manu coniuncta et fide data quouis dolo remoto firmiter obſeruandum compromiſit. Et in teſtimonium maioris confirmacionis ſigillum domini mei Vlrici de Lochen, militis, et noſtrorum aliorum preſentibus ſub adducta. Datum prempzlaw, anno domini M°. CCC°. LXV°., craſtino die ſanctorum martirum viti et modeſti. Et ſunt huius rei teſtes Dominus Zacharias Kuffeſteyn, myles, Wilhelmus de Swanenberghe, Hinricus Meywe, Famuli, et alij fide digni.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CXXXV. Heyſo, Vicar und Stadtſchreiber in Prenzlau, ſchenkt zur Errichtung einer Vicarei in dem Hoſpitale der Neuſtadt Prenzlau eine jährliche Hebung von 4 Pfd. Brandenb. Pfenninge, am 1. Februar 1366.

In Nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLXVI, indictione IIII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini, Domini vrbani, diuina prouidentia pape quinti anno quinto, menſis Februarij die prima, hora quaſi veſperarum in domo habitacionis diſcreti viri Domini Nicolai de mokeren, altariſte in eccleſia beate Marie virginis in Primzlow, Caminenſis Dioceſeos, In mei Notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſentia conſtitutus diſcretus vir Dominus Heyſo, vicarius in Eccleſia beati Jacobi in Primzlow ac Notarius ciuitatis dicte Primzlow, ſanus corpore et compos mente non vj nec metu inductus, ſed ex mera libertate et mera deliberacione prehabita pure et ſimpliciter propter Deum ob ſalutem et remedium anime ſue et animarum ſuorum progenitorum, in honorem omnipotentis dej beateque marie virginis glorioſe, necnon omnium ſanctorum dedit, legauit et donauit hoſpitali in noua Ciuitate dicte Primzlow dicte Dioceſeos fun-

dato et conſtructo redditus quatuor talentorum Brandenburgenſium denariorum, per ipſum dominum Heiſonem a prouiſoribus hoſpitalis ſancti ſpiritus in antiqua ciuitate dicta Primzlow de conſenſu et voluntate Conſulum et pociorum ciuium eiusdem ciuitatis emptos et comparatos rite et racionabiliter pro triginta marcis argenti Brandenburgenſis et prompte perſolutos ſingulis annis percipiendos in terminis infra ſcriptis videlicet in feſto beate Walburgis proxime venturo duo talenta et pro quolibet denario Brandenburgenſi tres denarios Vinconenſes, et in feſto beati Martini duo talenta eiusdem monete Brandenburgenſis eodem modo perſoluenda, ita quod prouiſores dicti ſancti ſpiritus, qui pro tempore fuerint, ſingulis annis, terminis et feſtis predictis prouiſoribus hoſpitalis in noua ciuitate predicta, qui pro tempore fuerint, abſque dilacione ſeu prorogacione quacumque perſoluere debent et indilate et quod prouiſores noue ciuitatis dicta quatuor talenta ad cultum diuinum in dicto hoſpitali ad fundacionem vnius vicarie habere et dare debent, quandocunque oportunitas ſe obtulerit et licenciam fundandj habuerint, quod in dicto hoſpitali diuina potuerunt celebrare, alias dicta quatuor talenta reddituum in cibis et potibus pauperum et peregrinorum diſtribuere et dare debent, et ſi prouiſores ſancti ſpiritus dicta quatuor talenta reemere ac comparare voluerint et perſolutis triginta marcis argenti Brandenburgenſis prouiſoribus hoſpitalis noue ciuitatis memorate, tunc dicti redditus ad hoſpitale ſancti ſpiritus redire debebunt et deuolui et cum dictis triginta marcis antedictj prouiſores hoſpitalis noue ciuitatis predicte alios redditus ad predictum vſum emere et comparare debebunt. Et idem Dominus Heyſo omne dominium et vſum fructum ſi quod habet, habuit ſeu habere poterit in dictis quatuor talentis reddituum uel triginta marcis Brandenburgenſis argenti, aut ſui heredes nunc et in poſterum habere poſſint, ad ipſum hoſpitale noue ciuitatis predicte, plenarie et libera voluntate, abſque omni reuocacione et contradiccione transtulit et donauit atque dedit, renuncians omni iure ſi quod habet aut ipſius heredes habere poſſent in premiſſis ſeu quolibet premiſſorum tali condicione dicto Domino Heyſoni reſeruata, quod ipſe manſionem in dicto hoſpitali temporibus ſue vite habere debeat et de dictis quatuor talentis reddituum ſeu triginta marcis argenti foveri debeat et nutriri. Promiſit eciam notario publico infra ſcripto idem Dominus Heyſo, ſollempniter ſtipulatus per ſe uel per alium in nullo contrauenire de Jure uel de facto, quod dictam donacionem, aſſignacionem ſeu tradicionem poſſit uiciare uel infirmare nunc uel in poſterum. Quam donacionem, aſſignacionem ac tradicionem dictus Dominus Nicolaus de Mockeren promiſerat, ſe gratam ac gratam, quantum in eo eſt uel eſſe poterit, perpetuo habiturum. Acta ſunt hec anno Indiccione pontifice et aliis quibus ſupra, preſentibus honorabilibus viris Dominis magiſtro Hinrico Wiltberch, Gherardo Kratz, Etzelone, Rudolpho Trebin, Johanne Stargarde, Presbyteris Altariſtis in dicta Primslaw, et aliis pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego Rudolphus Swanenbergh, Clericus Caminenſis Dioceſios, publicus autoritate imperiali Notarius huiusmodi diſpoſicioni etc. — preſens interfui que fieri, vidi et audiui in hanc formam publicam redegi ſubſcribendo; per me autem non conſcripſi, ſed per alium, prout fidelius potui, conſcribi feci, eaque ſigillo meo ſolito ſignaui requiſitus in teſtimonium omnium premiſſorum.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVI. Prieſter Nicolaus Mockern ſchenkt zu demſelben Zwecke eine Hebung aus Templin und eine Hebung aus ſeinem Hauſe in Prenzlau, am 1. Februar 1366.

In Nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M°. CCC°. LXVI°., Indiccione quarta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini, Domini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti anno quarto, menſis Februarij die prima, hora quaſi veſperarum in domo habitacionis diſcreti viri Domini Nicolaj Mokeren, Altariſte in eccleſia beate marie virginis glorioſe primzlow, Caminenſis Dioceſeos, In mei notarii publicj ſupſcripti ac teſtium infra ſcriptorum preſencia conſtitutus idem Dominus Nicolaus Mockeren, presbyter ſanus corpore et compos mente, voluntate et ex certa ſciencia non vi nec metu inductus ſed ex mera libertate animi et plena deliberacione prehabita necnon irreuocabiliter pure et ſimpliciter propter Deum ob ſalutem et remedium anime ſue ſuorumque progenitorum in honorem omnipotentis dej beateque Marie Virginis glorioſe nec non omnium ſanctorum dedit, donauit ac voluntarie legauit Hoſpitali in noua Ciuitate Primzlaw fundato et conſtructo redditus trium talentorum Brandenburgenſium denariorum per ipſum a Conſulibus Ciuitatis Templin comparatos, emptos ac perſolutos rite et racionabiliter pro viginti duabus Marcis Brandenburgenſis argenti ſingulis annis in feſto Martini XXX ſolidos et in feſto beati Philippi et Jacobj Apoſtolorum XXX ſolidos dicte monete ſubleuandos et perſoluendos, prout in litera empcionis habetur, ac XIIII marcas Brandenburgenſis argenti de curia, in qua Primzlow nunc habitat, recipiendas ac ſoluendas, dicto Hoſpitali ac ſuis prouiſoribus, qui pro tempore fuerint, quam cito dicta curia vendatur alias poſt mortem dicti Domini Nicolai recipiendos et quod cum XIIII marcis predictis I Talentum Brandenburgenſium denariorum reddituum emere ac comparare debent et quidquid ſuper eſt fuit et eſſe debet ad augmentacionem trium Talentorum predictorum ad fundacionem, conſtruccionem, ac ereccionem vnius vicarie ſeu Altaris in hoſpitali predicto aſſignauit et quam cito oportunitas ſe optulerit et licenciam habuerint, quod in dicto hoſpitali diuina celebrari potuerint, officiantem presbyterum poſt mortem dicti Domini Nicolai de dicta pecunia tenebit ac preciabit: Alias in eccleſia beate Marie Virginis Primzlow ad altare ſuum ibidem quousque facultas ſe obtulerit et diuina in dicto Hoſpitali, ut preſcriptum, habuerint ac de dictis IIII^{or} talentis reddituum preciabunt ac ſatisfacere debent prouiſores ipſius Hoſpitalis, qui pro tempore fuerint dicto officianti. Et ſi predicti Conſules ciuitatis Templin redditus trium talentorum predictos reemere voluerint, quod tunc ipſi conſules in templin, prouiſoribus, qui pro tempore fuerint, dicti hoſpitalis viginti duas marcas Brandenburgenſis argenti perſoluere debent, ac illi Prouiſores cum dicto argento alios redditus ad vſum et vtilitatem prenarratam emere et comparare debent, quos redditus idem Dominus Nicolaus diebus vite ſue ſubleuabit ac ſubleuare debet, ac de illis foueri debet et nutriri. Et idem dominus Nicolaus omne jus, dominium ac vſufructum, ſi quod habet, habuit ſeu habere poterit in predictis tribus talentis reddituum et in XIIII marcis Brandenburgenſis argenti de curia memorata aut ſui heredes nunc uel in poſterum habere poſſint, ad ipſum hoſpitale noue ciuitatis predicte, plenarie ac libera voluntate abſque omni reuocacione et contradictione dedit, transtulit et donauit, renunciansque omni Juri ſi quod habet aut ipſius heredes habent aut habere poſſent in premiſſis ſeu quolibet premiſſorum. Et ſi idem Dominus Nicolaus in dicto hoſpitali habitare voluerit, ipſi prouiſores ſibi commodum competens ordinabunt. Promiſitque mihi Notario publico infra ſcripto idem Dominus Nicolaus ſolempniter ſancte, omnia et ſingula cum ſuis capitulis ſeruare et in nullo contrauenire de Jure uel de facto per ſe uel per alium, quod dictam

donacionem, assignacionem seu tradicionem possit viciare, uel infirmare uel nunc uel in posterum. Quam donacionem, assignacionem ac tradicionem Dominus Heyso, Notarius Ciuitatis Primzlow, ratificauit ac ratam habuit. Acta sunt hec Anno, Indiccione, pontifice, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus viris Dominis Magistris Hinrico Wiltberch, Gerhardo Cratz ac Johannes de Stargardia, presbyteris et altaristis in Primzlow, et aliis pluribus fide dignis, testibus ad premissa vocatis specialiter ac rogatis. Subscriptio Notarii supra scripti sequitur et est talis. Et ego Rudolphus swanenberch, Clericus Caminensis Diocesis, publicus authoritate Imperiali Notarius etc.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVII. Der Rath zu Prenzlau bekundet den Verkauf von Hebungen aus einem Hofe in Blindow, am 1. September 1366.

Wy Ratlüde der Stad tu Prempslaw bekennen vnd betügen openbahr an desen Breue vor alle Christen Lüde, de en syn edder hören lesen, dat Mentso Sculte vor vns is geuesen, vnd hefft verkofft vnd verlaten deme wysen Manne Eggarde Melmeker, vnsen Börger, vnd synen eruen twe huuen Bede met Wagendinste, met me ouersten Richte vnd met allme rechte, alse hy sy besetten hefft, dy huven liggen tu me houe Lowenhagens tu Blynghow. Na dyme Kope vnd na der Verlatung des Gudes, also vor vns geschyn is, hebbe wy verlegen vnd verlighen dat benümede gut den vorbenümenden Eggharde vnd synen eruen in desen Bryue recht vnd redeliken. Were, dat mentso dat gut weder kopen wolde, so schal hy Eggarde edder synen Eruen Virtig rede mark Vingkenogen vppe vnsen Vrowen Dach tu Lichtmisen vul betalen. Were, dat Egghard oder syne eruen dat gudt verkopen wolden, so scholen sy dat Mentsen veyle biden; were, dat Mense darna vppe vnser negesten Vrowen Dach tu Ligtmisen em dy Virtich marck nicht en gyue, so schal dat gut tu engeme wederkope stan, sunder dat scal Egghards vnd seiner Eruen rechte len blyuen. Dat desse Dingk stede vnd vast blyuen, so hebbe wy desen Briff laten schreuen vnd besegelen met vnser Stad Ingesegel. Dy Tyghe desser Ding synt wy ratlüde, dy to der Tyd anme Rade weren, Heyno Etzell, Bideke Rudow, Seger Stretz, Egghart Melmeker, Claws Holle, Henning Drense, Henneke Langhe, Arndt Ordeloff, Clawes Drauenborch, Bethek Vorenwolde vnd Herman Hindenboreh, vnd is geschreuen na Godes Bort dritteynhundert Jhar inme ses vnd sestigesten Jhare, des Dinstetages na sunte Johannes dage, alse Em it Houet affschlagen wart.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVIII. Die von Gule verkaufen an Echart Melmeker zu Prenzlau eine Hufe in Blindow, am 25. Januar 1367.

Wy Clawes Güle vnde Koppe Güle, Hanſs vnd Gereke vnde ghurghen, Brodere, geheiten die Ghulen, wy bekennen apenbar in vnſen Bryue vor allen Lüden, dy deſsen Brief ſyn oder horen leſen, dat wy verkofft hebben deme Erbaren Manne Echart Melmekern, dy eyn Börger iſt tho Prenſelaw, vnde ſynen eruen, dat ſyn Vrawenſsnamen oder manſsnamen, eyne Hofe tho Blingow, die to Lowenhagens Haue lecht, Alſo ſie vnſe Vater beſeten hefft mit Pachte vnde Tynſe, Dienſt Pennige vnde rokhüner, Thegehde vnde erwyten vnde mit alleme rechte, ſunder bede vnd wagendienſt. Dat gut ſchole wy vorbenumenden Brudere vnde vnſe ſtifmuder, Henning Bonyrs Suſter, Echard Melmekern vorlaten vnde ſynen fründen vnde ſinen eruen, vnd wye ſie dat vorlaten willen heben, vor vnſsern Herrn den Marggraffen tho Brandenburg, wan hy hir vppe eyn na kumt, vnde wan dat Echardt von vns heben will, eder ſyne vrunt oder ſyne eruen, dat wy em dat vorlaten ſcholen, vnd weme ſie dat vorlaten willen hebben, dat ſyn Vroweſsnamen oder manſsnamen, vor eyn lat vnde vor eyne warunge, alſo dat eyn Lantrecht yſt, dat wy em det verlaten ſcholen, dat loue wy vnd vnſe Frund Lüdeke vom elynghe, Henning Bonyr, Claus von dem Berge vnd Gercke Gulen Echarde Melmeker vnde ſynen Frunden vnde ſynen Eruen etc. — Und iſt gegeuen na Gades Bord duſent Jhar dreyhundert Jhar in deme ſouen vnde ſeſtyenſten Jhare, an ſante Pawels Dage, des helgen Apoſtels.

Aus einem Copialbuche.

CXXXIX. Markgraf Otto beſtätigt bei der Annahme der Huldigung die Stadt Prenzlau, am 18. Juni 1367.

Wir Otto, von Gottes Gnaden Marggrafe tu Brandenburch vnd zue Luſitz, des Heiligen Römiſchen Reiches ouerſter Kämerer, Pfaltzgrave by Ryne vnd Hertzog in Beyern, bekennen offentlich darumb, daſs die wieſen Lüte, dy Ratmanne vnd die gemeinen Börger vnſer Stad tu Premſslow, vnſer lieben getruen, haben vns zu dieſem male gehuldet vnd geſchworen, vns vnd vnſern Erben getruwe vnd gehorſamb zu ſinde, als boderbe lüde ihrem rechten erbherren zu rechte Pflichttig ſind, darumb haben wir on beſtetiget vnd beſtetigen auch met dieſem Briefe alle ihre Rechtigkeit vnd alle gute alde Gewohnheit vnd auch alle redliche briue, dy ſy von alder bey den alden Fürſten, den Marggrauen von Brandenburg, vnſern Voruaren, den Gott gnade, beſs an deſsen Tag gehabt haben, vnd wollen ſie auch bey allen eren vnd rechten beholden. Des zue Vrkunde haben wir vnſer Ingeſiegel an deſen Brief laſsen hengen, gegeben zu Premſslow, nach Godes Geburte Tuſent dreyhundert Jhar, darnach in den Seben vnd Sechzigſten Jhare, des negſthin Freytages nach des heiligen Lichames Tage. Darober ſint geweſen dy Edlen, Graue

Günther, Herre zu Arnſtete, Tieterich, Graue von Orlemünde, vnd die veſten Manne Hans von Rochow, Zacharias Haſe von Kuffſtein, Rittere, vnd Cuntze von Slyuen, vnſer Hoffmeiſter, vnd andere erbare Lüde genugk.

Aus einem Copialbuche.

CXL. Henning Litzik verkauft 36 Schillinge Brandenburg. Pfenninge jährlicher Rente aus dem Zoll zu Prenzlau an Echart Melmeker, am 21. Dezember 1368.

In godes name Amen. Ik Henningh litzik bekenne jn mynen opene bryue, Dat Ik hebbe vorkoft tu eynen rechten kope zes vnd dryttych ſchillynghe brandenborgheſcher penninghe iarleke rente in deme tolle jn der ſtat tu Prenſlaw deme wizen manne Eghard Melmeker, eynem borgher tu prenſlaw, Vnd ſynen eruen, manſnamen vnd vroweſnamen. Dat ghut ſchal jk vnd myne eruen en vnd ſynen eruen vnd ſynen vrunden vorlaten vnd wene ſy dat willen vorlaten hebben. Dat wi alle deſſe vorſcreuene ſtucke alſo holden ſcolen, dat loue Ik henningh litzik, hennigh ſcadebak vnd Nickel van der huue, hennigh Winteruelt en truwen myt ſamender hant. Were, dat deſſer borghen ennich ſtorue, er deſſe bryf al gheholden is, ſo ſcole wi ſo wiſſe eynen anderen borghen jn dy ſtede zetten vnd ſyn Inghezeghel myt eynem bryue jn des doden Inghezeghels ſtede hanghen. Dar ſcal deſſe bryf nycht mede ghebroken ſyn oder gheerghert bynnen eyner mante. Were, dat wi deſſen bryf nycht wol vnd al en hylden, wan vns dat witleke ghedan wert, ſo ſcole wi tyn jn dy Stat tu prenſlaw vnd nummer dar vt tynde, wi dun dat myt eren willen. Tu eyner betughinghe deſſen vorbeſcreue Dynk, ſo hebbe wi vnſe Inghetzeghel myt beradene mude an deſſen Jeghenwardeghen bryf ghehangen. Deſſe bryf is ghegheuen vnd gheſcreuen na godes bort duzent jar dry hundert Jar In deme achte vnd zeſtegheſten Jare, In deme daghe des heylighen Apoſtel ſunte thomas.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CXLI. General-Vicarien des Biſchofes von Camin genehmigen die Vertauſchung von Altären der Collegiat-Kirche St. Marien zu Stettin und der Marienkirche zu Prenzlau, am 2. April 1370.

Wislaus, decanus, et Eghardus Manduuel, archidiaconus Vznamenſis, in Eccleſia Caminenſi Vicarii generales tam in ſpiritualibus, quam temporalibus per Capitulum eccleſie eiusdem ſede vacante in ſolidum conſtituti, Diſcreto Viro domino Arnoldo Verwer, Altariſte altaris in

honorem Marie Magdalene ac Eliſabeth vidue ſanctarum in Eccleſia Parochiali beate Marie Virginis in Premzlaw fundati, ſinceram in Domino karitatem. Permutacionem quam ex cauſis racionabilibus coram nobis propoſitis cum altari beatorum Pauli apoſtoli et Auguſtini, in eccleſia collegiata beate Marie Virginis in Stetyn fundato olim veſtro, cum Domino Johanne Stephani, pro dicto altari Marie Magdalene et Elizſabeth vidue ſanctarum in Eccleſia ſancte Marie in Premzlaw olim ſub conſenſu patronorum veſtrorum vtrobique adhoc accedente feciſtis, ratificamus et approbamus, Vosque ab acceſſu altaris beatorum Pauli Apoſtoli et Auguſtini abſoluimus et vobis acceſſum altaris Marie Magdalene et Elizabeth vidue ſanctarum in Premtzlaw in Perſonam honorabilis viri Domini Henrici Ruden, Veſtri Procuratoris adhoc legitime conſtituti, conferimus et committimus in animam veſtram ſalubriter gubernandam. Mandantes vobis Diſcreto viro Domino Alberto de Litiche, quatenus prefatum Arnoldum Verwer in poſſeſſionem omnium iurium, reddituum, prouentuum et attinenciarum altaris Marie Magdalene et Elizabeth vidue ſanctarum in Premzlaw, auctoritate noſtra inducatis corporalem. Datum Camyn, Anno Domini M°. CCC°. LXX°., feria tertia proxima poſt Dominicam qua cantatur Judica, noſtri Vicariatus ſub ſigillo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CXLII. Markgraf Otto bekundet, der Stadt Prenzlau aus dem Mecklenburgiſchen Kriege 1330 Marck ſchuldig zu ſein und verpfändet ihr dafür die Urbede und die Gerichte der Stadt, am 11. April 1370.

Wir Otto, von Gottis Gnaden Marggrave zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs Obriſter Cämmerer, Pfaltzgrafe by Ryne vnd Hertzog in Beyern etc., Bekennen öffentlichen, daſz wir den beſcheiden, wiſen Lüden, den Rathmanne, gemeinen Börgern vnd der gantzen Stadt zu Prentzlow ingeſatzt haben vnd ſetzen auch mit dieſem Brieve hundert Marck Brandenburgiſch Silber jehrlicher Rente Vnſer Orbede in der ehegenanten Stadt zu Prentzlow vnd das Gerichte in der Stadt daſelbſt, vor dreyzehn hundert Marck vnd dreiſzig Marck Brandenburgiſch Silbers, di Wir en ſchuldig ſein vnd davor ſi Vns gewunnen hebben in Vnſerm Kriege kegen den von Mecklinburg, vnd ſollen die ergenanten hundert Marck Brandenburgiſch Silbers jehrlicher Pflege vnd das Gerichte darſelbiſt inne behalden, vfboren vnd innehmen, alſo lange, bis daſz Wir en die vorgenanten dreyzehnhundert Marck vnd dreiſzig Marck Brandenburgiſch Silbers gar vnd gentzlichen entricht haben vnd bezahlt, daſz en genüget, Mit Orkunde dieſes Briefes. Darüber ſint geweſt der Edel Greve Albrecht von Lindow vnd die veſten Lüte Johannes von Rochow, Haſse von Wedel von Vchtenhagen, Gerhard von Werder, Ritter, Hinrich von der Schulenburg, Henning von Stegelitz, Claws Ror vnd ander erbar Lüte gnug. Geben zu Franckenvorde, nach Gotis Gebort drytzehenhundert Jahr, darnach in dem ſiebenzigeſten Jare, am guden Dunriſtage vor Paſchen, vorſiegelt mit vnſrem anhangenden Ingeſegel tu mere Bekentniſse diſzer Dingk.

Aus Grundmann's Uckerm. Adelshiſtorie 135. Seckt's Geſch. I., Urk.-Anh. S. 188, No. 42.

CXLIII. Markgraf Otto vereignet an Ludekin Kratz 9 Hufen in Sternhagen, am 15. Februar 1372.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, ſacri Romani imperij Archicamerarius, Comes palantinus Reni et Bavarie Dux. — Notum facimus tenore preſentium univerſis, quod penſatis fidelibus obſequiis quondam illuſtribus principibus Dominis Ludwico ſeniori et Ludwico Romano, Marchionibus Brandenburgenſibus, fratribus noſtris, necnon et nobis per ſtrenuum Ludekinum Kratz, noſtrum fidelem et dilectum, multipliciter exhibitis et nobis adhuc per amplius exhibendis, matura deliberatione prehabita et Procerum noſtrorum conſilio, Eidem Ludekino et veris heredibus ſuis dedimus et donavimus ſolenniter per preſentes proprietatem novem manſorum prope villam Styrnhagen ſitorum, cum agris cultis et incultis, cum pratis, paſcuis, aquis, paludibus, Lignis et cum omnibus Juribus, commodis, honoribus, fructibus, redditibus, precariis, pactis, cenſibus, proventibus et pertinentiis vniuerſis, quibus predictus Kratz dictos manſos hactenus a nobis in Pheudum tenuit et poſſedit, in antea a nobis juſto proprietatis titulo ad habendum, tenendum, uti fruendum libere quiete ſine quorumlibet impedimento perpetuis temporibus poſſidendum. Concedentes etiam ſibi gratioſius et fauentes, ut dictos manſos taliter appropriatos cum omnibus Juribus et pertinentiis ſuis legare, donare, vendere aut applicare poterit, quibuscunque locis eccleſiaſticis vel perſonis, juxta ſue libitum voluntatis, Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in predictis manſis hucusque competebat, competit aut competere poterit, quomodolibet in futurum harum noſtrarum teſtimonio literarum, que ſigillo noſtro communiri in euidentiam premiſſorum fecimus, preſentibus ſtrenuis viris Haſſone de Uchtenhagen, Mora de Lindſtede, Henningo de Berlin, militibus, Ottone Mörner, Curie noſtre Judice, Henningo de Stegelitz ſeniori cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Premslaw, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Dominica qua cantatur Invocavit.

Aus einem Copialbuche.

CXLIV. Der Rath zu Prenzlau belehnt die Söhne Mentſo Schulzen's mit der Hälfte des Dorfes Blindow, am 7. März 1372.

In Nomine Domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul cum fluxu temporis elabantur et fluant aut oblivionis caligine deleantur, conſuevit ea modernorum ſubtilitas ſcriptis publicis aut vivaci linguarum teſtimonio commendare. Hinc eſt, quod nos Conſules ciuitatis Primslaw lucide ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod honeſtis et diſcretis viris Mentſoni Sculteti et Gherardo, fratri ejus, quondam filiis Mentſonis ſculteti, noſtri concivis bone recordacionis, et eorum veris et legitimis heredibus contulimus et per preſentes conferimus in ſolidum et conjuncta manu, dimidiam partem totius Ville Blingow juſto titulo pheodali cum omni

jure, videlicet, cum judicio maiori et minori, quocunque nomine cenſeatur, cum omni poteſtate quoslibet exceſſus ſuper dimidiam predictam villam eventuros debite corrigendi, cum precaria et ſervitio curruum, cum nouem manſorum pacto, cum undecim villanis, qui dicuntur Coſſeten, cum decima et cum cenſu et cum pullis fumorum et dimidiam ſexagenam pullorum et dimidietatem taberne, cum bonis liberis et inpheodatis, cum dimidia parte juris patronatus Eccleſie ejusdem Ville, cum vniuerſis metis et diſtinctionibus, cum agris cultis et incultis, viis et inviis, Nemoribus, pratis, paſcuis et paludibus, cum aquis et aquarum decurſibus ad eandem pertinentibus, cum omni jure, quo illuſtris princeps Dominus noſter Ludowicus Romanus, Marchio Brandenburgenſis, dimiſit et appropriavit civitati Primslaw, ſine omni ſervitio libere et pacifice perpetuis temporibus poſſidendam. Ut igitur huiusmodi rationabilis collatio a nobis facta robur obtineat perpetue valiturum et ne ſuper premiſſis et quolibet premiſſorum poſterorum ſuboriri valeat alicujus ambiguitatis ſcrupulus et calumnia, preſens ſcriptum inde confectum deſuper dedimus noſtri ſigilli ciuitatis Primzlaw munimine firmiter roboratum. Teſtes huius ſunt Stephanus de Stendal, Hentze Scröder, Gerhardus Lucifer, Rule Stretz, Conradus Goritz, Betekinus Wornwolde, Arnoldus Dedelow, Jacobus Lange, Copkinus Blingow, Hermannus Hyndenborg et Johannes Guſtow, Conſules anni preſentis, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Anno Domini M°. CCC°. LXXII°., Dominica die, qua cantatur Letare Jeruſalem et conventum facite.

Aus einem Copialbuche.

CXLV. Der Rath zu Prenzlau vollführt ein Legat von Heinrich Bismark, am 30. Auguſt 1372.

Nos conſules Ciuitatis Premzlaw, Recognoſcimus vniuerſis et ſingulis preſencia viſuris ſeu audituris lucide proteſtando, Quod honeſta domina katherina, relicta Johannis Fyol, quondam noſtri conciuis bone recordacionis, ad noſtram peruenit preſenciam nobis exponens, quomodo dominus hinricus byſmark, frater eius carnalis, in extremis poſitus, volens diem meſſionis eterne pijs elemoſinis preuenire, dedit et aſſignauit ob ſalutem anime et memoriale perhenne ſui ſuorumque progenitorum viginti marcas argenti brandenburgenſis et ponderis pro comparacione duorum talentorum brandenburgenſium denariorum ad duas vicarias ſitas in eccleſia ſancti Jacobi in dicta Prenzlaw videlicet ad vicariam beate marie virginis vnum talentum brandenburgenſium denariorum et ad vicariam beati bartholomei apoſtoli vnum talentum brandenburgenſium denariorum iugiter permanere debencium, noſtrum ſuper huiusmodi comparacione auxilium implorans et juuamen. Nos vero precibus ipſius inclinati dictas viginti marcas argenti brandenburgenſis et ponderis pro vſu et vtilitate noſtre ciuitatis ad nos recepimus, aſſignantes vicarijs dictarum vicariarum, quecunque pro tempore fuerint, duo talenta brandenburgenſium denariorum in cenſu domus et habitacionis noſtre apud forum pecorum ſtantis, quam henninghus nemerow nunc inhabitat, ſingulis annis, In ſingulis quartalibus anni: videlicet In feſto beati Michaelis quinque ſolidos brandenbur-

genſium denariorum, In feſto natiuitatis Chriſti totidem, in feſto paſche totidem et in feſto beati Johannis baptiſte quinque ſolidos brandenburgenſium denariorum, In hijs feſtis et quartalibus anni continue ſubſequentibus per vnumquemque vicarium altarium antedictorum, ſingulariter et alternatiue recipienda et tollenda pacifice et quiete impedimentis et obſtaculis ceſſantibus quibuscunque. Si vero quod abſit, aliquem defectum habuerint in prefixis duobus talentis brandenburgenſium denariorum, Ita quod ipſis fieri non poſſent in aliquibus predictis expedite terminis cuiuscunque impedimenti aliquali occaſione, extunc eadem duo talenta brandenburgenſium denariorum ipſis de conſiſtorio noſtro dare debeamus contradictione quieſcente in terminis preaſſumptis, reſeruantes nobis et quibuscunque preſidentibus conſilio impoſterum plenam facultatem reemendi dicta duo talenta brandenburgenſis denariorum pro viginti marcis argenti brandenburg. et ponderis, vti nos pro ipſis recepimus, dum primum poterimus deo nobis prouidente. Quo facto dictum argentum ad vſum prophanum redire non debeat, nec per aliquem deduci, ſed cum eodem argento videlicet viginti marcis alios redditus emere debeamus cum conſenſu patronorum dictorum altarium, vbi competencius inueniri poterint, quod fructus iterum emi poterint ad dictas vicarias perpetuo permanſuros et exinde dicta duo talenta brandenburg. denariorum annuorum reddituum ad vſus noſtre ciuitatis redibunt ut in antea fuerant ſine dilacione aliquali. Teſtes huius ſunt Stephanus de Stendal, hentzſo ſcroder, Gherard lucifer, Rudolphus Stretz, Cunrad gheritz, Betekinus varenwolde, Arnoldus dedelow, Jacobus langhe, Copkinus blingow, hermannus hyndenborg et Johannes Guſtowe, Conſules preſentis anni et alij quam plures fide digni. In cuius rei euidens teſtimonium preſens ſcriptum conſcribi fecimus et ſigilli noſtri majoris munimine juſſimus communiri. Datum et Actum Premzlaw, Anno domini M°. CCC°. LXXII°., Ipſo die felicis et adaucti martirum beatorum.

tuam ſalubriter gubernandam. Mandamus vobis Dominis preſentibus requiſitis, quatenus predictum Georrium in poſſeſſionem dicte vicarie Juriumque reddituum et pertinentiarum vice et authoritate noſtra ordinaria ducatis corporalem, realem et actualem facietisque ſibi et nulli alteri de premiſſis redditibus integre reſponderi. Datum in Caſtro noſtro Cörlin, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo XXXI°., XIIII die menſis ſeptembris, noſtro ſub ſecreto.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCXXVII. Der Convent des Nonnenkloſters St. Sabini in Prenzlau bittet den Biſchof von Camin um Beſtätigung der neuerwählten Aebtiſſin, am 9. Oktober 1431.

Venerabili in Chriſto Domino Sifrido, Eccleſie Caminenſis Epiſcopo, Domino noſtro gratioſo aut ejus vices gerenti conuentus vniuerſalis Sanctimonialium ordinis ſancti Benedicti, Eccleſie Sancti Sabini Martyris et Pontificis in nova Civitate Primislavia, Orationes in Domino humiles et devotas. Paternitati veſtre qveruloſe declaramus, qvod matrem ſpiritualem nobis in Chriſto dilectiſſimam Eliſabeth de Swechten, Abbatiſſam noſtram ex hac luce migrantem amiſimus doloroſe, licet cum Chriſto et electis ejus vitam meliorem ipſam habere confidamus. Et qvia ſine regimine ſuperioris diu eſſe non valemus, in locum et ſtatum ejus Catharinam Varenwoldes nobis dilectiſſimam antea Prioriſſam noſtram concorditer elegimus, et invocata ad hoc prius humiliter gratia Spiritus Septiformis. Qvare Reverentia veſtre vnanimiter devote ſupplicamus, qvatenus dictam Catharinam nobis in Abbatiſſam auctoritate veſtra dignemini ſalubriter in Domino confirmare, remunerationem a retributore omnium bonorum reportantes. Datum Prentzlavii, Anno milleſimo qvadringenteſimo trigeſimo primo, feria tertia ipſo die Beati Dionyſii Martyris, conventus noſtri pendenti ſub ſigillo.

Aus einem Copialbuche.

CCXXVIII. Schuldbrief des Markgrafen Johann für die Stadt Prenzlau, vom 26. Mai 1432.

Wir Johanns etc., Bekennen etc., das vns die Erſamen, vnſer liben getrewen Burgermeiſter vnd Ratmannen vnſer Stadt Brembſzlow von vnſer fleiſſiger bete wegen Sechs vnd vierczig ſchok vnd czweinczig groſchen an landſzwerung zu vnſern nottlichen ſachen gütlichen gelihen haben, die wir jne, ſo ſchir vns gelt in vnſern landen der vker geuallen wirt, gütlichen vnd wol zu danck bezalen wollen, one alles geuerde. Zu vrkunde mit vnſerm aufgedruckten

inſigel verſigelt vnd Geben zu Spandow, am Montag nach dem Sontag vocem jocunditatis, Anno domini M°. CCCC°. XXXII°.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Johann, fol. 59.

CCXXIX. Mechthild Kakſtedt, Stegemann's Wittwe, bittet den Biſchof von Camin um die biſchöfliche Beſtätigung eines von ihrem Vater zu Prenzlau geſtifteten geiſtlichen Lehens, am 23. Auguſt 1432.

In nomine Domini Amen. Ne rerum geſtarum tollatur memoria Ideo ſcripture remedium ſagaciter eſt inventum, vt quod alias eſſet labile, ſcripturis perhennetur. Hinc eſt quod coram vobis Reuerendo in Chriſto Patre et Domino, Domino ſifrido, Eccleſie Caminenſis Epiſcopo aut veſtro Vicario Ego Mechtildis, vidua relicta petri ſtegemanni bone memorie, quondam ciuis in Premſlow, nec non pueri mei legitimi, videlicet Johannes ſtegemann et Elyſabeth vxor legitima Johannis ſvalberch, municipis in eadem Premslow, tenore preſencium publice profitemur et proteſtamur, Quod quondam honeſtus vir Arnoldus Kakeſtede, opidanus eiusdem opidi premslow, dum in humanis ageret, In honorem omnipotentis Dei ſueque genitricis intemerate ſemper virginis charie et omnium ſanctorum propter anime ſue, vxoris ſue et omnium progenitorum carorum ſuorum remedium ſalutare, Duos manſos ſuos in campis veteris ciuitatis Premslaw, cum omnibus pertinenciis et proventibus ſeu pachtibus ſuis dedit, legauit et inter viuos donauit ad perpetuas elemoſinas ſpirituales iugiter permanſuros et permanſuras, Jure ciuitatis ſemper ſaluo. Quarum quidem elemoſinarum ſpiritualium primus poſſeſſor fuerat dominus arnoldus verwer Et ſecundus Dominus Michael blingow per dictum arnoldum Kakeſtede patrem meum preſentati et auctoritate Epiſcopi inſtituti. Tercius uero Dominus Markqwardus Wollenbruk per ſororem meam relictam petri Sluther eſt inſtitutus. Quartus autem Dominus Hinricus Hartwici per me et prefatos pueros meos veſtre paternitati reuerende preſentatus ac auctoritate veſtra nouiſſime inſtitutus et poſſeſſor legitimus exiſtit. Verumquia pretacti manſi cum ſuis pertinenciis et prouentibus ſiue pachtibus per aliquem Dyoceſanum ad elemoſinas ſpirituales nondum ſunt confirmati, Ideoque paternitatem veſtram in Chriſto venerabilem humiliter imploro, Quatenus eosdem duos manſos cum omnibus ſuis attinenciis et proventibus dignemini in domino feliciter confirmare ſaluo iure ciuitatis, Jus patronatus ſeu preſentandi michi et predictis pueris meis et eorum filiis et filiabus ab illis procreatis et procreandis reſeruantes, Ita quod dictis elemoſinis vacantibus ſenior et antiquior et propinquior in huiusmodi progenie alium presbiterum aut clericum ydoneum propter Deum preſentabit. Quibus omnibus per mortem de medio ſublatis predictum ius preſentandi ad Conſules dicti oppidi Premslow perpetuis temporibus pertinebit, ita quod duo ſeniores ſiue proconſules de numero conſulum actualiter exiſtentes presbiterum uel Clericum ydoneum vt predictum eſt preſentabunt. Datum Premslow, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo XXXII°., in vigilia ſancti Bartholomei Appoſtoli, prefati patris mei Arnoldi Kakeſtede, quo ad preſens vtor, ſub ſigillo.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCXXX. Hans Schernekow leiſtet, nachdem er wegen Räuberei zu Prenzlau gefangen gelegen, bei ſeiner Freilaſſung der Stadt Urfehde, am 20. September 1432.

Vor allen Lüden, die deſsen gegenwardighen Brieff ſeen oder hören leſen, Bekenne ick Hanſs Scherckow, anders Kolle genant, apenbar met deſsem Brive. Alſe van der Vengniſſe wegen, ſo my Bertram van Stegelitze gefangen, vnde den von Prentzlow geantwordet heft, dar ick etlicke Tcyd in dem Torne geleghen hebbe vmme des willen, dat ick mynes genedighſten Heren, des Marggreven Lande vnde ſtraten gerovet vnde die van Prenſslow beſchediget hebbe, ſunder redlicke Sacke vnd Tuſpracke, Dat ick met myne Erven, met mynen fründen vnde frömden, geboren vnde vngeboren, vmme die odder vmme andere Sacke nimmermehr in thukommenden Tyden darup ſacken edder ymanden, noch die von Prenſslow bynnen edder buten mynes genandten Genedighen Herren Landen vmme beſchedigen edder hindern will met Worden edder met Wercken, met Thufügunghe, met Rade noch met Dade, neynerley wys, ſunder eyne rechte Orfeyde ewiglicken tho holdende, dar vp thun vnde holden will met alle myne Erven, fründen vnde Frömden, alſe vorgeſchreven ſteit, ſunder allerley Arch. Dat ick ſo love med gantzen Trowen vnde thu den hilligen ſwere in Eydes ſtad, med guden Willen mynen genandten Genedighen Herren Marggraven Johanſen, Synen rechten Erven, alle ſynen Hovetlüden, die nu ſynd vnde in thukemmende Tyten ſyne Hovetlüde worden möghen, ſyne Herren, manne vnde ſteden, ſo wyt ſyner genaden Lande wenden vnd keren allen vnd iglicken beſunders vnd ſunderlicken thu getruwer Hant den Erſamen Borgemeſtern vnde gantzen Rad, Wercken vnde Gemeynen der genandten Stadt Prentzlow thu holdende, alſe vorgeſchreven ſteit, ane alle Geverde vnde thu eyner grother Bewarunge, ock deme genandten mynen gnedighen Herrn, ſynen Erven, ſynen Hovetlüden, die nuw ſint vnde in thukommende Tyden ſyne Hovetleyden werden moghen, ſyne Herren, manne vnde ſteden vnde den van Prenſslow thu getrouwer Hand tho Börghen ſette met eyner rechten vngeſcheiden ſampden Hant deſse erbaren vnde düchtigen nachgeſchrevenen, alſe Hellenbrecht Grambow, wanafftig thu Grambow, Hinrich vnde Zacharias, Bruder, genennt die Grambowen, wanafftig thu Pynnow, Hanſs Grambow, wanafftig thu Grüntz, Philippus Vallkenberghe, wanafftig thu dem Berckholte, Jürgen Schernkow, wohnhafftig thu Zützen, Hinrich van dem Berge, wohnhafftig thu Herſsfelde, Hans van dem Berghe, wanhafftig thu Schönenwalde. Vnde wy genandten hellenbrecht Grambow, wanhafftig thu Grambow, Hinrick vnde Zacharias, Bruder, genennet die Grambowen, wohnhafftig thu Pynnow, Hanſs Grambow, wanhafftig thu Jrüntz, Philippus Valckenbergh, wahnhafftig thu dem Berckholte, Jürgen Schernchow, wanafftig thu Züzen, Hinrick van dem Berghe, wanafftig thu Herſsfelde, Hanſs van dem Berghe, wanafftig thu Schönenwalde, laven mid guden willen vnde met eyn rechten vngeſcheiden ſampden Hant, alſe gude getrewe Borghen, vor dem genannten Hanſs Schernkow, deme genandten Irluchten hochgebohren Fürſten vnde Herrn, Herrn Johanſen, Marggrawen thu Brandenburg, vnſen genedighen Herrn, ſyne rechten Erven, alle ſyne Hovetluyden, die nuw ſint vnde in thukommenden Thyden ſyne Hovetluyde werden möghen, ſyne Herren, Manne vnde ſteden, in allen ſynen Landen vnde thuw getruwer Hand deme erſamen Rade, Wercken vnde Gemeynen thu Prenſslow, alle vorgeſchrevene Sacken, ſtücke vnd Article vnde ock die Orfeide vor den genandten Hanſs Schernkow, vor ſyne Erven, vor ſyne fründe vnd frömden, gebaren vnde ungebaren, ewigklichen vnvorbrocken vnde ſunder Bedrich thu hol-

dende, alſe vorberüret is worden, nichtes nicht buthe beſcheiden vnde ſunderlicken, oft he edder ymand van ſynent weghen einigen Schaden thäten edder thufügeden ymande in vnſes vorgenandten genedighen Herren Lande, dat bewiſslich were, welckerley wyſs dat geſchege, vnde wy erſtgenandten Börghen van ſulckes Schaden wegen van vnſern genandten gnedighen Herrn Marggrave Johanſen edder van ſyne Erven, van ſyne Hovetluyden, de nu ſind edder in thukommenden Thyden ſyne Hovetluyde werden moghen, van ſyne Herren, manne, ſteden edder van dem Bürgermeiſter vnde Ratmannen thu Prenſslow gemanet vnde geeiſchet worden, darvmme tho Prenſslow in thu rydende, vnd dar ſchole wy vnde willen, ſunder ennegerley Hulperede, med guden willen, denen in eyden ein recht Inlegher dar thu holdende vnde dar nicht daruth tho ſcheidende, wy em hebben allen Schaden em gentzlichen vor vpgerichtet, wol benommen vnd vorbutet. Dat lawe wy genandten Borghen ock med eyner rechten vngeſcheyden ſampten Hand, ſunder eingerley Hülperede, ſtede vnd vaſte thu holdende. Thu Bekenntnüſse vnde groter Bewahrunge alle deſſer vorgeſchrevenen Dinghe vnde Stücken hebbe ich genandter Hanſs Schernekow, Sackwoldighe, myn Ingeſegel, vnde wy genandten Borghen, alſe Hellenbrecht Grambow, wonafftig thu Grambow, Hinrick vnd Zacharias, Brüder, genandt die Grambowen, wanafftig thu Grüntz, Philippus Valckenberghe, wanafftig thu deme Berckholte, Jürgen Schernckow, wonhafftig thu Zützen, Hinrick van dem Berghe, wohnhafftig thu Herſsfelde, Hanſs van dem Berghe, wohnhafftig thu Schönenwalde, ock vnſe Ingeſegele eyn na dem andern med Witſchop vnde guden Willen laten hangen an deſsen apen Brieff, Die geſchreven is thu Prenſslow, na der Bort Chriſti tuſend Jar, vierhundert Jar, in deme thwey vnd drüttigſten Jare, am Santhe Matheus Avende, des hilgen Apoſtels vnd Evangeliſten.

Aus einem Copialbuche.

CCXXXI. Hans Schernekow verſchreibt bei ſeiner Freilaſſung dem Magiſtrat und Bürgern in Prenzlau 80 Marck Finkenaugen, am 20. September 1432.

Vor allen luden, die deſſen iegenwardighen brieff ſeen edder horen leſen, Bekenne ick Hans ſchernekow, anders kolle genant, vor my vnde vor myne rechten eruen med deſſeme bryue, dat ik ſchuldich bin den Erſamen borghermeſtern vnde Radmannen thu premſslow rechter vnde redeliker ſchult achtentich mark vinkenoughen penninghe van myner vengheniſſe wegen, alze ik thu premſslow in deme torne gevanghen lach, Die achtentich mark ik em to eyner gantzen vullenkomen ghenughe wol thu danke an eyner ſummen ſunder ennegerleie vortoch betalen vnde bereiden wil tho ſunthe Michaelis dage negeſt komende vort ouer eyn Jar. Weret ock, dat die achtentich marck vinkenoughen vppe den vorgheſchreuen ſunthe Michaelis dach alſo nicht bereit vnde betalet worden, wat ſchaden deſſe erghenanten borghermeſtere vnde Radmanne darvmme nemen edder deden thu Criſten edder thu Joden vppe Kiſten pande, den laue ik vorgenante Hans Scherneckow, Sakeweldige, med mynen rechten eruen vnde med mynen borghen, die hirnageſchreuen ſtan, wol thu benemende vnde wedder thu leggende like deme Houetſtule.

Alle deſſe vorgeſchreuene artikele vnde ſtücke vnvorbreklik ſtede vnde vaſte thu holdende, hebbe ik Hans Schernekow, ſakeweldighe, deme rade thu Premſslow thu borghen geſetthet: Hellenbrecht Grambowen, wanafftich thu Grambow, Hinrik vnde Czacharias, brudere, genumet die Grambowen, wanaftich tho Pynnow, Hans grambow, wanaftich tho Grüntz, Philippus valkenberghe, wanaftich tho deme berkholte, Jurghen ſchernekow, wanaftich tho tzutzen, Hinrik van deme berghe, wanaftich tho Herſsfelde, Hans van deme berghe, wanaftich tho ſchonenwalde. Vnde wy vorbenomeden burghen lauen an getruwen den Erſamen borghermeſtern vnde Radmannen tho Premſslow med eyner rechten, vngeſcheiden, vorvolgeden ſamenden hand, Sunder allerleie argeliſt, invindinghe edder hulperede, deſſen brieff vnde dit ghelauede in allen ſtucken ſtede vnde vaſte tho haldende. Thu eynem grothen tuchniſſe vnde bewaringhe deſſer vorgeſchreuenen ding hebbe ik Hans ſchernekow, ſakeweldighe, vnde wy borghen ergenant med vnſer aller witſchop vnde vulbort vnſer aller Ingeſegele lathen henghen beneden an deſſen apen brieff, Die geſchreuen vnde gegheuen is tho premſslow, na der bort criſti Duſent iar virhundert iar, in deme twey vnde druttigiſten iare, an Sunthe matheus auende, des hilghen apoſtels vnde ewangeliſten.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCXXXII. Herrmann Schütte, der eine Zeit zu Prenzlau im düſtern Keller gefangen geſeſſen, ſchwört der Stadt Urfehde, am 12. Juni 1433.

Vor allen Luden, die deſsen Briff ſeen, hören odder leſen, beſundern vor iuw Erſamen Heren Borgemeſtere vnde Ratmanne der Stad Prentzelow, die nuw jegenwardig vnde ock tokomende ſindt, Bekenne ick Hermann Schütte med deſsen apen Brive vor my vnd alle myne Brudere vnde vor alle myne Fründe vnde Eruen, alſe van der Sacke weghen, alſe ick nuw kortlicken der Stad Prenzelow Privilegia vnde Rechticheiten, dar ſy van Forſten vnde Herren in beſtediget vnde in langen vorgangen Tieden vnde Jaren in vorjaret vnd bewonet ſint, brecken wolde vnde vor dem Rechte jeghen geſprocken hebbe, darvmme ick angefangen bin worden vnd etlicke Tied in deme Duſteren Keller vmme geſeten hebbe, als ick dat wol vordienet hadde, vmme de Sacke ick mynes Gnedigen Herren des Marggraven Lande vnde Lüde, noch die van Prenslow odder ymande van orent weghen nimmer mehr vmme beſchedigen, hindern oder vpſacken wil met Worden, met Wercken, mit Tufügunge oder met Ambachtunge, geiſtlicken oder werltlickes Gerichts, neynerleye Wys vnde Gewonheide, med Rade odder met der Dat nimmermer hindern oder krencken will, ſondern en allen vnd eynen ychlicken beſunderen lyverdynen vnde Gunſt bewiſen met Truwen na myne vormögende. Dat ick ymande vorſprecken odder hindern will, dat ick met Kraffte deſſes Brieves vullkommen vnd vnvorbrocken ſo love to holdende ehrlick, ane allerley Hulprede, vnde da thue met gantzen Beraden vnde dat met vtgereckten Armen vnde vpgeholden Fingern willighlichen vnd vnbetwungen tu den hilligen ſchwere in Eydes ſtatt vnde eine rechte vullkommene Orfeide vp due, dem Erſamen Rade to Prentzelow, nu gegenwärtig vnd

eren Nakomelingen, ſunder allerley Arck getrowlicken to holdende vor my, vor alle myne Brüdere, vor myne Erven vnd vor alle myne Fründe vnde Frömde, geboren vnde vngeboren, in alle mate, alze vorgeſchreven ſteit, neynerley Hülperede daarinn thu thuende, ſundern de Sacken gentzlichen med guden willen gegen ſye vnde de ören frye, quid, leddich vnde los geve, med Kraffte diſses Breves, vnde dorch eyner grotteren Skerminge Willen ſette ick genante Hermann Schütte dem Erſamen genandten Rade tu Prentzelow vnde ören Nakömmelingen vor my to Bürgen alle meyne Brödere, alſs Clauefs, Petere vnd Henninghe, vnde dar tu deſse nachſchrevene Lüde, alze Jacob Rycken, Hinrich Kratze, Hans Pozelycken, Bertram Greven, Clawſs Nemerowen, Jaſpar Grunowen, vnde wy genandte Brödere, alſse Claws, Peter vnd Henning, vnde ock wy ghenanten Borghen, alſe Jacob Rick, Hinrich Kratze, Hanſs Potzelick, Bertram Greve, Claws Nemerow vnd Jaſpar Grunow loven vor den ghenannten Hermann Schütten, alſe trowe gude Borghen, alle deſse vorgeſchrevene Stücke vnd Artickle genzlicken, vullkommen vnde vnuorbrocken met vnſeme genandten Sackweldighen to holdende, ſunder allerley Arck, Hülperede vnd ane Geferde. Ock love wy genandte Brödere vnd Börghen met vollem Mude, nimmermer van ſyner noch van vnſer weghen darup tu ſackende met Worden odder met Wercken, noch met geiſtelicken oder met werltlicken rechte gegen jemanden neynerleye Wys, ſunder die Sacken ock med guden Willen jeghen ſy vnde de ören frye vnd leddich vnd los geven met dieſsem Brive. Geſcheget ock, dar Got vor ſy, Dat vnſe Sackweldighe vorghenannt odder wy gehnannte Brödere vnd Börghen deſse vorgeſchrevene Stücke vorbrecken, Dat wäre an weme dat wäre, vnd ſo nicht hilden, alſe vorgeſchreven ſteit vnde alſe wy gelovet hebben, wes Schaden denne die Erſame genandte Rad to Prentzelow, öre Nackomelinghe, öre Börgere, Inwonere odder ymant van orent weghen buthen odder bynnen der Stad darvmme deden odder nemen, welckerley Wys dat geſchege, Den Schaden lowe wy genandte Brödere, alſse Clawes, Peter vnd Henning, vnde wy genandte Börgen, alſe Jacob Ricke, Hinrich Kratze, Hanſs Potzelick, Bertram Greve, Claws Nemerow vnde Jaſpar Grunow met eyner rechten vngeſcheyden vorvolgeden ſammeden Haut vor vnſen genannten Sackweldighen, deme genannten Erſamen Rade to Prentzlow vnde oren Nakommelegen vullkommen to legerende vnde to benemende, ſunder ören Schaden vnd ſunder gennegerley Arck, Infindinghe oder Hülprede. Des tu Tüghe vnde grotter Bekenntniſse hebbe ick genannte Herman Schütte, Sackeweldighe, myn Ingeſegel vnde wy ghenandte Brödere vnde Börgen vnſe Ingeſegele eyn na dem andern witlicken vnde med guden Willen laten hanghen an deſsen apen Brieff, Die geſchreven is na Chriſti vnſes lyven Heren Gebort Viertein hundert Jar, darna in deme dry vnde drittigſten Jare, an deme Frydage na des hilgen Bludes dage.

Aus einem Copialbuche.

CCXXXIII. Jakob Kerwen ſchwört der Stadt Prenzlau Urfehde, am 24. Februar 1434.

Vor allen diejenen, de diſsen Brieff zeen edder hören leſen, bekenne ick Jacob Kerwen apenbar in diſsem Brive vor my vnd mynen Vader, vor myne Bröder vnd alle mynen fründen vnd rechten Erven, deme Erlicken Rade to Prentzelowe, dat ick van der Ticht wegen, de my overwaren is von Andreas Warborgens wegen, deſs ick vnſchuldich byn, dar ick doch in fengniſse kommen byn vnd my Dagen heft de erliche Rad van Prentzeloue vmme der Sacke willen etc., So hebbe ich vorbenandte Jacob Kerwen mid mynen Vater Heynen, mid myne Brodere Michel, Peter, Clauſs vnd Hanſs, alle heten de Kerwen, vnd mid alle mynen Fründen, den Erſamen Wyſen Borgemeſtern vnd Radmannen der Stadt Prentzlowe vnd allen eren Nakomelingen, ene recht vulkommene vnd vnbedrechlicke Vrveyde vnd Syne mid opgeholden Fyngeren lyfflicken to den Hiligen geſchwaren mid guden Willen, ane Dwanck, nimmerdar op to ſackende mid nynerley Worden noch mit Wercken, dar de vorbenandte Rad vnd Stadt vnd ere Nackomelinge to Schaden kommen mögten, vnd Jacob Kerwen mid mynem Vader Heyne vnd mid myne Bröderen Michele, Peter, Clauſs vnd Hanſs vorbenandt ſchweren gegenwertig vnd Krafft diſſes Brives mid vnſeme Huftmanne Jacob Kerwen, dar vns God ſall helpen vnd ſyne Hiligen, ſtede vnd vaſte tho holdende diſſe vorſcrevene Stücke vnd Artickule. Alle deſse naſcrevene Artickle jeglick beſundern, ſo lave wy to groten Bewarunge, als Engelke van Deweſse, Dorpheere to Priperde, wahnhafftig to Arensberge, Clawefs Kule, Klawefs Richteſtieg vnd Bern Tripckendorp, alle wanhafftig to Lychen, ſtede vnd vaſte to holdende, vor den vorſcrevenen Jacob vnd vor ſynen Vader, Broder vnd Fründte ene rechte Bürge. Vnd off die genandte Jacob, ſyen Vater, ſyne Bröder edder ſyne fründte edder jemanden van eren wegen dat ſo nicht onholde vnd de Orfeyde vnd Seyne brecken an juw van Prentzlow, den Schaden lowe wy ene rechten ſammede Hand juw wedder thu benemende, ſunder juwen Schaden vnd ſunder jengerley Hülprede, als wane wy darümme jemannt werden. Vnd hebben des zu grotere Bewarunge vnd en jeglick beſundergen mit ener witlicker vollbrachten ſammede Hand laten hengen vnſse Ingeſegelcke vor deſsen apen Brif, de gewen is na Godes Gebord Verteynhundert Jar, darna in dem vervnddryttigſten Jare, Den Mittwecken na dem hyligen Sundage, alze man in der Vaſte in der Hylligen Kercken ſynget Reminiſcere.

Aus einem Copialbuche.

CCXXXIV. Der Domherr Henning überläßt der Stadt Prenzlau den Ratzberg, am 9. Juli 1434.

Vor allen Luden, die deſſen brieff Sihen odir horen leſen, Bekenne Ik Henninghus, ettwan Priſter vnd vormalen proueſt gheweſt vnd noch jegenwordich thuretyd Domhere des Cloſters vnd louelike Conuentes Jericho, Openbar met deſſeme briue, Dat ik met gantzen vulkomen

wolbedachten mude vnd met guden willen den Erſamen herren des Rades thu Prempflow Nu iegenwordich, Alſe Otte hoppen vnd henning kyritze, Borgemeiſtern, Stantzke ſtoifene, Cune goritze vnd Claws koppene, Radmannen, vnd oren Nakomelingen vp der genanten Stad Premſslow behueff vnd vromen willigliken vor den genanten gantzen ſittenden rade ghegeuen hebbe vnd igenwordich gheue, met Crafft deſſes briues, Den Ratzberg genant, met ſehen vnd watern, Met holten vnd welden, met weſen vnd weyden, met ackern, gewunnen vnd vnghewunnen, alze wu man dat benümen mach, vnd met aller gherechtigeit vnd thubehorunge, alſe dat van oldere thu deme genanten Berghe ghehoret hefft, nichteſnicht buten beſcheiden, Ewigliken tu der genanten Stad Nut vnd fromen thu beholdenne, thu genytende vnd thu gebrukende, vngehindert vnd ſunder anſprake vor alſweme, Dat ſo geſchien ys alſe huden vor deme genanten ſittenden rade hir thu Premſslow vnd in byweſende vnd Jegenwordigeit deſſer Erſamen, werdigen vnd vorſichtigen nageſchreuen lude, Alſe Her Hinriek ſchapows, Her hinrik Hartwiges, Her Johan phyolen, Her Eraſmus klinkow, Alle erlike priſtere vnd vicarien, darthu ffrentze Lucifer, borgher hir thu Prenſslow, die alle louen, tughes vnd eren wol werdich ſind. Des thu groter ſekerunghe vnd bekentniſſe hebbe Ik genante Henninghus, ettwan priſter, myn Ingeſeghel witliken vnd met guden willen laten hanghen an deſſen open brieff, Die Geſchreuen vnd gheuen ys Na Chriſti vnſes lieuen Heren gebort virteinhundert Jar, darna In den vier vnd druttigſten Jare, am achten daghe viſitacionis marie, der hilgen vnd lieuen muder godes.

Aus Seckt's Geſch. II, Urk.-Anh. S. 170, Nr. 5 und einem Manuſcripte.

CCXXXV. Gerichtsverhandlung in Sachen eines Bürgers zu Prenzlau gegen ſeinen Knecht wegen Schwängerung ſeiner Tochter, ſowie des Rathes gegen den Bürger wegen unerlaubter Selbſthülfe, vom 13. März 1436.

1. In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem Milleſimo Quadringenteſimo triceſimo ſexto, Indiccione decima quarta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri, Domini Eugenii, diuina prouidencia pape quarti, Anno eius ſexto, Menſis marcii die XIII, hora veſperarum In theatro oppidi Prempslow, Caminenſis Dioceſeos, In mei notarii publici teſtiumque infraſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſencia perſonaliter conſtituti, Eghardus Scroder parte ex vna, nec non Godekinus ſtraſem parte ex altera, laici dicte dioceſeos, Idem eghardus ſcroder coram Conſulatu Premslow pro iſto anno preſidenti, antiquis conſulibus conuocatis et preſentibus cum prefecto dicti opidi conqueſtus fuit contra dictum Ghodekinum Straſem, dixit et propoſuit, quomodo et qualiter prefatus Ghodekinus Straſem violaſſet filiam ſuam, eamque oppreſſionibus ad hoc aptis impregnaſſet et honore virginali priuaſſet. His vero propoſitis ante dictus Ghodekinus Straſem ſe excuſando et contra eum propoſita negando reſpondit, quod nullatus eam violaſſet et in huiusmodi facto et querela inſortem et immunem conſtanter ſe eſſe allegauit. Adiciens eciam coram Conſulatu, quod ipſe impeticioni prefati eghardi Scroders, quam contra ipſum habere pretenderet, reſpondere et iuri Magdebur-

genſi comparere et ſtare voluerit et omnia ſuſtinere, que ſecundum impeticionem antedicti eghardi Scroders et eius reſponſionem de iure ſibi venirent ſuſtinenda, et quicquid predictus eghardus Scroder ſibi probare potuerit, quando ſe aliis ſuis defenſionibus euadere non poſſit ſiue veniret ſibi ad penam vltimi ſupplicii ſiue ad penam ciuilem hoc ſuſtinere vellet. Ad premiſſa itaque ſeruanda prefatus Ghodekinus Straſem caucionem fideiuſſoriam cum certis inquilinis et ciuibus facere promiſit, quod omnes terminos iudiciales in foro ſeculari temptandos temptare vellet et ad ſingula contra eum impetita reſpondere, Vlterius ſupplicans apud antedictum Conſulatum, ex quo quod paratus eſſet ſtare iuri et ad cauſam, vt premittitur reſpondere, ipſum tanquam iudices ſuperiores defenſatum habere vellent, Ne prefatus eghardus Scroder ſibi aliquam quodammodo iniuriam, prout prius fecerat uel uiolenciam, inferret. Sepedictus autem eghardus Scroder dictis reſponſionibus et negacionibus minime attentis, vt petitum fuit ſtare iuri renuit, ſed poſtulauit eundem Ghodekinum Straſem e conuerſo ſibi reportari ad vinculandum, tempore et loco ſibi a fideiuſſoribus promiſſo. Deinde prefati Conſules interrogauerunt multidictum eghardum Scroder, quare non cepit predictum Ghodekinum Straſem, antequam filia ſua peperit et vinculis mancipauit. Reſpondit quod ipſe et conſanguinee eius nouiter eam interrogauerint, vtrum eſſet impregnata uel non, aut in integra virginitate conſtituta, annon, ad quod filia ſua reſpondit, quod de premiſſis non eſſet ipſis cura aliqua, quia virgo et non corrupta. Super quibus omnibus et ſingulis ipſe Conſulatus vna cum Ghodekino Straſem predictum me Notarium publicum infra ſcriptum humiliter requiſiuerunt, vt eis quantacunque noticia conficerem vnum uel plura publicum uel publica Inſtrumentum et inſtrumenta. Acta ſunt hec Anno, Indiccione, Pontifice, die, menſe, hora et loco, quibus ſupra. Preſentibus honeſtis et diſcretis viris Mathia Angermunde, Arnoldo Kurd, Ludolpho luder, laicis caminenſis Dioceſeos, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Et ego Johannes Mechow etc.

2. In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiuſdem Milleſimo Quadringenteſimo triceſimo ſexto, Indictione decima quarta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri Eugenii, Diuina prouidencia pape quarti, Anno eius ſexto, Menſis Marcij die XIII, hora terciarum uel quaſi, In theatro in loco conſiſtoriali, vbi prefectus opidi prempflow, caminenſis dioceſis, vna cum Scabinis preſidebat, In mei notarij publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſencia Proconſules et conſules dicti opidi prempflow, coram iudice opidi eiuſdem in loco conſiſtoriali conſtituti propoſuerunt et conqueſti fuerunt contra et aduerſus Eghardum ſcroder, laicum dicte dioceſis, et ad ſua bona tam mobilia, quam immobilia, proponentes cauſam, quod ipſe in domum ſuam ſuis deceptoriis verbis quondam ſeruum ſuum ghodekinum ſtraſem nuncupatum inuitauit et primum ſuum deſeruitum ſibi dare promiſit, In (quo) ipſe adhuc ſibi obligabatur, tamen dictus eghardus ſcroder ſolucionem huiusmodi precii minime fecit vt facere ſibi promiſit, Sed ipſum ghodekinum ſtraſem cepit compedibus dire inuinculauit, ſine iuſſu aut licencia conſulatus predicti, ex quo ipſi iurisdictionem ſupremam et principalem in loco prefato a principe optinent, neque optenta licencia prefecti antedicti opidi, licet dictus ghodekinus ſtraſem nullo crimine irretitus fuit, neque conuictus uel confeſſus demeritisque ſuis minime exigentibus, Ideoque prefati conſules et conſules volentes cum canone et iuris ordine talia enormia facta compeſcere, prout ad eos auctoritate ſupremj iudicij ſpectat, dictum eghardum

ſcroder coram ſupradicto iudice traxerunt in cauſam, intentantes contra eum eandem cauſam ciuiliter et non criminaliter neque ad penam ſangvinis, ſed tantum ad eum et ſua bona mobilia et immobilia, prout preſens narratum eſt, Ita quod ſecurum aditum ad iudicium et receſſum libere ſine aliquo impedimento habere potuit. Super quibus omnibus et ſingulis ipſe conſulatus antedictus me notarium publicum infra ſcriptum humiliter requiſiuerunt vt eis quantacunque noticia conficerem vnum uel plura publicum uel publica Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta ſunt hec Anno, Indiccione, Pontifice, die, menſe et hora, locis, quibus ſupra, Preſentibus diſcretis viris Arnoldo Kurd, hinrico ſtanghe, hinrico ylges, Nicolao haſſe, laicis dicte caminenſis Diocesis, Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis, In fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Et ego Johannes mechow, clericus Hauelbergenſis diocesis, publicus Imperiali auctoritate notarius etc.

3. In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate eiusdem Milleſimo Quadringenteſimo Triceſimo ſexto, Indiccione XIIII, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Eugenij, diuina prouidencia pape quarti, Anno eius ſexto, Menſis Marcij die XIII, hora terciarum uel quaſi, In theatro in loco conſiſtoriali, vbi Prefectus vnacum Scabinis opidi Prempflow, Caminenſis Dioceſeos, iuri ciuili preſidere ſolent, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſencia, Proconſules et Conſules dicti opidi Prempslow, predicte dioceſeos vnacum quodam Ghodekino Straſem conſtituti Judicialiter propoſuerunt et per prelocutorem proponi fecerunt, quomodo dictus Ghodekinus Straſem alias ſe coram eis exhibuit, quod ipſe impeticioni cuiusdam Eghardi Scroders, quam contra ipſum habere pretenderet, reſpondere et iuri magdeburgenſi parere et ſtare voluerit et omnia ſuſtinere, que ſecundum impeticionem dicti Eghardi Scroders et reſponſionem antedicti Ghodekini Straſem de iure eidem venirent ſuſtinenda, et quicquid Eghardus Scroder predicto Ghodekino Straſem probare potuerit, que antedictus Ghodekinus Straſem aliis ſuis defenſionibus euadere non poſſet, ſiue veniret ad penam vltimi ſupplicii, uel ad penam ciuilem, hoc ſuſtinere vellet. Ad premiſſa itaque ferenda prefatus Ghodekinus Straſem caucionem fideiuſſoriam facere promiſit, quod omnes terminos iudiciales in foro ſeculari temptandos temptare vellet et ad ſingula contra eum impetita reſpondere, Et vlterius prefatus Ghodekinus Straſem ſupplicauit Conſulatui, quod ipſi dicto Eghardo Scroder inhiberent, ne eidem vlteriorem, ſicut alias fecit, faceret violenciam. Sepedictus Eghardus Scroder autem renuit ſtare juri, ſed poſtulauit, eum e conuerſo portari in ligaturam compedum et voluit exercere in eum vlteriorem violenciam, ſicud alias exercuit. Deinde conſulatus fecit proponi ſculteto et Scabinis pro jure, anne deberet antedicto Eghardo Scroder fieri iuſticia et inhiberi violencia. Prefatus autem ſcultetus et Scabini ſententiarunt, quod ſibi deberet juſticia fieri et violencia inhiberi. Deinde conſulatus proponi per prelocutorem fecerunt Sculteto et Scabinis, ex quo Eghardo Scroder fieri deberet iuſticia et violencia eidem foret inhibita. Tunc predictus conſulatus ſepedictum Ghodekinum Straſem in iudicio exhibuerunt et proponi fecerunt, ex quo multidictus Ghodekinus Straſem non haberet bona hereditaria et propria anne deberet fideiuſſoriam facere caucionem, quod in omnibus terminis iudicialibus comparere vellet et reſpondere impeticionibus contra ipſum factis et faciendis. Prefectus autem vnacum Scabinis ſentenciauerunt, quod dictus Ghodekinus Straſem deberet fide-

iuſſoriam facere caucionem. Denique prefatus Conſulatus fecerunt proponi et queri ius, ſi dictus Ghodekinus Straſem non haberet fideiuſſores, an per ſe non deberet eſſe fideiuſſor, Ita quod deberet ſeruari et cuſtodiri de vno termino iudiciali ad alium terminum iudicialem. Dictique Scultetus atque Scabinj ſententiarunt, ſi non haberet fideiuſſores, per ſe deberet eſſe fideiuſſor. Poſt hoc conſulatus antedictus fecit proponi et ius queri, quis de iure dictum Ghodekinum Straſem ſeruare et cuſtodire deberet. Ipſi autem Scabini et Scultetus iterum declarauerunt et pro iure dicerunt, quod conſulatus, qui haberet ſupremum Jus a principe in loco opidi, ipſum ſeruare et cuſtodire deberet. Et ſic cum dictus Conſulatus dictum Ghodekinum Straſem capere vellet et poſuiſſe ad cuſtodiam, vt ipſe omnes terminos iudiciales temptaſſet et affuiſſet, Tunc predictus Ghodekinus Straſem habuit certos preſentes inquilinos et ciues in Prempflow, videlicet Nicolaum Kurd, theodericum Schonefeld, Nicolaum Luder, Heynonem Straſem, Quos multifatus Ghodekinus Straſem ad ſtatum iudicialiter poſuit fideiuſſores, quod omnes et ſingulos terminos iudiciales comparere et reſpondere vellet prout de iure. Super hoc dictus conſulatus, Prefectus et Scabini dictum Eghardum Scroder ſaluum dederunt conductum, vt ad omnes et ad ſingulos terminos iudiciales comparere et facere deberet, quomodo de iure veniret per ipſum facienda, ſimiliter et altere parti videlicet Ghodekino Straſem, ſed quicquid vnus alteri faceret de iure, uel alter alterius cum iure ſuperaret, hoc nullatenus ſaluus conductus impedire deberet et viciſſim in hoc ſpecialiter habere defenſum. Acta ſunt hec Anno, Indictione, Pontifice, die, menſe, hora et loco, quibus ſupra. Preſentibus diſcretis viris Arnoldo Kurd, Hinrico Stanghe, Hinrico Ylges, Nicolao Haſſe, laicis Caminenſis Dioceſeos dicte, Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Et ego Johannes Mechow etc.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCXXXVI. Markgraf Johann erklärt die Stadt Prenzlau für unbetheiligt an der Verſchuldung des Hennig Krüger, der ſeiner Güter beraubt und des Landes verwieſen iſt, am 10. Juli 1436.

Wir Johanns, von gots gnaden Marggraue zcu Brandborg vnd Burggraue zcu Nuremberg etc., Bekennen offintlichin mit diſſem briefe vor allen furſten, Geiſtlichen vnd wertlichin, vor allen Grauen, herren, vor allen Richtern vnd Gerichten vnd ſunſt vor allermeniglich, da diſſer vnſer brieff vorkumpt, das wir von eigener Bewegunge, auch mit Rathe vnſer Rethe, von treflicher ſache wegin, hennynge kruger das ſeine haben heiſſen vorkouffen, auſz vnſern landen vnd nemlichin auſz vnſer Stad Premflouw habin heiſſen zcihen, daran die von Premflow keine ſchult haben, vnd ſagin ſie auch an ſullicher vorbitunge vnd ſachin gein dem gnanten henninge kruger vnſchuldig. Hirvmb wir alle obgnanten furſten, Grauen, herren, Richtere vnd nemelichin alle ffrigrauen mit flieſſe Bitten, jr wollit obir die vnſern von Premflow von ſullicher obgeſchri-

bener ſache wegin dem gnanten hennynge krugere nicht richten, ſundern die ſachin vor vns wiſen, des wir gerne vordinen, vorſchulden vnd euch des dancken wollen. Czu orkunde mit vnſerm aufgedruckten Ingeſigel vorſigilt vnd Gebin zcu Tangermunde, Am dinſtage nach kyliani, Anno domini M°. CCCC°. XXX°. Sexto.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Johann, fol. 77.

CCXXXVII. Lukas Braunſchweig ſetzt der Marienkirche zu Preuzlau jährliche Hebungen als Legat aus, am 5. Mai 1437.

In nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo, Indiccione decima quinta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri, Domini Eugenii, diuina prouidencia pape quarti, Anno eius ſeptimo, Menſis May die quinta, horis veſperarum, uel quaſi, In domo habitacionis diſcreti ac honeſti viri Domini Luce Brunſwik in opido Premſslow, Caminenſis Dioceſeos, In mei notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ſpecialiter ad hoc vocatorum atque rogatorum preſencia Perſonaliter conſtitutus prefatus Dominus Lucas brunſwik felicis recordacionis presbiter dicte Caminenſis Dioceſeos ſane intendens, quod diem extreme meſſionis oportet miſericordie operibus preuenire et eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeat in celis, firmam ſpem fiduciamque tenens, quod qui parce ſeminat parce eciam metet et qui ſeminat in benediccionibus de benediccionibus metet vitam eternam, licet debilis corpore, ſanus tamen mente et racione exiſtens, cupiensque inteſtati caſum concedente Domino euitare, non vi aut metu coactus non errore ductus, aut quouis modo circumuentus, ſed fide bona, animo deliberato pure ſimpliciter ac irreuocabiliter et ad aucmentum diuini cultus omnibus melioribus modis, via, iure et forma, quibus id melius fieri debuit et potuit, ſuam vltimam ordinauit et fecit uoluntatem modo et in parte infra ſcripto. Legauit igitur et dedit dominis horas canonicas cantantibus In eccleſia beate et glorioſe virginis marie in dicto opido Premſslaw redditus annuales quatuor marcarum, quas ad vtilitatem et profectum prouiſores dicti cori et dictorum dominorum conuertere debent, Illo tamen ſaluo, quod quedam margareta ſmedes vſum illarum quatuor marcarum vſque ad extremum ſue vite optinebit et ſingulis terminis ſeu annis eas ſubleuabit. Poſtquam igitur dicta Margareta ſuum diem clauſit extremum ſeu ſublata eſſet de medio, tunc ipſi dicti prouiſores nomine dicti chori vel dictorum dominorum in eccleſia prefata famulancium cum omnis iuris integritate dictas quatuor marcas annuatim ſeu omni anno a quodam Johanne Dames percipient et integre ſubleuare debent, quas quatuor marcas annuorum reddituum ſuper certa domo dicti Johannis Dames, quam nunc inhabitat, ſita ex oppoſito fori dicti opidi Premſzlaw, teſtator ſeu Dominus Lucas, predictus proinde comparauit. Dans inſuper et transfundens ſepedictus teſtator omnia et ſingula iura et acciones vtiles et directas dictis dominis prouiſoribus, que ſeu quas habet ſeu habere poterat in et aduerſus dictum Johannem Dames ac ſupra dicta ſua domo occaſione et cauſa dictarum quatuor mar-

carum annuorum reddituum ſepius predictorum. Super quibus omnibus et ſingulis premiſſis ſepedicti prouiſores me notarium publicum requiſiuerunt vt ipſis vnum ſeu plura ſi opus fuerit publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſiue inſtrumenta. Acta et facta ſunt hec anno, indiccione, pontificatus, die, menſe, hora et loco eciam, quibus ſupra omnibus aliis preſentibus ibidem diſcretis et honeſtis viris Domino euerhardo eutzlin, presbitero ac perpetuo vicario in eccleſia beate virginis marie, Thoma rudinger, Ertmaro Kindow, Hinrico Stelre et Woltero ſelubbe, Laicis ac oppidanis, aliisque pluribus fide dignis dicti oppidi Premſslow, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis etc.

Et ego Petrus Stoyuen, Clericus Caminenſis dioceſeos, publicus imperiali autoritate notarius huiusmodi teſtamenti ordinacionem, ac quatuor marcarum annuorum reddituum et omnibus aliis et ſingulis premiſſis dum ſic vt permittitur fierent et agerentur preſens interfui, eaque ſic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam ipſa manu conſcribendam redegi, quam ſigno et nomine meis ſolitis et conſuetis conſignavi, rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCXXXVIII. Die Gebrüder Schulzen verkaufen wiederkäuflich dem Rath zu Prenzlau eine Waſſerpacht aus Blingow, am 13. November 1437.

Vor allen Lüden, de deſsen Brief ſien oder hören leſen, bekennen wy Symon, Frentze vnd Marckus, Brüdere, die Schultzen genannt vnd wohnhafftig thu Meinſtorp, openbar met deſsen Briue, dat wy eyndrechtliken verkofft hebben vnd jegenwardig vorkopen met Macht des Brieues den Erſamen Herren Borgermeiſtern vnd Rahtmannen der Stad Prempſslow, die nun oder thukomende ſind, vp der genanten Stad Premſzlow Behuef Vefftehalue Mark Vincken Pennige ierliker rente, dy ſy vns vp alle ſunt Mertens Dage Pflichtig ſindt thu geuen, de thur Waterpacht von vnſen hufen vppen Veltmarken thu Blingow gelegen, vor ſeſtich Marck Vinken Pennige, dy ſy vns tur nüge wol thu Dancke betalt vnd wy ſy der leddig geladen hebben vnd Jegenwerdich loſslaten, met Krafft deſses Brieues, alſo beſcheiden, dat wy genanten Brüdere vns vnd vnſen Eruen eynen rechten Wederkop daran beholden hebben. Alſso wann wy oder vnſse Eruen die genannten Vefftehaluen Mark Waterpacht weder löſen vnd affkopen willen, Schole wy oder vnſe Eruen dat den genannten Herren Borgermeiſtern vnd Rathmannen der genannten Stadt Premſzlow, die tur Tyd imme rade ſitten werden, vp ſunte Wolborgen dach vor vpſeggen vnd tho deme nechſtkommenden Sunte Mertensdage die Vefftehalue Marck Waterpacht In beholden laten vnd die genannten Seſstig Marck genge Vincken Pennige an einer Summen thu Prenſslow, ſunder allerleye Hülperede, en edder ehren nachkömlingen weddergeuen vnd danckliken betalen, na der Bereydinge deſsen vnſen open Brief, denne wedder von heiſchen, fordern vnd entfangen. Des thu guter nawyſung vnd bekentnüſse hebbe wy genannten Brüdere vnſser Beyder

Ingeſegele witliken laten hangen an deſsen open brief, die geſchreuen yſs na Chriſti vnſers lieben Herren Gebort virteinhundert, darna in dem ſouen vnd druttigſten Jhare, am Dage Sunte Briccius, des heiligen Bichtigers.

Aus einem Copialbuche.

CCXXXIX. Johann, Probſt zu Gramzow, verurtheilt als Commiſſar des Concils zu Baſel den Eggehard Schröder, welcher in ſeiner Streitſache mit dem Rathe zu Prenzlau an die päpſtliche Curie appellirt hat, in die Koſten des Prozeſſes, am 9. März 1439.

Johannes, Dei gracia prepoſitus monaſterii Gramzowienſis ordinis premonſtratenſium, Caminenſis Dyoceſeos, Judex ad infraſcripta a ſacroſancta generalj Synodo Baſilienſi in ſpiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem eccleſiam repreſentante vna cum noſtro in hac parte Collega cum illa clauſula, quatenus vos uel alter veſtrum ſpecialiter deputatus, vniuerſis et ſingulis abbatibus, prioribus, prepoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis tam Kathedralium, quam collegiatarum et Parochialium eccleſiarum rectoribus vel loca erundem tenentibus ceterisque dominis presbiteris curatis et non curatis, Clericis, Tabellionibus et notariis publicis quibuscunque per civitatem et Dioceſin caminenſem ac alias vbilibet conſtitutis preſentibus requiſitis, In domino ſalutem et mandatis noſtris ymmo uerius dicte ſacroſancte Synodi generalis Baſilienſis firmiter obedire. Litteras iam dicte ſacroſancte ſynodi generalis Baſilienſis ſanas, integras, non viciatas, ſed omni prorſus vicio carentes, more ſolito bullatas, nos cum ea, qua decuit, reuerencia noviter recepiſſe huiusmodi ſub tenore:

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem eccleſiam repreſentans Dilectis eccleſie filiis monaſterii Gramzovienſis per prepoſitum ſoliti gubernari et eccleſie beate Marie Stettinenſis, Caminenſis Dyoceſeos prepoſito, Salutem et omnipotentis Dei benediccionem.

Congruum cenſemus et debitum vt ea, que contra formam Decretorum noſtrorum et in eorum preiudicium facta cenſentur, ne per illa aliqui in iure ſuo ledantur, ad ſtatum debitum reducantur. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum eccleſie filiorum Jacobi Czabelſtorp, Sculteti, Johannis angermünde, Nicolai Coppen, Stentzeke Stoyuen, Conradi Goritze, conſulum, Nicolai conradi alias cordes, luderi in den Haken cum filio ac Thome cabuſitz, opidanorum opidi Premſlaw, Caminenſis Dyoceſeos, peticio continebat, quod olim pro parte dilecti eccleſie filii Egghardi Schröder, Layci dicte Dyoceſeos, Domino Eugenio, Pape quarto, poſt eius ſuſpenſionem ab adminiſtracione papatus per nos factam ac eciam poſtquam nos per Decretum noſtrum omnes et ſingulas cauſas, tunc in curia ipſius Eugenii pape indeciſas pendentes, ad nos advocantes et quaſuis alias de cetero tractari non debere ſtatueramus et decreueramus, falſo ſuggeſto, quod Scultetus, Conſules et Opidani predicti eundem Egghardum nonnullis bonis mobilibus et immobilibus, que ad ſe ſpectare aſſerebat, de facto ſpoliauerant ac ipſum a dicto opido expulerant et ſibi nonnullas alias violencias et iniurias irrogauerant, quodque

ipſe ſuper hijs contra eosdem Scultetum, Conſules et opidanos, propter eorum potenciam conſequi non poſſet in partibus illis iuſticie complementum, Idem Eugenius Papa ad falſam ſuggeſtionem huiusmodi cauſam et cauſas, quas idem Egghardus contra prefatos Scultetum, Conſules et opidanos ſuper premiſſis et eorum occaſione mouere proponebat, Dilecto eccleſie filio Petro martini, Decaneis rubeis capellano ſuo et cauſarum pallacii apoſtolici auditori, audiendas commiſit et fine debito terminandas nulliter et defacto ipſeque auditor in cauſa huiusmodi citacionem ad partes eciam per edictum publicum exequendam ad inſtanciam dicti layci dicitur decreuiſſe ſimiliter de facto in Decretorum vilipendium ac Sculteti, Conſulum et opidanorum huiusmodi preiudicium et iacturam. Quare pro parte eorundem Sculteti, Conſulum et opidanorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere eis in premiſſis opportune dignaremur. Nos igitur attendentes, quod ſi eſt ita, premiſſa viribus non ſubſiſtant, Diſcrecioni veſtre per hec ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum, vocatis, qui fuerint euocandi, omnia et ſingula contra prefatum Scultetum, conſules et opidanos pro parte dicti layci, per dictum auditorem aut quosuis alios auctoritate dicti Eugenii pape poſt ſuſpenſionem huiusmodi, quomodolibet facta et attemptata inveneritis et que fient et attemptabuntur in futurum, ſicuti de facto proceſſerunt et procedant, auctoritate noſtra denuncietis fore nulla eaque caſſetis et annulletis, prout ſecundum eadem decreta noſtra et de iure fuerit faciendum. Datum Baſilee, quarto nonas nouembris, Anno a natiuitate Domini M°. CCCC°. XXX°. VIII°.

Harum igitur auctoritate literarum ad inſtanciam prouidorum virorum Johannis angermunde, proconſulis, Nicolai Coppen, Stenzeke ſtoyuen, Conradi goritz, conſulum, Jacobi Czabelſtorp, Sculteti, Nicolai cordes, luderi in den Haken et eius filii ac Thome Cabuſitz, opidanorum opidi Premslow, Caminenſis Dyoceſeos, principalium, in dictis literis principaliter nominatorum, quendam Egghardum Scröder, laycum dicte Caminenſis Dyoceſeos ex aduerſo principalem in ipſis literis ſpecialiter nominatum, aut ſuum legitimum Procuratorum apud acta dimiſſum, ad certum peremtorie terminum ad noſtram fecimus citari preſenciam ad dicendum uel opponendum contra huiusmodi commiſſionem nobis factam, ſiue literas ſacroſancti Conſilii Baſilienſis antedicti verbo uel in ſcriptis, ſi quid dicere uel opponere vellet et alias venerabilis viri Domini Martini, Decaneis rubeis aſſerti auditoris cauſarum Domini noſtri, Domini Eugenii, Pape quarti, citacionem cum omnibus inde ſecutis ac ſecuturis, caſſari, annullari ſiue caſſam, nullam et irritam declarari videndum et audiendum et alias procedi in Cauſa huiusmodi, prout ordo iuris dictauerit et racionis. Qui Egghardus in termino ſibi per nos prefixo, nec per ſe aut aliquem ligitimum procuratorem comparere curauit, vnde procuratore eorundem proconſulis, conſulum, Sculteti et opidanorum in Premslow, inſtante et ipſius Egghardi contumaciam accuſante atque in ipſius contumaciam in cauſa huiusmodi, prout ordo iuris et racionis expoſtularet, procedi petente, Nos attendentes, quod iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, eundem Egghardum Schroder reputauimus contumacem et in ipſius contumaciam in huiusmodi cauſa procedendum fore decreuimus, iuris ordine ſemper obſeruato, Seruatis terminis et dilacionibus de iure ſeruandis ipſoque Egghardo Schroder ad ſingulos terminos ſeruandos, de iure peremptorie citato et non comparente contumacie accuſato et reputato, Tandem ad audiendum et videndum ferri ſentenciam diffinitiuam peremtorie citatus, procuratore prenominatarum parcium in huiusmodi termino comparente et ipſius Egghardi non comparentis contumaciam iterum accuſſante et in ipſius contumaciam ſentenciam diffinitiuam ferri petente, Nos Johannes, prepoſitus antedictus, iuſtis huiusmodi peticionibus acquieſcendo pro tribunali ſedentes et ſolum Deum pre oculis habentes

Sifridus, Dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Caminensis, Vniuersis et singulis christi fidelibus vtriusque sexus presentes nostras literas inspecturis Salutem et sinceram in Domino caritatem. Quoniam, vt ait apostolus, Omnes stabimus ante tribunali cristi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme nunc operibus bonis preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminet parce et metet et qui seminet in benediccionibus, de benediccionibus et metet, vitam eternam. Cum igitur vt accepimus, honorabiles viri Proconsules et Consules Opidi Premslowe nostre Diocesseos, quoddam hospitale pro vsu et hospitalitate peregrinorum et pauperum, ibidem in multitudine copiosa cottidie confluencium, et quandam Capellam sub honore sancte Ghertrudis, eidem hospitali annectendam, pro deuocionis affectu salubriter intendant instaurare, fundare et edificare, ad id tamen perficiendum et debitum fructum deducendum proprie eorum non suppetant facultates. Ad cuius fundacionem, instauracionem et edificacionem nostrum consensum pariter et assensum adhibuimus ac tenore presencium adhibemus, Vniuersitatem igitur vestram monemus et in domino exhortamur, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata pro dictorum hospitalis et capelle plenaria faccione et sustentacione caritatis subsidia erogetis, vt per subvencionem vestram dictorum hospitalis et Capelle inopie consulatur et vos per hec bona et alia opera pietatis, que Domino inspirante feceritis, ad eterna possitis gaudia peruenire. Nos eciam auctoritate nostra ordinaria omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui in premissis, elemosinas suas erogauerint seu manus adiutrices porrexorint aut ab aliis id fieri procurauerint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, suffragiis confisi quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer indulgemus. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum, presentes nostras literas sigilli nostri appensione, fecimus communiri. Datum in opido Stetin, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, quarta die mensis Junii, nostro sub secreto presentibus appenso.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CCLV. Notiz über den kurfürstlichen Consens für Jaspar Lindstedt, dem Kaland zu Prenzlau gewisse Hebungen wiederkäuflich zu verkaufen, vom 29. April 1445.

Item zcu dencken, das mynes herren gnaden Jasparn lynstede Im vnd sine erben, zcu Rutenicz wonehafftig, gegonnet vnd erloubet hot, das er den Andechtigen vnszern lieben getruwen Meister franczen hoppen, techant, errn peter Templin, errn peter stoynen, vorstenderrn, vnd gemeyniclichen allen kalandes herren vnd Brudern des kalands zcu prempczlow

dieſſe hirnachgeſchriben czynſe vnd Rente, mit namen vierczendehalb Brandenborgiſche pfunt vff eynen rechten widderkouffe fur funffczig ſchog groſchen Bemiſcher werunge vorkouffen vnd verſetzen mag, des hat der gnannte Jaſpar myns herren gnaden eynen brieff gegeben, das er das bynnen drien Jaren widder loſzen ſal. Geben zcu prempczlow, am dornſtage nach dem Sontage, als man ſinget In der heiligen kirchen Cantate, Anno domini etc. XLV°.

R. hans von arnym.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XX, 166.

CCLVI. Die von Holzendorf verkaufen an Jakob Druſedow in Prenzlau Hebungen aus Guſtow, am 14. Juni 1445.

Vor alle kryſten lüden, de deſsen bryf ſeen edder horen leſen, ſo bekenne wy Rykbrecht vnd Bertram, Brudere, gheheten de van Holtzendorp, wonaftich to Bertekow, vnd Lyppelt van Holtzendorp, wonaftich to Verkytz, vnd vnſe rechten Erfen, dat wy myt guten wolbedachten Mude vnde med fryghen Willen vnd med guder Eyndracht nach Rade vnſer Vründe hebben verkoft redelken vnd recklycken deme Erbaren Manne Jacob Druſedow, eynem Borgher to Prentzlow, vnd ſynen rechten Erfen VI Brandenborgheſse Punt Jerlyke Renthe, dar eyn Bedderman den andern wol to Dancke vnd to der Nughe mede bereyden mach, vp eynen Hoff vnd Hufen, dar nu vppe want Mathyges Gruwel to Guſtow bey dem Damm, myt tween Brandenborgheſsen Punden, vppe den Hoff vnd Huffen, dar nu vppe want Jüryghen Bade de Schulte, myt tween Brandenburg. Punden, vp eynen Hof vnd Hufen, dar nu vppe want Smet, myt eynem Brandenborgheſsen Punde, vnd vp eynen hof vnd hufen, dar nu vppe want Tyde Heger, myt eynem Brandenborgeſsen Punde, alſe wer deſse höve vnd hufen beſyttzet, de ſcholen utgheven alle Jar Jacop Druſedowen edder ſynen rechten Erfen Sös Brandenborgheſse Punt vppe Sunte Mertens dach. Hyrvor ſo heft vns Jacob Druſedow ghegheuen to der nüghe dre hundert mark an gudeme Ghelde, vnd werez, dat wy Rykbrecht, Bertram vnd Lyppelt, brüdere vnd veddere, gheheten de van Holtzendorp, edder vnſe rechten Erfen dyt vorbenumede Gut wolden wedder kopen van Jacob Druſedowen edder van ſynen rechten Erfen, ſo ſchole wy Rykbrecht, Bertram vnd Lyppelt erghenannt edder vnſe rechte Erfen to ſeghen eyn Verrendel Jares to vorne vor Sunte Mertens dach, vnd geven em denne wedder drehundert Marck vnd Sös Brandenborgeſse Punt an gudeme Ghelde vnd an eyneme Summe vppe den enkeden Sunte Mertens dagh, an der Münte, alſe denne to Prentzlow edder in deme Uckerlande ghenghe vnd gheve is. Des wyl wy Rykbrecht, Bertram vnd Lyppelt erghenant edder vnſe rechten Erfen Jacob Druſedowen edder ſynen rechten Erfen des vorſcrevenen Gudes eyne Were weſen vor alle denjenen, de de vor recht kamen wyllen, alſe vake, alſe em des Not vnd behuf is, vnd werz, dat deſse Bereydynge nycht en ſcheghe vppe deſsen vorſcrevenen Sunte Mertens dach, vnd welken Schaden Jacob Druſedow edder ſyne rechten Erfen darumme don to kryſten edder to Joden vppe kyſten Pande, den Schaden wyl wy Rykbrecht, Bertram

vnd Lyppelt erghenannt edder vnſe rechten Erfen benemen, lyke dem Hovetſtule, ſunder jenegherleye arghe Lyſt edder Hülperede, edder ſunder recht gandes gheyſtlykes edder werlykes, de deſsen bryf hynderen edder ſchaden moghen, vnd werz, oft hyr wes vorſumet were an dychtende edder an ſcryvende, dat vns erghenannten van Holtzendorp edder vnſe rechten Erfen myt Nychte to Hylpe kamen vnd Jacob Druſedow vnd ſyne rechten Erfen myt nychte to Schaden kamen. Hyr an vnd aver ſynt gheweſen deſse erbaren Lüde, alſe Wylcke Stubbe, Clawes Schütte, Joryghen Bade, Berent Wynter, Hans Druſedow vnd Jacop Lemcke vnd vele mer bederffer Lüde, dede Loven vnd Eren werdych ſynt. To merer Bekantnyſse vnd grotteren Loven ſo hebbe wy Rykbrecht, Bertram vnd Lyppelt, Brüdere vnd Vedderen, gheheten de van Holtzendorp, myt Wyllen vnd myt Wytſchop vnd mit beradene Mude vnſer aller Ingheſeghel laten henghen benedden an deſsen apenen Bryf, de gheſcreven is to Prentzelow, na Gades Bort XIIIIc. Jar, darna in deme XLV. Jare, des Sunafendes vor Sunte Vytes daghe.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLVII. Der Rath zu Prenzlau präſentirt Andreas Siſeken zu der Pfarre in Blindow, am 16. Februar 1447.

Venerabili in Chriſto patri et domino, domino Henningo, dei gracia electo et prouiſo eccleſie Caminenſis, aut eius in ſpiritualibus vicario Henningus kyritz, Conradus goritze, proconſules, Johannes Schonenfeyld, Nicolaus grefe, Nicolaus cock, petrus damerow, Mathias briſte, Conradus klynkebiel, Nicolaus meyneke, Nicolaus weſer, conſules ciuitatis prempſslow anno de preſenti, cum debita reuerencia obſequioſam ſemper ſeruiendi voluntatem, Ad eccleſiam parochialem ville blingow, cuius ius preſentandi ad nos ſpectare dinoſcitur, per obitum domini Alberti vos, bone memorie vacantem, nouiſſimi et immediati poſſeſſoris et rectoris eiusdem, diſcretum virum Andrean Siſeken, clericum veſtre dioceſis, latorem preſencium paternitati veſtre dignum duximus preſentandum, vna cum ipſo et pro ipſo humiliter ſupplicantes, Quatenus eidem Andree curam animarum dicte eccleſie in blingow et plebis eiuſdem cum adminiſtracione ſpiritualium et temporalium ac cum ſuis Juribus et fructibus, pertinenciis et obuencionibus vniuerſis conferre dignemini pure propter deum precum et ſeruitutum noſtrarum ob reſpectum, premium inconſumptibile opere lucrum ex hoc feliciter receptantes, Ipſumque andream auctoritate veſtra ordinaria induci faciatis ac defendatis Inductum, Juribus, conſwetudinibus adhibitis ſolitis et conſwetis. Datum Prempſslow, Anno domini M°. CCCC°. XLVII°., in die ſancte Juliane uirginis, prefate ciuitatis ſub ſecreto, in teſtimonium omnium premiſſorum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLVIII. Henning, Biſchof von Camin, überträgt dem Andreas Siſeken das Pfarramt zu Blindow und Dower, am 4. März 1447.

Henninghus, Dei gratia Electus Confirmatus Caminenſis, Diſcreto viro Andree Siſeken, presbytero noſtre dioceſeos, Salutem in Domino. Ad preſentationem prouidorum virorum Henninghi Kyritzen, Conradi Goritzen, proconſulum, Johannis Schawenvlet, Nicolai Grefen, Nicolai Kok, Petri Damerowen, Mathie Breeſt, Conradi Klinkebyl, Nicolai Meyneken et Nicolai Weſer, conſulum opidi Premſlow, noſtre dioceſeos eccleſiam vacantem per obitum Domini Alberti Vos vltimi rectoris eiuſdem cum ſpiritualium et temporalium adminiſtratione et cura plebis eiuſdem vobis tenore preſentium committimus et conferimus in animam veſtram ſalubriter gubernandam, Mandamus vobis Dominis preſbyteris et clericis noſtre dioceſeos preſentibus requiſitis et veſtrum cuilibet, quatenus vice et autoritate noſtra dictum dominum Andream in et ad poſſeſſionem prefate eccleſie Juriumque fructuum et obuencionum omnium eius ducatis corporalem facietisque ſibi et nulli alteri de eiſdem integre reſponderi, Et precipiatis populo ad eandem eccleſiam pertinenti, quatenus ipſi domino Andree, tanquam eius uero plebano et paſtori, debitam reuerenciam exhibeat et honorem, Quodque dictam eccleſiam ville Blinghow vna cum eccleſia ville Dower, noſtre dioceſis, cuius fructus et prouentus adeo modici, tenues et exiles exiſtunt, quod ex eis ſolis ipſius rector ſe competenter ſuſtentare non poterit, hinc regere et poſſidere et fructus ac prouentus inde percipere poſſit et valeat tenore preſencium vobiſcum nunc diſpenſamus, Quamquidem eccleſiam ville Douwer de conſenſu Honorabilium virorum Domini ffranciſci hoppen, preſbyteri, et Nicolai holſtendorp, patronorum eiuſdem prefate eccleſie ville Blinghow, ad vitam dicti domini Andree Siſeke duntaxat, preſentibus apponimus, applicamus et incorporamus et eaſdem vnimus et huiusmodi incorporacionem et vnionem auctoritate noſtra ordinaria confirmamus per preſentes. Datum Camin, Anno Domini M°. CD°. XLVII°., menſis Marcii die quarta, vicariatus eccleſie noſtre ſub ſigillo.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLIX. Biſchof Johann, Vicar des Biſchofes Henning von Camin, unterſtützt die Gründung des Gertraud-Hoſpitales zu Prenzlau durch einen den Beitragenden bewilligten Ablaß, am 31. Mai 1447.

Johannes, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Conſtantionenſis, Vicarius provincialis in pontificalibus Reverendi in Chriſto Domini, Domini Henninghi, Eccleſie Caminenſis electi et confirmati, Vniuerſis et ſingulis Chriſtianis vtriuſque ſexus preſentes noſtras litteris inſpecturis ſalutem et ſinceram in Domino caritatem. Cum honorabiles viri Proconſules et Conſules opidi Primſlow, prefate Caminenſis Dioceſeos, quoddam Hoſpitale pro vſu et hoſpitalitate peregrinorum et pauperum ibidem in multitudine copioſa cottidie confluentium et quandam Capellam

in honorem ſancte Gertrudis eidem hoſpitali annexam pie devotionis effectu in parte edificarunt. Ad id tamen perficiendum et ad debitum finem deducendum, nos eandem eccleſiam ſiue capellam cum duobus Altaribus et cimiteria ipſa tertia feria pentecoſtes in honorem dicte Gertrudis dedicauimus et conſecrauimus, ſummum uero Altare in laudem prefato Gertrudis et Bartholomei Apoſtoli, Erasmi . . . . . et martini ſancti Epiſcopi, Infimum ſub honorem Johannis Baptiſte, Stephani protomartyris, XI millium Virginum et beate Barbare, Cuius Capelle dedicacionem ſingulis annis in diem dominicum infra octauas corporis Chriſti ſtatuimus peragendam. Vnde Deum altiſſimum tunc vobis ſperamus propitium eſſe, cum eius fideles et devotos ad pietatis opera facienda per indulgenciarum immiſſiones feruentius incitamus, Cupientes igitur laudem et gloriam omnipotentis Dei ejusque intemerate ejus virginis Marie matris ſemper augere, omnibus uere penitentibus confeſſis et contritis, qui cauſa devotionis, orationis et peregrinationis capellam ſancte Ghertrudis acceſſerint et in ea miſſam, predicaciones aut alia quecunque divina officia devote audierint, vel per circuitum ibidem tranſierint aut pro comparatione librorum, ornamentorum aut aliorum quorumcunque ipſius capelle et altarium neceſſariorum ſubſidia caritatis dederint et manus porrexerint adiutrices, quotiescunque et quecunque premiſſa ſeu aliqua premiſſorum pie fecerint vel ab aliis fieri procuraverint, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eorum ſuffragiis confiſi, de conſenſu et licentia ſpeciali Dioceſani, quadraginta Dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus. In quorum omnium fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum Primſlow, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, feria quarta pentecoſtes.

Aus einem Copialbuche.

CCLX. Papſt Nicolaus V. beauftragt den Probſt des Kloſters Gramzow, das Eliſabeth-Hoſpital in Prenzlau zu beſtätigen, am 11. Februar 1448.

Nicolaus, Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Dilecto filio Prepoſito Monaſterij in Chramtzow, per Prepoſitum Soliti gubernari, Caminenſis Dioceſis, Salutem et Apoſtolicum benedictionem. Humilibus ſupplicum votis et illis preſertim, per que Divinus cultus augetur, libenter annuimus illaque, quantum cum Deo poſſumus, favoribus proſequimur oportunis. Sane peticio pro parte dilectorum filiorum Proconſulum et Conſulum novi Opidi Primislaw, Caminenſis dioceſis, nobis nuper exhibita, continebat, quod olim ipſis in dicto opido propter maximam Pauperum inopiam et magnum frigorem tunc ingruentem, ad honorem Dei et beate Marie Virginis et ſub Vocabulo ſancte Helyzabeth, quoddam Hoſpitale Pauperum ad Hoſpitandum et refocillandum tam infirmos, quam alios quoscunque Pauperes et peregrinos ad ipſum opidum confluentes infra limites parochialis Eccleſie dicti opidi cum vno altari abſque conſenſu ordinarij loci fundarunt et conſtruxerunt et predictum altare de ſufficientibus redditibus pro vno presbitero, qui huiusmodi pauperibus et peregrinis miſſam in dicto hoſpitali celebraret et Sacramenta Eccleſiaſtica eisdem pauperibus et peregrinis ad ipſum hoſpitale confluentibus miniſtraret dotarunt, quodque in dicto hoſpitali multi pau-

peres peregrini, qui de circuuicinis partibus ad viſitandum limina Apoſtolorum Petri et Pauli de Urbe et ad Eccleſiam beate Marie de Aquisgrani Leodienſis dioceſis proficiſcuntur a longo tempore citra fuerunt recepti et continuo recipiuntur et eis de vite neceſſariis ibidem providetur. Quare pro parte ipſorum Proconſulum et Conſulum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiusmodi fundacionem, conſtructionem et dotationem auctoritate Apoſtolica confirmare et ipſis, quodad dictum altare hac primaria vice et quotiens vacare contigerit, aliquem ydoneum Presbiterum loci ordinario preſentare poſſint de benignitate Apoſtolica concedere dignaremur. Nos igitur de premiſſis certam noticiam non habentes diſcretioni tue, de qua gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus et mandamus, quatinus ſi venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Caminenſis ad id accedat conſenſus, fundationem, conſtructionem ac dotationem predictas auctoritate Apoſtolica confirmes, dictisque Proconſulibus et Conſulibus prefati Opidi qui nunc ſunt et illis qui erunt pro tempore auctoritate predicta concedas, quod ius preſentandi loci ordinario ydoneum Presbiterum ad predictum altare hac primaria vice et ſubſequenter, quotiens illud vacare contigerit, ad ipſos Proconſules et Conſules, qui ſunt et erunt pro tempore perpetuo pertinere noſcatur, Jure tamen dicte Parrochialis Eccleſie et cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. Datum Rome, apud ſanctam Mariam trans tiberim III Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nach einer alten Copie.

CCLXI. Die Vorſteher der Brauergilde dotiren einen Altar in der Johanniskirche daſelbſt, am 23. Auguſt 1448.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Venerabili in Chriſto patri et Domino, Domino Henningho, eccleſie Caminenſis electo confirmato, Dignum et rationabile eſt merito, vt de bonis et rebus temporalibus nobis ab altiſſimo donatis et conceſſis gratiarum acciones et ſeruicia gratuita reddantur viceuerſa omnium bonorum largitori. Hinc eſt quod nos magiſter Franciſcus Hoppe, Dominus Johannes Mechow, Preſbyteri, et Hermannus Oldenborch, Mychael vos, Johannes Smed, Jacob Hudfilter, layci, prouiſores vnionis ſeu ſocietatis braxatorum in opido prympflow, veſtre Caminenſis dioceſis, vna cum conſenſu omnium fratrum dicte vnionis ſeu ſocietatis ob ſalutem animarum omnium predeceſſorum de progenie dictorum magiſtri Franciſci et Johannis, preſbyterorum, necnon omnium defunctorum et inantea tumulandorum de predicta vnione ſeu ſocietate braxatorum, Et vt cultus diuinus magis ac magis deinceps augeatur, iuſto donacionis titulo et ſolempniter donamus et apponimus ad altare in eccleſia ſanctorum Johannis baptiſte et ewangeliſte opidi prympflow, fundatum et erectum in honorem omnipotentis Dei, beate marie genitricis Domini noſtri iehſu Chriſti, Johannis ewangeliſte et bartholomei apoſtolorum, Erasmi martiris, kathrine, margarete, dorothee, barbare et appolonie ſacrarum virginum, octo talenta brandenborgenſium denariorum annalium reddituum in dicto opido, duo talenta empta per me magiſtrum Franciſcum pro centum marcis vinconenſium ſuper ſtubam noui opidi prympflow, quartalatim ſoluendorum per inhabitantem in eadem, Et quatuor talenta brandeborg.

empta per me Dominum Johannem prefatum a Coppe wlf ſuper manſo vno, quem nunc colit quidam peter Dunker, et vno medio manſo, quem dictus coppe per ſe colit empta pro XXX marcis et centum. Item vnum talentum brandeborgenſium emptum per me a ſtentzcke angermunde ſuper vno manſo, quem nunc colit hans krügher pro L marcis vinconenſium, quorum reddituum ſumma ſuper feſto ſancto paſche ſoluitur, Et vnum talentum brandeborgenſium emptum a nobis prouiſoribus dicte vnionis a tyde Wlrad ſuper vno manſo, quem nunc colit heyne koyns, quod ſuper dicto feſto paſche annuatim perſolui debet, octauum vero talentum expendemus quartalatim noſtro de fiſco vnionis, quouſque Domino concedente emerimus . . . . . aliud talentum in recompenſam. Qvorum reddituum ad altare prefatum ſic appoſitorum Juſpatronatus nos prefati magiſter Franciſcus, Dominus Johannes, preſbyteri, hermannus oldenborch, mychael vos, Johannes Smed, Jacob gudfilter, prouiſores prefate vnionis, primo nobis reſervamus, veſtre paternitati predictum Dominum Johannem Mechow, dicti altaris fundacionis nobis conſortem preſentibus vobis preſentamus, humiliter et deuote ſupplicantes, quatenus eundem ad ſupra dictum altare confirmare et ſibi regimen eiuſdem conferre dignemini prout ad veſtrum paſtorale officium ſpectat faciendo. Volumus protinus concorditer nos fundatores memorati vt confirmato dicto Domino Johanne et inde eo de hoc mundo Deo dante feliciter tranſituro extunc immediate ſepefati fundatores hermannus, mychael, iohannes, iacob vel in locum eorum legitime ſuccedentes dicte vnionis braxatorum vnum, quem malluerint indientem (indigentem) preſbyterum uel aliquem clericum alium aptum ad ſacerdocii dignitatem preſentabunt. Poſt quem extunc defunctum heredes proximiores predicti domini iohannis mechow preſentabunt, quo extunc de hoc mundo ſublato, quandocunque et quocienſcunque vacauerit dictum altare prouiſores prefate vnionis ſeu ſocietatis dictorum braxatorum perpetuis temporibus preſentabunt. Ille vero cui dictum altare ſic dotatum cum ſuis redditibus in antea confertur impedimento racionali ceſſante bis in ſeptimana videlicet dominicis diebus et quartis feriis et in omnibus ſanctorum Johannis baptiſte, ewangeliſte et bartholomei, necnon aliis feſtivitatibus dicte eccleſie, per ſe uel per alium miſſam celebret aut faciat celebrare ſub pena duorum ſolidorum brandenborgenſ. denariorum. Alias ſi ſecus actum fuerit ipſi prouiſores predicte vnionis ſeu ſocietatis, qui tunc temporis fuerint, iuſto titulo a beneficiato pro vice uel vicibus neglectis tociens quociens poterint talem penam condicione remota extorquere. Renunciamus eciam per preſentes nos prefati fundatores magiſter franciſcus et dominus iohannes, pro nobis et pro noſtris legitimis heredibus et nos prouiſores ſepefati pro noſtris ſucceſſoribus omni iuri, accioni, impeticioni et vtilitati, quomodolibet ad proprietatem et dominium dictorum octo talentorum, quod uel que nobis uel eis de predictis redditibus compecierit uel aliqualiter competere poterint in futurum. Quare nos fundatores prefati paternitati veſtre ſupplicamus humiliter et deuote, quatenus hos redditus octo talentarum dignemini ad prefatum altare in dicta eccleſia ſanctorum Johannis baptiſte et Johannis ewangeliſte in Prymſlow confirmare, apponere et applicare eo modo vt narratum eſt propter pium Deum premia largientem. Datum prympzlow, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo octauo, In vigilia bartholomei ſancti apoſtoli, Noſtris ſigillis preſentibus ſub appenſis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXII. Bischof Henning von Camin bestätigt eine von dem Priester Andreas Fischer zu Prenzlau vorgenommene Meßstiftung, am 13. Dezember 1450.

In nomine ſancte et individue Trinitatis Amen. Henningus, Dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Caminenſis, ad perpetuam rei memoriam. Cura paſtoralis officii nobis commiſſa mentem noſtram ſollicitat, vt vbi fidelium devotiones in divini cultus augmentum verſari conſpicimus, ſollicite caveamus, ne quod piis deputatum eſt vſibus, redeat ad prophanos, quod tunc recte facere credimus, dum ea, que carent confirmationis munimine, per noſtras literas autenticas ſtabilimus. Sane vidimus et audivimus patentes literas Domini Andree Piſcatoris, presbiteri noſtre Dioceſeos, Sigillo Commendabilis et religioſi viri Ottonis, Prepoſiti Gramſovienſis, pro fundatione et inſtauratione vnius novi beneficii Eccleſiaſtici ſigillatas ſanas et integras nec in aliqua ſua parte ſuſpectas, ſed omni preſumtione et ſuſpicione carentes, quarum literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis. Reverendo in Chriſto patri et Domino, Domino Henningo, Epiſcopo Caminenſi, Andreas Piſcatoris, Caminenſis Dioceſis preſbiter, obedientiam debitam cum precibus in Chriſto devotis. Hinc eſt quod Andreas premiſſus pro viribus meis de bonis meis michi a Domino queſitis cultum cupiens . . . . . Ad huiusmodi magni ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti ſueque inthemerate genitricis Virginis Marie ac pecaminum in eorum meorumque remiſſionem, de conſenſu et voluntate omnium et ſingulorum, quorum de infraſcriptis intereſt vel de iure intereſſe poterit in futurum . . . . . beneficii eccleſiaſtici Redditus conſtituendo elemoſinales dedi et aſſignavi, prout tenore preſentium do et aſſigno quatuor talenta brandenburgenſium denariorum, Quorum vnum exſolvet Petrus Jacobi de vno manſo, quem ipſe colit et vnum Bandelow ſartor de domo ſua, Tertium Talentum Jaſpar Wentland de domo ſua, Quartum vero Arnoldus Brunn, inhabitatores oppidi Premslow . . . . . Talenta in libro Schabinorum ibidem ſcripta inveniuntur. Ad quos quidem redditus vt prefertur per me fundatos ueſtre paternitati . . . Propter Deum duxi preſentandum et preſentium preſento diſcretum virum Dominum Petrum Fabri, presbiterum, ſupplicantes pro et cum eo, Quatenus eosdem redditus ne per amplius ad vſus redeant prophanos, autoritate veſtra ordinaria confirmare ac dicto Domino petro conferre et cum ad eos inveſtire dignemini divine remunerationis ob reſpectum. Quos redditus per eundem Dominum Petrum volo in vna miſſa deſervire, quam idem Dominus Petrus pro defunctis legere poterit vbicunque loco vbi ſibi placuerit, poſt obitum vero Domini dicti Petri, Ego Andreas, predictus, quatuor talentis ſi ſuperſtes fuero quamdiu vixero libere frui et gaudere volo, poſt vero obitum meum fratres Kalendarum ante dicti oppidi Premzlaw eosdem redditus quatuor talentorum in perpetuum obtinebunt, pro quibus in ſalutem anime mee ac progenitorum meorum omni anniverſario quatuor complebunt memorias defunctorum, in quolibet quatali vnam memoriam cum preparatione tumbe et miſſe et ita deſervientur in perpetuum. In quorum omnium et ſingulorum majorem evidentiam preſentem iuſtam literam ſigillo religioſi viri Domini Ottonis, prepoſiti Gramſovienſis obtinui communiri. Datum in opido premſslow, Anno Domini Milleſimo quadrageteſimo L°., menſis ſeptembris die quinta. Nos igitur Henningus, Epiſcopus prefatus, procibus nobis humiliter et devote ſupplicantium inclinati predictorum quatuor marcarum Redditum Brandenburgenſium ipſamque primam principalem fundationem, inſtaurationem, donationem, aſſignationem et omnia alia et ſingula ſupra dicta fundatione contenta, cum omnibus ac ſingulis clauſulis et articulis ſuis autoritate noſtra ordinaria, quantum in nobis eſt, approbamus et confirmamus Dei

nomine per preſentes. Inhibentes omnibus et ſingulis vtriusque ſexus fidelibus ſub anathemate et excommunicatione ſive penis, Ne quisque cuiuscunque ſtatus, gradus, dignitatis, preminentie aut conditionis fuerit premiſſa aut eorum aliquod infringere, alienare, diſtrahere vel ad vſus prophanos revocare, Aut eius ſeu eorum alicui impedimentum inferre ſeu auſu themerario contraire audeat vel proſumat ſicuti preter has penas indignationem Omnipotentis Dei beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius et noſtram canonicam evitate voluerit ultionem, Vobisque Domino Petro Fabri ad eosdem redditus inſtituendum, Nobis legitime preſentato predictos redditus cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis tenore preſentium conferimus et committimus in animam veſtram ſalubriter gubernandos: Mandavimus omnibus et ſingulis Dominis Presbiteris et clericis noſtre Dioceſeos preſentibus requiſitis, Quatenus eundem Dominum Petrum in et ad dictorum quatuor marcarum Brandenburgenſium, nec non iurium et pertinentiarum predictorum vice et autoritate noſtra ducant poſſeſſionem ſibique et nulli altari de eisdem integre faciant reſpondere. Datum in opido noſtro Colberg, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, Menſis Decembris decimo tertio Die, noſtris ſubſecretis preſentibus ſubappenſis.

Aus einem Copialbuche.

CCLXIII. Der Domdechant des Kapitels zu Lebus, Johann Berbom, verbietet auf Grund der Bulle des Papſtes Nicolaus V. vom 10. September 1447 den geiſtlichen Gerichten des Bisthums Camin, Unterthanen des Kurfürſten von Brandenburg, inſonderheit den Magiſtrat zu Prenzlau vor Gericht zu fordern, am 8. Mai 1451.

Johannes Berbom, Decanus Eccleſie lubucenſis, Judex et Conſeruatur ad infra ſcripta pro parte Illuſtris principis et domini, domini Friderici, Marchionis Brandeborgenſis etc., ſuorumque ſubditorum auctoritate Apoſtolica ſpecialiter requiſitis Diuinorum rectoribus preſbyteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis in Stettin, Premptzlow, Poſewalk et Grypſwolde, Caminenſis dioceſis, ceterisque quibuscunque pro execucione preſentis requiſitis Salutem in domino et mandatis noſtris ymmo uerius apoſtolicis firmiter obedire, literam decreti ſtatuti et ordinacionis ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini, domini noſtri Nicolai, pape quinti, de et ſuper eiuſdem principis ſubditis a domiciliis ſuis ultra duas dietas minime de cetero euocandis eius vera bulla plumbea cum filis ſericis impendentibus more Romane curie bullatam ſanam et integram ac omni prorſus vicio et ſuſpicione carentem nobis coram Notario publico et teſtibus preſentibus nos cum ea, qua decuit, reuerencia noueritis recepiſſe, Cuius tenor ſequitur de verbo ad verbum et eſt talis. (Bulle des Papſtes Nicolaus V. vom 10. September 1447 im 3. Bande des III. Haupttheiles, S. 56.) Poſt cuius quidem litere preſentacionem et recepcionem pro parte prefati Illuſtris principis, necnon prouidorum virorum proconſulum et conſulum Opidi Prempslow expoſito, quod quidam Hermannus Slupwachter, gerens ſe pro officiali Curie Caminenſis inter Swynam et Oderam generali, ad cuiusdam Gerhardi letzenowen, aſſerti Clerici Caminenſis et pretenſi cuiusdam ſuſpecte ceſſionis Ceſſionarii inſtanciam, eoſdem proconſules et Conſules a ſuis domiciliis vltra

duas dietas eiuſdem pretenſe et ſuſpecte ceſſionis occaſione traxiſſet in cauſam et contra Statutum ordinacionem memorati ſanctiſſimi domini noſtri pape excommunicaret et vt tales denunciari mandaret in non modicum eorundem leſionem et priuilegii huiusmodi preiudicium et grauamen. Volentes igitur dominacioni dicti principis et eius ſubditis, auctoritate apoſtolica prout requiſiti ſumus aſſiſtere, vt tenemur, ne contra premiſſa quomodolibet pregrauentur auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa prelibatos Citacionis et Excommunicacionis proceſſus, prout per Sanctiſſimum dominum noſtrum memoratum Caſſati et irritati ſunt declaramus et per preſentes declaramus irritos, caſſos vacuos penitus et inanes. Vnde vobis et veſtrum cuilibet in virtute Sancte obediencie et ſub excommunicacionis pena, quam in vos et veſtrum quemlibet mandato noſtro huiusmodi non parentem trium tamen dierum Canonica monicione premiſſa ſerius in hijs ſcriptis firmiter et diſtricte precipiendo mandamus, quatenus in veſtris eccleſiis vbi et quando opus fuerit poſtquam auctoritate preſentis fueritis requiſiti coniunctim uel diuiſim citacionem, Excommunicacionemque huiusmodi aliosque quoscunque proceſſus contra ſtatutum et decretum memoratum vltra duas dietas emiſſos et fulminatos Irritos, caſſos, vacuos, nulliusque eos eſſe roboris uel momenti ac penitus inanes nunccietis ſicque haberi, teneri, reputari et ab alijs nuncciari faciatis, Diſtriccius inhibentes dicto domino hermanno, Officiali, omnibusque alijs, vbi et quando opus fuerit ſub excommunicacionis pena, ne de cetero et in antea eiusdem principis ſubditos contra memoratum ſanctiſſimi domini noſtri pape Indultum, ſtatutum, decretum et ordinacionem quouiſmodo moleſtent, inquietent uel perturbent. Alioquin excommunicacionem huiusmodi aliaſque cenſure eccleſiaſtice ſentencias cum invocatione eciam auxilii brachij ſecularis ſi opus fuerit prout commiſſum eſt procedemus iuſticia mediante, modum et formam execucionum veſtrarum et que in premiſſis feceritis per patentes literas veſtras nobis reſcribatis. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes literas exinde fieri et per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi noſtrique Sigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum et actum in forſtenwaldis, die Sabbati, octauo menſis Maij, Anno Domini M°. Quadringenteſimo Quinquageſimo primo, Preſentibus ibidem honorabilibus viris dominis Johanne Beher, Canonico eccleſie lubucenſis, et Mattia Spandow, presbytero lubucenſis dioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis. Et ego Mathias Kophus, Clericus lubucenſis dyoceſis, publicus ſacra Imperiali auctoritate Notarius, Quia preſcriptarum literarum apoſtolicarum preſentacioni, recepcioni, caſſacionis, irritacionis et inhibicionis preſentis decreto alijsque omnibus et ſingulis dum ſic, vt premittitur agerentur et fierent vna cum prenominatis teſtibus preſens interfui, Eaque ſic vt premiſſum eſt fieri vidi et audivi Et ideo de mandato ſupradicti Domini Judicis et Conſeruatoris preſens publicum Inſtrumentum per alium fideliter conſcriptum in hanc publicam formam redigendo ſubſcripſi Signoque et nomine meis ſolitis et conſuetis vna cum appenſione ſigilli Domini Judicis prelibati conſignaui, Rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXIV. Urfehde Wulff Schönefelds, der wegen Räuberei zu Prenzlau gefangen geſeſſen, vom 14. Februar 1452.

Vor allen Lüden, dye deſsen Brieff zeen oder hören leſen. Alze ick Wulff Schönefeld des Irluchteden Hochgebaren Förſten vnde Herrn, Herrn Fredericks des olderen, Marckgraffen to Brandenborgh etc., Lande vnde Lüde hebbe hulpen rofen vnd den ſynen dat ohre ſunder Entſeckningen hebbe helpen nemen, dar my die van Prenſslaw met den ören vpgegrepen vnd in Gefengkniſſe gebracht hebben; So bekenne ick openbar met diſsem Brive, dat ich met myne fründen vnd frömden, met Geboren vnd Vngeboren in tokommende Tyden nimmermehr darümme op Sie vnd die Oren ſacken will met Worden oder met Wercken, met Werlichen oder met geiſtlichen Rechte, noch Nyemand van myner wegen dun ſkall neynerley Wüſs vnde nemlicken Juv van Prempſslow vnde alle juwen Borgen, bynnen oder buten de Stad wonende, to ewigen Tyden daromme beſchedigen, hinderen, Rofen oder ewigen Schaden dun thufügen oder van mynet wegen dun oder laten wil neynerley Wüſs; Sunder id ſcal eyne ewige fulkomene vorſönede vnd vorſchidene Sacke ſyn vnde ewiglicken blyuen, Darupp ick genandte Wulff Schönefeld Juwen genandten Heren Borgemeſtern vnd Radmannen, Wercken vnd Gemeynen Borgern vnde Inwonern to Prempſslow Eine rechte vnd bedachtliche Ohrfeide due vnd laue, met krafft deſſes Brives, vngeferlicken to ewigen Tyden met Truen to holdende, ſette ick genante Wulff Juv Herren Borgemeiſteren vnde Radmanne, Wercken vnde Gemeinen to Prenſslow vnd Juwen Nakomelingen vor my to Börgen met eime rechten vnde geſcheyden ſambden Hand deſse nageſchrevene Erbar lüde, Nemelicken Henrick vam Berge, Hanſe vnd Jürgen, Vedderen, geheyten van Holtzendorp vnd beyde wonhafftig to Jagow, Claws Stulpenagel, Diederick Winterfelde, Achymen, Wedegen vnd Borcken, Gebrudern, genannt dye Kerkowen, wonhafftig to Gollmütz. Vorgenandte Börgen Henrick vam Berge, Hanſs vnd Jürgen, Veddere, die Holtzendorpe, Claws Stulpenagel, Diedrich Winterfeld, Achym, Wedege vnde Borcke, dye Kerkowen, lowen alle eyntrechtiglichen met eyn rechten vngeſcheiden ſampten Hand vor den genandten Schönefeld, den Erſamen Heren Borgemeſtern vnd Radmannen, Wercken vnd Gemeynen vnd ören Nakomelingen to Prenſslow, alle ſtücke, Punckte, Artickele vnde die Orfeyde vor geboren vnde ungeboren in alle mahte met Truwen to holdende, als vorberöred is, ſunder arch vnd ſunder Hülprede. Vnde wordet, dat vnſe genanndte Sachweldige deſse vorgeſchriven Orfeyde vnde berörten Stücken vorbrecke vnd nicht en holde, ſo wille wy genandten Borgen alle vor vnſen genandten Sachweldigen bynnen Prempſslow ryden vnd dar nicht vtſcheidin, wy dun dat denne mit der Borgemeiſtere vnd Rades wille oder es zi denne erſten vor dye Vordreckninge to Vnge wille gemacket. To Tüge hebbe ick genandte Schönfeldt vor mye vnd vor myne genandten Börgen alle vnd ein iglick beſondern vor Vnſs vnd Vnſen genandten Sachwältigen vnſe Ingeſegele wirlicken laten hengen an deſsen open Brieff, Die geſchreven is nach vnſes leven Heren Gebord Vierteynhundert Jar, darna in dem twe vnd Vefftigſten Jaren, am Tage Sanct Valentien, des hylligen Märtyrers.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXV. Der Prieſter Matthias Polemann beſchenkt einen Altar der Jakobikirche in Prenzlau, am 1. Juli 1452.

In nomine domini Amen. Neceſſaria eſt rerum deſcriptio, ne inpoſterum obliuione moti denegari valeant maturo priorum conſilio ſtabilita. Hinc eſt quod coram vobis reverendo in Chriſto patri et Domino, Domino Henningho, Eccleſie Caminenſis Epiſcopo, aut veſtro in ſpiritualibus vicario Ego mathias poleman, veſtre dyoceſis preſbyter, lucide recognoſcendo proteſtor et ad honorem omnipotentis dei, ſueque genitricis glorioſe ſemper virginis Marie, Venerabilis quoque ſacramenti corporis et ſangvinis domini noſtri iehſu Chriſti, necnon ſancti Johannis ewangeliſte ac Baptiſte et ſancti Mathie apoſtolorum, katharine, Barbare, Ghertrudis et apollonie virginum, ob ſalutem anime mee ac progenitorum meorum carorumque aliorum, pro augmento diuini cultus ad inſtauracionem ſeu dotacionem cuiuſdam vicarie de nouo concepte in Premſzlow in eccleſia parochiali ſancti Jacobi apoſtoli, Quandam ſummam quingentarum marcarum vinconenſium denariorum pro comparacione reddituum decem talentorum Brandeburgenſium, annuos reditus ſuper manſos et domus dicti opidi Premſslow, Duo enim talenta brandenburgenſia ſunt empta, a quodam petro gunterbergh, pro centum marcis vinconenſium ſuper tres manſos, quos idem petrus emit, a quodam Nicolao kake, Item II tollenta, a quodam heyne werner ſuper altero meo manſo pro C marcis, Item duo tollenta, a quodam Mathia weghun, ſuper III manſos, quos habet hereditarie de parentibus ſuis, Item II tollenta, a quadam relicta kone goritzen, ſuper III manſos, quos colit parſteen, Item I tollentum pro L marcis emptum ſuper domum inhabitacionis cuiuſdam Jacob boldeken in deer roſſtrate, Item I tollentum pro L marcis emptum ſuper domum inhabitacionis relicte klockempters in acie prope pontem noue ciuitatis. Et iſti redditus ſupradicti empti ſunt in reemcionem prout in libro ſcabinorum dicti opidi apertiſſime ſcriptum continetur. Et antedictos redditus cum eorum ſumma capitali ad eandem vicariam de conſenſu rectoris dicte eccleſie do, aſſigno pie et in perpetuum deputo per preſencia paternitati veſtre humiliter et deuote ſupplicans, quatenus auctoritate veſtra ordinaria dictam vicariam, vna cum ſuis fructibus, attinenciis ad ipſam comparatis et adhuc per me et ſucceſſores meos ſeu per alios fideles pias manus ſuas ad hec porrigentibus comparandis dignemini in Domino ſalubriter confirmare premium inconſumptibile a datore omnium bonorum feliciter recepturi. Jus vero patronatus ſeu preſentandi michi intrim, quoad in humanis ſum prouide reſervo. Deinde poſt deceſſum meum Jacobo Poleman fratri meo carnali et ſuis veris heredibus ab eo ſ . . . . legitime deſcendentibus, quam diu fuerint liberaliter aſſigno. Iſtis vero deficientibus Domino Theobaldo paſewalk, preſbytero, petro paſewalk, laico, katharine vxori, nicolai weners et eorum filiis et legitimis heredibus, vſque in II gradum conſobrinitatis pie attribuo, Decedentibus vero illis cuidam Johanni kugeroggen et Jacobo, fratri eius, et gertrudi, ſorori eorum pro perſonis tantum ſuis ius preſentandi reſeruatur. Iſte autem erit modus preſentandi, Quod duo de ſenioribus et proximioribus heredibus iam dictis vni ſacerdoti ydoneo de parentela mea, ſi qvis exiſtat, Alioquin vni pauperi ſacerdoti et clerico infra annum ad ordines promoueri volenti beneficium non habenti, quociens vacauerit preſentabunt. Hijs vero omnibus deficientibus iuſpatronatus ad prouiſores eccleſie parochialis S. Marie*) in Premſslow, quicunque pro tempore fuerint libere et in perpetuum deuoluetur. Is quoque cui prefatum altare

*) Im Originale war Jacobi ausgeſtrichen und Marie darüber geſchrieben.

confertur omni feria quinta, ſi feſtum ſolenne non impedit, alioquin feria quarta precedenti aut feria ſexta ſequente vnam miſſam de corpore Chriſti cum cuſtodibus eccleſie iſtius, qui ad hec ſufficienter prouiſi ſunt, poſt miſſam coralem proprie de vromiſſe ſolemniter decantabit. Quociens vero altariſta hec contumaciter neglexerit, tres ſolidos Brandenburgenſes tociens prouiſoribus eccleſie dicte tradiderit pro augmento luminum iſtius altaris et cultus diuini, Dominico vero die idem altariſta de ſancta trinitate miſſam et . . . . in ebdo . . . . qui deuocioni ſue congruit miſſam de defunctis deuote celebrabit. Actum et datum prempſslow, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, In octaua Johannis ewangeliſte, meo ſub ſigillo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXVI. Der Prieſter Nikolaus Molner ſtiftet eine Vicarei in der Nikolaikirche zu Prenzlau, am 1. Dezember 1453.

Reverendo in Chriſto Patri Domino ac Domino Henningho, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo Caminenſis Eccleſie, Cum debita reverentia et obedientia Orationes in Chriſto tam continuas, quam devotas. Conſtat paternitati veſtre renerande, quod de bonis a Deo collatis ſtrenue reddenda ſit ratio et ſuper gratiarum Actio preſtanda. Hinc eſt, quod ego Nycolaus Molner, veſtre Dioceſis presbiter, aliqualiter corpore debilis, gratia tamen Dei ſanus et compos mente, condidi, feci et ordinavi meum teſtamentum et vltimam voluntatem, vt quando me de iſta vita decedere contingit predictam rationem et irrevocabile habere volo, ſicut affirmo per preſentes inter cetera omnia data ad ſalutem anime mee meorumque parentum et cararum animarum, quandam ſummam pecuniarum ſcilicet centum florenorum et octo talentorum Brandenburgenſium annalium reddituum juxta piam atque laudabilem conſuetudinem diſtincte emptam. In quibus nunc iam obligantur ſanctimonialium Prepoſitus opidi Premslow, nec non Jacobus ſchonenwolt, opidanus ibidem, prout in libro ſchabinorum et in litera emptorum lucide continetur. Prefatam ſummam cum redditibus ſuis do et aſſigno ad perpetuam miſſam ſive novam vicariam in eccleſia beati Nycolai confeſſoris atque pontificis et in honorem omnium ſanctorum conſecrandam, ad quoddam Altare cuiusdam Conradi Barut, aſſerti clerici de conſenſu eiusdem applicandam ſcitu eccleſie et voluntate collatorum memorati altaris, in honorem ſancte katharine virginis ac martiris iam erecti et conſecrati eiusdem eccleſie et voluntate Proviſorum, Ita ordinandum, quod acceſſus prenominati altaris ſit communis amborum vicariorum ſcilicet tam primi quam ſecundi, Et poſſeſſio in fructione libri, calicis ornamentorum omnium aliorum memoratum altare convenientium. Et quidam Conradus Vriſo, Caminenſis Dioceſis presbiter, dicte eccleſie vicarius, primus vicarie mee conſecrande eſt poſſeſſor. Cum vero ipſum de hac vita decedere contingit, tunc ius patronatus ad vicarios preſate eccleſie devolvetur, Ita quod ipſi concorditer vicariam in honorem omnium ſanctorum conſecratam vni ſacerdoti uel clerico ydoneo, pro quo tamen Domini et fratres kalendarum ſupplicaverint conferrent, ſin aut ipſi conferre renuerent uel ad conferendum ſegnes ſe preſtarent, ex tunc Decanus predicte fraternitatis de conſenſu aliorum fratrum conferre poteſt et debet. Preſen-

tatus vero et conſtitutus in eadem eccleſia aut extra eandem faciet, que alii vicarii facere ſolent et tenentur, ſimiliter pro huiusmodi pio opere miſſas celebrabit, totiens quotiens devotus et paratus fuerit, Precipue tamen miſſam de animabus ſcilicet in Ebdomada die ſibi congruo devote leget vel cantet et fundatorem memorati beneficii in memoria mortuorum nominatim habebit. Qua propter paternitati veſtre ſupplico humiliter, per preſentes quatenus autoritate ueſtra ordinaria prefatam ſummam cum ſuis redditibus ad huiusmodi pium opus deputatam cum aliis redditibus ad hanc meam vicariam per augmentationem comparandis et adjiciendis, ne ad vſus prophanos redeant dignemini in domino ſalubriter confirmare premium inconſumptibile ab omni bonorum operum largitore feliciter perceptantes, Et paternitati veſtre diſcretum virum prefatum Conradum, veſtre Dioceſis presbiterum, preſentium exhibitorem dignum duxi preſentandum per preſentes pro et cum eo attentius deprecans, quatenus eidem Conrado dictam Vicariam cum omnibus ſuis fructibus, obventionibus et pertinentiis ejusdem conferre pure propter Deum dignemini et ſepe dictum Conradum Vriſo autoritate veſtra, in poſſeſſionem induci faciatis corporalem et realem in animam ſuam ſalubriter gubernandam cum omnibus conſuetudinibus et iuribus adhibitis, debitis et conſvetis. Acta ſunt hec per me Nicolaum Molner prenarratum Anno Domini M°. CCCC°. LIII°., die ſabbati (poſt) Andree Apoſtoli, preſentibus honorabilibus viris Johanne Ratenow et Franciſco Melmecker, presbiteris, et Henrici Malich, Layco, quos ad premiſſa ſpecialiter feci rogari et vocari in teſtimonium et cum hoc pro ludiciori oſtentatione premiſſorum et evidentiori ſigillum meum preſentibus duxi appendendum etc.

Aus einem Copialbuche.

CCLXVII. Henning, Biſchof von Camin, beſtätigt die von Nikolaus Molner in der Nikolaikirche zu Prenzlau geſtiftete Vicarei, am 25. Januar 1454.

Et nos Henninghus, Dei et Apoſtolici ſedis gratia epiſcopus Caminenſis, ſupplicationibus honorabilis viri Domini Nicolai Molner, presbiteri noſtre Dioceſis, Ex radice caritatis tam Dei, quam proximi inclinati, Nolentes huiusmodi reddituum et fructuum datorum et ſignatorum, nec non omnia et ſingula in literis fundationis preſentis, quibus preſentes noſtre litere ſunt annexe ſuo fruſtrari effectu, ſcilicet cum omnibus et ſingulis ſuis clauſulis et articulis ſuis, quantum in nobis eſt autoritate noſtra ordinaria approbamus, ratihabemus et ratificamus, approbamus et Dei nomine confirmamus per preſentes, Inhibentes omnibus et ſingulis Chriſti fidelibus vtriusque ſexus ſub anathemate eterne maledictionis et excommunicationis ſentencie penis, nequis piam cuiuscunque ſtatus, gradus, dignitatis, preeminentie aut conditionis fuerit, preſens aut eorum aliquod infringere, alienare, diſtrahere uel ad vſus prophanos convertere aut eis ſive eorum alicui impedimentum, aliquod inferre ſeu auſu themerario contraire audeat uel preſumat, ſicuti preter has penas indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius et noſtram canonicam euitare voluerint vltionem. Vobiſque Dominum Conradum Vreſon ad huiusmodi octo talentorum Brandenburgenſium annalium reddituum inſtituendum humillime preſentato predictorum reddituum

tum ſpiritualium et temporalium adminiſtratione ac omnibus juribus et pertinentiis eorundem vobis conferimus et comittimus in animam veſtram ſalubriter adminiſtrandam. Mandauimus omnibus et ſingulis omnibus Dominis Presbiteris et Clericis in Dioceſi noſtra vbilibet conſtitutis preſentibus requiſitis, quatenus prefatum Dominum Conradum in poſſeſſionem corporalem, realem et actualem inducatis facienteſque ſibi et nulli altari in ejusdem integre reſpondere. Datum in oppido noſtro Colberghe, Anno Domini Milleſimo CCCC°. LIIII°., menſis Januarii Die viceſima quinta, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Aus einem Copialbuche.

CCLXVIII. Kurfürſt Friedrich empfiehlt der Stadt Prenzlau ſtrenge Aufſicht über die Straßen und ermächtigt ſie, über Straßenräuber nach Verdienſt zu richten, am 13. Oktober 1454.

Wir Frederick etc. Entbiethen iw Borgemeiſtern vnd Rathmannen vnſerer Stadt Premptzlow, vnſern liuen getruwen, vnſern Grudt. Wi begern von ju in Flite, dat gy na Juwen beſten Vermögen gut Vppſehent hebben willen vp die Straten vnd ock wor gy beſchediger vndt Straten Rewfer ankommen, dy richten vnd ſtraffen na erem Verdienſte, dar wy jue dann vnd vnſe Mann vnd Stede binnen vnſer Landen oder buten Landes, wene gy dartu thien vnd to Hülpe eiſchken, gerne ſchütten, Handt hebben, verdedigen vndt Hülp dun willen. Hierumb wollet juwen Flite in eym ſülcken nicht ſparen, So wy Ju woll getruwen, wen Vns vnd vnſsen Landen grot macht daran gelegen iſs, gy don Vns daran wol to Dancke vnd willen dat gnediglicken iegen Juw erkennen. Mid vnſem vpgedruckten Inſiegell verſiegelt vnd Geuen to Konigſberg in der Nyenmarg, am Sondag na Dioniſii, Anno Domini MCCCCLIV.

Aus Seckt's Geſch. II, Urk.-Anh. S. 172, Nr. 7.

CCLXIX. Der Prieſter Johannes Ratenow ſtiftet in Prenzlau einen Altar oder 2 Vicareien in der heil. Geiſtkirche und ſetzt die Fiſchergilde zu Patronen ein mit biſchöflicher Confirmation, am 20. Februar 1455.

In nomine Domini Amen. Actus legitimi conſveuerunt ſcripture teſtimonio perhennari, ne fidelis ſucceſſio futurorum, quod ipſis propter mutabilitatem temporum alias conſtare non poſſet, ex oblivione vel malicia occaſionem caperet maligenandi. Ea propter Ego Matheus Cock, Clawes Weygtin, Hans Mewes, Clawes Hane, Clawes Hardenbecke, Drewes Dannenwold et ceteri fratres vnionis ſeu gulde piſcatorum opidi Premſlow, recognoſcimus in his ſcriptis

lucide proteſtantes, Quod honorabilis Dominus Johannes Rathenow, Presbyter, interveniente conſenſu et voluntate ſuorum amicorum pro ſalute anime eius et ſuorum progenitorum dedit ſimiliter comparavit et dimiſit tria Talenta Brandenburgenſium Denariorum, que ipſe emit cum opidanis opidi Premſlow, videlicet vnum Talentum dictorum denariorum, a quodam Hans Kunth ſub feſto Martini ſubleuandum et vnum talentum cum relicta Hans Tuſechen, ſuper ortum eius ſuper aggerem et dabit idem ſuper feſtum Nativitatis Chriſti ſicut ſcriptum eſt in libro civitatis Premſlow et vnum talentum habet Hans Landesberck, etiam ſoluendum ſuper feſtum Natiuitatis Chriſti, ſicut etiam ſcriptum eſt in libro Scabinorum, et tria talenta ex parte fratrum Piſcatorum comparata Claws Derrenthyn et Buckow, ſuper duos manſos et curiam eius et ſunt exſolvenda in feſto Martini, ſicut ſcriptum eſt in libris amicorum eorum deſuper datis, ad fundandum et dotandum quandam perpetuam vicariam ſive Altare in honorem Dei omnipotentis et Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſue glorioſe genitricis virginis Marie et beati Eraſmi Martyris et Beate Barbare et Beate Dorothee, virginum, in Eccleſia ſpiritus dicti opidi Premslowe, quam Vicariam ſive Altare appoſuit ad corpus Altaris iam erecti et conſecrati, cum conſenſu et voluntate omnium quorum conſenſus de jure intervenire debuit et in honorem ſancti Bartholomei Apoſtoli et aliorum ſanctorum in eadem eccleſia, ita quod duo Vicarii vti debent, eisdem veſtibus, libro et calice, Renunciauitque omni iuri et a ſe abdicauit prefatus Dominus Johannes Rathenow, quicquid ei competierat in talentis predictis et in illum totum jus ejus transtulit et transferet, cui pro tempore Altare collatum fuerit et poſſederit, iſta condicione adiecta, quod dictus Dominus Johannes Rathenow dicta Talenta brandenburgenſium denariorum totalia et ad tempora vite ſue habeat et eis perfruatur, Et poſt obitum eius Nicolaus Jan, Filius Johannis Jans, ad tempora ſue vite, ſupradicta, ſi fuerit eidem, Talenta dictorum denariorum perfruatur ita tamen, quod ad dictum Altare nihilominus legant uel legere faciant vt decet miſſas ſolitas et conſuetas. Poſt obitum vero amborum dicta talenta et redditus fiunt beneficiales dicti Altaris ſive Vicarie et extunc juspatronatus, ſive collacio eius ad Proviſores fratrum piſcatorum pleno Jure ſpectabit, qui tunc idoneum ad predictum Altare preſentabunt de filiis eorum, totiens quotiens eum uel eam vacare contingerit. Collacio ſive jus preſentandi ad proviſores fratrum Piſcatorum pleno iure ſpectabit et dictum Altare preſentabunt infra menſem. Et etiam premiſſis adiectum, quod hic, cui dictum Altare poſt obitum prout ſupra confertur, ſingulis Ebdomadis vnam celebrabit pro defunctis miſſam, per ſe vel per alium, pro ſalute et remedio animarum omnium fidelium defunctorum et ſingulorum, nec non vniuerſorum, qui de iure de hoc premium habere debent et ſolamen. Et quicunque predictis in augendo, proloquendo, conſervando, aut quocunque alio modo pietatis cauſa promoverint, ſint capaces et participes omnium bonorum, que exinde perpetua Dei clemencia cooperante poterunt provenire. In premiſſorum igitur omnium perpetuam evidenciam et ad preces ſepe dictorum ſigillum noſtre fraternitatis apponi iuſſimus huic ſcripto. Datum Anno Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, feria quarta poſt octavas Agnete virginis.

Et nos Henninghus, Dei et Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Caminenſis, peticionibus in Chriſto dilecti Domini Johannis Rathenow, Presbyteri noſtre Dioceſeos, ex caritate tam Dei quam proximi procedentibus inclinati, Nolentes huiusmodi donacionem, fundacionem, aſſignacionem, Juris Patronatus reſervacionem, necnon omnia alia et ſingula, in huiusmodi literis, quibus preſentes noſtre litere ſunt annexe, contenta ſuo fruſtrari effectu, ſed quantum in nobis eſt cum authoritate noſtra ordinaria approbando ratificamus et ratificando approbamus et confirmamus Dei nomine per preſentes, jure tamen ordinario nobis et Eccleſie noſtre reſervato ſemper ſalvo.

Inhibentes omnibus et ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus hominibus ſub anathematis et excommunicacionis ſentencie penis, ne quisquam cuiuscunque ſtatus, gradus, ordinis, condicionis aut preminencie fuerit, premiſſa infringere, ea alienare, diſtrahere ſeu ad vſus prophanos reducere uel revocare audeat, preſumat, ſicut et preter has penas indignacionem omnipotentis Dei beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ac noſtram canonicam voluerit vlcionem evitare et vobis Domino Johanni prefato eosdem redditus committimus et conferimus in animam ueſtram ſalubriter gubernandos. Datum in caſtro noſtro Corlin, anno Domini M°. CCCC°. LV°., menſis februarij die viceſima, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Aus einem Copialbuche.

CCLXX. Thomas Rodinger, Bürger in Prenzlau, verpfändet ſeinen Garten der Marienkirche daſelbſt, am 6. Juni 1457.

Vor allen luden, die deſſen Brieff zeen oder horen leſen, vortmer vor allſweme, dar he vorkumpt, Bekenne Ik Thomas rodinger, Borger to Prempſlow, vor my vnde vor myne eruen, dat ik vorkofft hebbe reckliken vnde reedeliken vnde iegenwardich vorkope, in crafft deſſes Briues, den Eerſamen vnde vorſichtigen paſchen rulleſitze vnde mechil kurde, beyde vorſtendern des gadeshuſes to vnſer liven frowen thu Prempſlow vnd alle oren nakomelingen vir brandenborgſche punt ierliker renten vppe mynen garden, bolegen vor dem kudore vppe genſieth der ſnelln. Deſſe vorgenomte vir brandeborgſche punt ſcholn dy vorbenomeden vorſtendere heuen alle iar vppe ſunte Mertene, vngehindert myner vnde myner eruen, vnde wil en der eyn recht gewere weſen vor alle dy ghene, dy vor recht kommen willen, zo vake, alſe eyn des noyt werd ſyn, vor eyn igliken, Id zy geyſtlik oder werliken gerichts. Vor deſſe vir brandenborgeſche punt ierliker renten hebben wy dy vorgenante vorſtendere van des gadeshus wegen thur nuge boreydet twe hundert mark vinkenogen guder munten, dy ik gebracht hebbe in mynen framen, dar ik zy qwid, leddich vnd los auerlate, in crafft deſſes briues. In deſſem vorgenanten kope hebbe ik Thomas rodinger vor my vnde myne eruen boholden eynen rechten wedderkopp, alſe wen er ik odir myne eruen deſſe vorgeſchreuene vir brandenborgſche punt ierliker renthen will wedder affkopen vnde loſen, So ſchal ik odir myne eruen paſchen rulleſitzen odir Mechil kurde vnde oren Nakomelingen to ſunte Johans babtiſten dage vor Sunte Mertene to odir vppſechgen vnde denne dy vorgnante twe hundert mark vinkenogen met der gebaren renten to eynen male vppe ſunte merten nechſttokomende wedder geuen, Sunder hulperede, bodrith odir nye boſe infindinge. Geſcheget nw, dat deſſe boreydinge van my thomas rodinger odir mynen eruen den vorgnanten paſchen rulleſitze vnde Mechil kurde vnde alle ore nakomelingen nicht en ſchege na der vppſeckgingen vppe den enckeden dach martini, wes ſchaden dy vorbenomeden vorſtendere odir ore nakomelinge darvmme deden odir dun mochten to Criſten odir to yoden vppe kiſten pande odir vppe gude borgen, den ſchaden met alle laue ik vorgnanter Thomas rodinger vor my vnde myne eruen den vorbenomeden vorſtenderen vnde alle oren nakomelingen to bonemende, gelik den twen

hundert mark vinkenogen, Sunder hulprede, bodrith odir nye infindinge. Offe nw in deſſeme briue were wes vorgheten, dat were an dichtende odir an ſchriuende odir wes to lanck odir to kord were, odir vorſumet worde an den Ingeſegelen odir an wormſtecken odir watterleye vorſumeniſſe dat dat were, dat ſchal my vorgnanten Thomas rodinger vnde mynen eruen nicht hulplick ſin vnde den vorgnanten vorſtendern vnd alle oren nakomelingen van des gadeshuſes wegen nicht ſchedelik. To tuge vnde mer witlicheyt hebbe ik thomas rodinger myn Ingeſegel vor my vnde myne rechte eruen met witſchap vnde fulborde laten hangen an deſſen brieff, die gegeuen vnde geſchreuen is na der bord Criſti virteynhundert iar, darna In deme ſeuen vnde vefftigeſten iare, den mandag In dem pingkſten.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXI. Henning, Biſchof von Camin, beſtätigt eine von dem Prieſter Franz Hoppe in der Nikolaikirche zu Prenzlau geſtiftete Vicarei, am 17. Oktober 1457.

In Nomine Domini Amen. Henninghus, Dei et Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis. Cum quibuscunque noſtris fidelibus, ad optinenda juſta ſua deſideria grato favore concurrat noſtre benignitatis aſſenſus, juſtum nimirum reputamus, vt et in his, in quibus circa Deum nobis eorum conſtat devocio, noſtra eos nihilominus affeccio benigne et fauorabiliter attollat et quod ab eis perhennis vite intuitu agitur, de noſtra benevolentia et auctoritate roboretur. Ea propter notum facimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod honorabilis vir Magiſter franciſcus Hoppe, Presbyter noſtre Dioceſeos, ad honorem Dei omnipotentis eiusque Matris glorioſe Virginis Marie et ſanctorum eius, ob ſalutem anime ſue, parentum et progenitorum ſuorum et in remiſſionem peccatorum de bonis ſuis propriis ſibi a Deo collatis et conceſſis, pro fundacione et dotacione vnius perpetue vicarie in Capella ſanctorum Apoſtolorum Symonis et Jude ac Barbare virginis, annexa Eccleſie Nicolai confeſſoris et Pontificis in Prempslow, ex ſpeciali permiſſione et conſenſu expreſſo ac voluntate religioſe Domine Elizabeth de Schwechten, Abbatiſſe monaſterii ſancti Sabini Epiſcopi, Ordinis Benedicti, ad Altare fundatum et conſecratum in honorem omnipotentis Dei et dictorum ſanctorum Apoſtolorum Symonis et Jude et Barbare Virginis, ac ex cordintima ſpecialique devocione honoris ſancte Brigitte Vidue deputavit et aſſignauit, ac ad dotationem novi corporis vnius vicarie ſeu beneficii, ad premiſſum Altare ſingulis annis ſubleuandos pia liberalitate et devota largitate tradidit, donavit et appoſuit duodecim videlicet bonos florenos Renenſes annuos redditus vna cum ſumma ducentorum bonorum Florenorum Renenſium, apud conſulatum et totum commune Grypeswaldenſe, pro predicta ſumma ducentorum florenorum Renenſium legitime emptos et comparatos, prout in litera deſuper conſcripta et ſigillata plenius continetur. Iſto adiecto, quod ſi tractu temporis dicti duodecim floreni annui ducentorum florenorum reempti fuerint, Patroni infra ſcripti vna cum Vicario pro tempore tunc exiſtente ſupra nominatam ſummam ſublevent, ac alios ſimiles redditus annuos prout magis Deifice poterint pro uſu et ſuſtentatione ſupra dicte Vicarie Vicarii emant, eosdemque redditus per Vicarium pro tempore exi-

ſtentem percipi et ſubleuari diſponant. Idem etiam Vicarius ornamentis, libro, calice et cereo ad ſupradictum Altare pertinentibus et in poſterum procurandis et apponendis, per ipſum vel quemlibet alium honorifice vtatur. Renunciauitque dictus Magiſter Franciſcus Hoppe pro ſe, ſuisque heredibus omni juri, accioni, impeticioni et vtilitati, quod uel quam ſibi et eis de dictis redditibus et ſumma capitali competant, aut aliqualiter competere poſſent in futurum. Ad quod quidem Altare poſt obitum dicti Magiſtri Franciſci, Barbara Hoppen, filia Ottonis Hoppen, fratris ſui defuncti ſanctimonialis in Prempflow, et Dominus Martinus Biſenbrow, Canonicus Eccleſie beate Marie Virginis Stetinenſis, Clericum idoneum et indigentem canonice inſtituendum preſentabunt. Quibus defunctis voluit dictus magiſter Franciſcus jus patronatus extunc ad conſulatum dicti opidi Prempflow, eterno tempore ſpectare et pertinere cum tali modificatione, quod vnum Clericum de cognatione dicti Magiſtri Franciſci, ſi extiterit, ſin vero alium idoneum, quem maluerint, canonice preſentabunt, Et quod, ſi ſecus factum fuerit, preſentacio tunc eſſe nulla et nullum ſortiri effectum. Voluit inſuper dictus magiſter Franciſcus fundator, vt ſucceſſores ſui, in dicto beneficio canonice inſtituti et quilibet eorum ſingulis annis in ſupra nominata Capella, procurent et quilibet eorum procuret, vt proxima Dominica ante feſtum Beate Brigitte in Parochialibus Eccleſiis Opidi Prempflow idem feſtum dicte beate Vidue celebrandum intimetur, ſermonem de ea in ſancto die fiendam procuretur, ſolempniter pulſetur, in organis in primis ueſperis, matutinis et ſumma miſſa cum quindecim paribus Scholarium et vno locato divine cantetur et ſymphoniſetur ac poſtinde die ſequenti exequie per capellanum et tres cuſtodes in ſupra nominata eccleſia pro tempore exiſtentes, peragantur memoriam ad principalem premiſſi Magiſtri Franciſci parentum et progenitorum eiusdem nominatim faciendo. Supplicauit inſuper ſepe fatus Magiſter Franciscus, quatenus autoritate ordinaria ipſum primo ad dictum beneficium et redditus eius inſtituere et inſtitutum in corporalem poſſeſſionem mittere dignaremur, pure propter Deum. Nos igitur prefati Magiſtri Franciſci nobis humiliter ſupplicantis precibus condignis inclinati ſupra dictam Vicariam ad dictum altare fundatam et appoſitam cum omnibus ſuis redditibus, prouentibus et obuentionibus vna cum premiſſa ſumma et redditibus, in poſterum Deo favente augmentandis et diſpoſitionem Juris patronatus et ordinationem per eundem Magiſtrum Franciſcum factam, gratam ratamque habemus eaque omnia autoritate, qua fungimur, ordinaria, in nomine Domini in his ſcriptis ratificamus, approbamus et confirmamus, ac prefatum beneficium eccleſiaſticum, cum ſuis redditibus vobis Magiſtro Franciſco Hoppen, prefato in animam veſtram committimus ſalubriter gubernandum. Mandantes vobis Dominis Presbyteris in Dioceſi noſtra conſtitutis preſentibus requiſitis, quatenus prefatum Magiſtrum Franciſcum in poſſeſſionem dicti beneficii et Altaris et omnium iurium, fructuum, reddituum et pertinentiarum noſtra auctoritate ducatis corporalem, Inhibentes et interdicentes ſub pena anathematis et maledicionis eterne, ne poteſtas ſecularis uel quivis alius cuiuscunque ſtatus dignitatis et condicionis fuerit, vicarium ſupra dicti Altaris, qui pro tempore fuerit canonice inſtitutus, in ſuis redditibus et proventibus quoquomodo impediat vel perturbet, ſicuti omnipotentis Dei et noſtram evitare voluerit canonicam vltionem. Sic ſimiliter ratificamus, approbamus et auctoritate ordinaria confirmamus manuale beneficium ad Johannem in Premflow, per prefatum Magiſtrum Franciſcum Hoppen, iuxta literam emtionis ſue deſuper confectam fundatum, Sic tamen, quod ad dictum manuale beneficium, poſt mortem prefati Magiſtri Franciſci, immediate barbara Hoppen, Monialis, et Dominus Martinus Beſenbrow, in ſolidum inſtaurent et Presbyterum deponant et alium ordinent, quotiens ipſis videbitur expedire. Quibus defunctis tenor dicte litere emcionis per omnia et fideliter ſervetur in nomine Patris et Filii et

ſpiritus ſancti. Datum in caſtro noſtro Corlin, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe octobris die decima ſeptima, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXII. Kurfürſt Friedrich beſtätigt eine von dem Altariſten Franz Hoppe zu Prenzlau gegründete Spende für die Armen, am 20. März 1458.

Wir fridrich, von gots gnaden Marggraue zu Branndemburg, kurfurſt vnd Burggraff zu Nuremberg etc., Bekennen myt dyſem briff vor vns, vnnſer Erben vnd Nachkommen vnd ſuſt allermenniglich, Als der Andechtige vnnſer lieber getrewer er frantz hoppe, Altariſt In vnnſer Stat Premzlow, vir hufen vnd hofe myt allen fruchten vnd rechten, Im felde vnd dorp klokove gelegen, gen vnnſren lieben getrewen Jung Czacharias hazen vff wyderkouff gekouft vnd das furder zu einer Spende In gotes ere vnd vmmb ſeiner ſelen ſelickeyt wyllen alle Jar den armen luten von denſelben von den gnannten hufen vnd hoffe gevallen zu geben vnd zu reichen geleget vnd das als getrewen Teſtamentarien den kalandes herren zu prempczlow zuſchreiben laſſen vnd ſie dorzu beſcheiden hat, die zinſz nach ſeinem tode eynzunehmen vnd ſolich ſpende Jerlich armen luten zu reichen; haben wir angeſehen ſeinen guten willen vnd ouch, das ſolichs zu lobe des Almechtigen gots vnd zu Almiſſen vnd ſtewer armer lute gehoren vnd dynen ſol, vnd ſolichen wyderkouff vnd vff den gnanten vir hufen vnd hoffe bewillet vnd gevolbort, bewillen, volborten vnd beſtetigen den, Als wyderkouffs recht vnd gewonheyt iſt, zu ſolicher ſpende vnd Almuſzen zu halten vnd dormyt zu tun, wye dy wyderkouffbriff, doruber gegeben, In halten, So lange, biſz das wyder abekouft wert von dem gnanten Czacharias hazen, ſeinen erben oder wer des zu tun haben wirt. Beſtetigen doran alles, das wir von rechts wegen In wyderkoufs wieſz doran beſteten ſollen vnd mogen, myt krafft diſz briues vngeuerlich. Datum Colen an der Sprew, am Montag nach Judica, Anno etc. LVIII°.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XXII, 42.

CCLXXIII. Der Prieſter Matthias Schaplow ſchenkt dem Grauen Kloſter zu Prenzlau 2 Brandenburgiſche Pfund Renten, am 10. Januar 1459.

Ik mathias Schapow, priſter vnde Officialis to Prempſzlow, Bekenne openbar in deſſem briue vor my vnd myne rechte eruen vn vor alſweme, dar he vorkumpt, dat ik gade to laue, myner oldern, myner eygen zilen vnde alle derghenen, der ik des ore hebbe gnaten, gegeuen

hebbe den andechtigen vnde ynngen heren des grawen Cloſters darſulueſt twe brandenborgeſche punt ierliker renten to borende vppe Martini, dy dye guldemeſter des backwerkes vpphefen ſcholen, vnde wen ore vorſtender an dem kloſtere buwen, dene vorreyken ſcholen vnde den arbeydes luden mede lonen, welker II brandborgeſche punt geſchreuen ſtan vppe thoms rodingers hufen, Beyde dy nw bodrifft Arnd buſſe, Na inholdinge der Schepen buck, dar dat inne vorteykent ſteyt na wedderkopes wiſse, Alſe wen er Thomas Rodinger odir ſyne eruen deſſe II brandeb. punt wil wedder affkopen, So ſchalen zy der beyden guldemeſtern der beckere vnde ore vorſtendern des kloſters vppe paſchen vor ſunte Martenne vppſekgen vnde denne vppe martini nehſtkomende weddergheuen to eynen male dy ſulue hundert mark met den gebaren twen brandenborgeſchen punden, Sunder hulperede odir nige beſe infindinge, dy denne dy Guldemeſter der Beckere vnde dy vorſtendere der vorgnanten brudere vnd Cloſters wedder anleggen ſcholen vppe hufen, So dat deſſe II punt by des Cloſters gebuwte ſcholen bliuen to ewegen tyden. Wen ik vorgnante her Mathias na den willen gades bin geſcheyden van deſſer werlte, So ſcholen zy my eyne ewege dechtnis hiervor holden des III Sondag na Martini met C vigilien vnd zilemiſſen vnd dene mynen namen teyken laten in ore doden buck vn vor alle dyghene, dar my bogher vor is, getruwliken bidden to ewegen tyden. To mer wytlicheit hebbe ik her mathias Schapow myn Ingeſegel vor my vnd myne eruen wutliken laten hengen an deſſen open brieff, Die gegeuen is na der Bord Chriſti virteynhundert iar, darna in dem negen vnd veſtigeſten iare, des Middewekes in der Octauen Epiphanie.

Aus Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXIV. Teſtament des Prieſters Peter Templin zu Prenzlau, vom 28. Februar 1460.

In nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, Indictione octava, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Pii, divina prouidentia Pape ſecundi anno eius ſecundo, Menſis Februarii die penultima, hora veſperarum vel quaſi In domo habitationis honorabilis ac illuminati viri Domini et Magiſtri Petri Templin, presbiteri in Primpslow, Caminenſis Dioceſeos, In mei notarij publici teſtiumque infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus prefatus Dominus Magiſter Petrus Templin, licet diſcrepatus in corpore, compos tamen ratione, mente et intellectu deliberationeque matura, Cum proteſtatione generali, videlicet ſalvo jure mutandi, addendi, minuendi totiens et quotiens videbitur expedire, Inter cetera ſua teſtamenta legavit atque donavit fratribus kalendarum opidi predicti duo talenta Brandenburgenſia, empta ſuper duobus manſis Nicolai Vorſtenow iunioris, ſuper feſto Martini ſancti epiſcopi perſolvenda, vt in libro ſcabinorum opidi ante dicti plenius continetur, Ac duo talenta Brandenburgenſia, empta ſuper vno manſo relicte cuiusdem Veltberghes, quem nunc colit Albertus Schenckenberch, ſuper dicto feſto Martini exſolvenda, vt patet in eodem libro ſchabinorum pro perpetuis memoriis annuatim peragendis. Deinde dedit et aſſignavit ad vnam ſtipam annuatim faciendam octo talenta Brandenburgenſia, quorum duo ſenior Jacobus Gunters-

berch de orto ſuo ſuper feſto Walpurgis obligatus eſt, prout narratur in libro conſulatus opidi predicti. Et duo talenta Brandenburgenſia, in quibus Otto pul de tribus ſuis manſis ſuper feſto Walpurgis antedicto exſolvere tenetur, vt etiam habetur in eodem libro ſcabinorum, Nec non quatuor talenta brandenburgenſia in quibus Nicolaus kynow de tribus ſuis manſis, quos iam colit criſtianus Belfitze, ſuper pretacto feſto Martini epiſcopi exponere debet, ſicut expreſſe ſcribitur in ſepe libro ſcabinorum, Et ad huiusmodi ſtipam vt premittitur diſponendam ſive ordinandam prelibatus teſtator Decanum cum Camerariis memorate fraternitatis elegit atque commiſit, ſuper quibus omnibus et ſingulis premiſſis multifatus Magiſter ſive teſtator me notarium publicum ſubſcriptum debite requiſivit, vt ei ſuper hijs vnum vel plura publicum vel publica conficerem inſtrumenta. Acta ſunt hec anno, indictione, Pontificatu, die, menſe, horis et locis et omnibus aliis, quibus ſupra, preſentibus ibidem honorabilibus viris ac Dominis Mathia ſchapow, officiali prepoſiture Grampſovienſis, Wedigone Witſtock, Zacharia Smed, Joachim Berchſow, Presbiteris, nec non diſcretis viris Mathia Briſt, Henningo Flit, Nicolao Kinow et Liborio Eikſtede, laicis ante dicte Caminenſis Dioceſeos, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego Johannes mechow, Clericus Caminenſis Dioceſeos, publicus imperiali autoritate notarius, Quia omnibus et ſingulis premiſſis dum ſic vt premittitur fierent et agerentur, vna cum prenominatis teſtibus preſens interfui etc.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXV. Der Prieſter Franciscus Melmeker verkauft dem Rathe zu Prenzlau ſeinen Theilbeſitz an Blindow, am 17. April 1460.

In Godes Nahmen Amen. Aller dingk tu denckende vnd neymer to vergetende, dat iſs mer gotlygk wan mynſsligk. Hirumme iſs des noet vnd Behueff, was die Lüde dun in der Tidt, dat it werde beueſtighet met warhafftigen Tüghen vnd met böſeghelden Breuen. Vmme dat ſo bekenne yk Franciſcus Melmeker, Prieſter vnd ewich vicarius vnſer leuen frowen Kercke to Premſslow, vor my vnd myne rechte eruen, dat ik med wolbedachtem mode vnd met fryen Willen verkofft hebbe vnd Jeghenwordich verkope met Krafft deſses Briues den Erſamen wieſen Herren Borgermeiſtern deſses Jares, namelyk Dames Rodingher vnd Hans Schönenvelde vnd Rahtmannen des Jhares, namelik Jacob Slübben, Clawes Taken, Steffen Klinkebile, Benedictus von Bentz, Paſchen Füllenitten, Drewes Kerkhane, Hanns Druſsedowe, Jacob Thime, Arnt Wulkow, der Stad Prempſslow, en vnd ören Nakamelinghen vpp er Stad Behuef to eynem ewighen Kope ſodan gud, erue vnnd Leen, alſse yck im Dorpe vnd velde to Blinghow hebbe von deme ſuluen Rade to Leenen ghehat, Namelyk de Word, dar nu tor tid Peter Reinicke vp wanet, dar dat Huſs vp ſteyt, Item dat Koſten Land, dat Simon ernſt hefft, Item twe Koſten Lant, de Peter Reynicke hefft, Item de halue Houe, dy Clawes Hinderborch hefft, met alme rechte, Item dy Word, dar Henningk Weye vp wanet, met

alme rechte, Item dy Word, da die Valckenhagenſche vp wanede, Item de Word by deme Scheper Katenn, Item dy Word, dar Schapow vp wanet, Item dy anderhalue Houe, de Plate hefft, Item eyne Houe, de Achim Reyneke hefft, Item eyne Houe, de Jacob Schulte hefft, Item ein Koſtenlant, dat Herman Weydeman hefft, vnd dartho wat ſe meer vtfragen könen an Houen effte an Hauen, Watern vnd Weyden vnd Greſsinghen vnd wat man darin benomen mach, dar ik recht to hebben mochte met minen Brödern vnd Veddern, dat ſchölen See allike mechtig hebben, efft dat vt genomet were. Deſse vorbenomende Güdere verlate ik ergenante Franciſscus vor my vnd myne Eruen den ſuluen Rahtmannen vnd ören Nakamelingen vpper ergenannten Stad Premſslow Behueff quid vnd fry met aller Fryheit vnd Rechtigkeit, alſe myne Oldern ſehliger Dechtniſse vnd yk met mynen Brödern vnd Veddern ſe hebben beſeten, ane Jengerleye argeliſt effte quaden vindinghe, dar nümer na to fragende, noch ik noch myne Eruen. Weret ock, dat van den Güderen, de vtgenomet ſyn odder de ſe noch vtfragen konden, als vorberoret iſs, was vorſettet, verpfendet effte to eine Wederkope verkofft were, dat mögen ſee wedder loſen effte wederkopen liker wyſs, als ik met mynen Eruen mochten wedderlöſet effte wedderkofft hebben. Vor deſse vpgenannten Güdere hebben my dy ergenanten Rathmanne thor nöghe wol bereydet vnd betalet an eyneme Summen XXXV gude genge reiniſche Gulden vollwichtig, der ik ſie quit, leddich vnd loſs an late, in Krafft deſses Briefes, vnd yk hebbe en wedder geantwortet all myne beſegelten Breue, de myne Oldern vnd yk ghehat hebben, dat guet to beſchermende. Ok will yk em der Güdere vnd der Breue ein recht gewehre weſsen vor alle, de vor Recht, gheyſtlik effte wertlyk, kamen willen. Tho Thüge ſyn hir auer weſt de werdighen Ern Eynwald Paſsewalck, Er Matias Poleman, Ern Conradus Fryſe, Ern Wedighe Wyſtock, Ern Tylemannus Goltze, Prieſtere, vnd Bernt Tyde, Börger to Premſzlow, vnd vele mehr louen vnd ehren wol werdich. Tho mer ſekerheit vnd veſter Bewyſsinge hebbe ick Franciſscus Vake genannt myn Ingeſegehll laten hengen nedden an deſsen mynen apenen Brief, de gheuen vnd geſchreuen iſs na Gades Bort Duſent Vierhundert Jhar, darna in deme ſoſtigheſten Jare, des Donnerdages in dem Paſchen.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXVI. Die Bäckergilde zu Prenzlau bittet den Biſchof um Beſtätigung der von Peter Templin in der Nikolaikirche daſelbſt geſtifteten Vicarei, deren Patronat er der Gilde übertragen hat, am 28. Mai 1460.

In nomine Domini Amen. Venerabili in Chriſto Patri ac Domino, Domino Henningo, Eccleſie Caminenſis Epiſcopo ac eius Vicario in ſpiritualibus Generali. Quum tamen ea, que in tempore aguntur, cum temporis fluxibilitate redeunt in oblivionem, ideo ſcripture teſtimonio roborentur, Hinc eſt quod honorabilis Dominus ac Magiſter Petrus Templin diuinum cultum augmentando, ne ſua ſuorumque progenitorum memoria cum ſonitu pereat, Ob laudem et honorem omnipotentis Dei, qui ſtabilem manſionem dat in eccleſia, et ob honorem intemerate genitricis Vir-

ginis Marie et ſpecialem laudem et honorem ſanctorum Petri et Pauli Apoſtolorum et ob ſalutem anime ſue et progenitorum ſuorum pia liberalitate ac devota largitate ſex talenta Brandenburgenſia ad Altare ſancti Martini Epiſcopi erectum et ſitum in Eccleſia ſancti Nicolai oppidi Premslow, ſolempniter ex radice caritatis tradidit et donauit, Accedente ad id ſpeciali conſenſu Domini Henrici Varentholt, perpetui Vicarii Altaris prefati. Quorum quidem talentorum duo empta, et comparata ſunt ſuper domum Hans Molners opidani oppidi Premslow et duo ſuper ortum jacentem ſuper aggerem opidi prefati Premslow cuiusdem Paſche Beetzens, opidani opidi ejusdem, et vnum ſuper vnum manſum Mewes Smedes, opidani ejusdem opidi, quem ipſe idem colit, et vnum ſuper manſos Junioris Jacob Gunterberges, quos ipſemet colit, provt in libro Schabinorum opidi prefati plenius continetur. Inſuper juſpatronatus predictorum ſex talentorum pariter et per nos et alios Chriſti fideles applicandorum idem Magiſter Petrus prefatus nobis Hans Jaghowen, Claus Lubbenowen, Hans Poltzauwen, Achym Friſacken, Magiſtris Gulde et operis Piſtorum in Premslow et noſtris ſucceſſoribus ad fideles manus proprie commiſit, tradidit et aſſignavit. Cuiusmodi Juſpatronatus nobis et noſtris ſucceſſoribus eccleſie volumus reſervare, ita quod quotiescunque quo vacauerint, magiſtri predicte Gulde et operis piſtorum in Premslow exiſtentes Clericum idoneum et honeſtum Caminenſis Dioceſeos debent preſentare. Qui formam officiandi ſic teneat, quod quotiescunque devotus et paratus ad prefatum Altare celebraverit, Magiſtrum Petrum prefatum et omnes defunctos de progenie ſua, nec non omnes defunctos de Gulda et opere piſtorum in Premslow habebit in memoria. Quapropter paternitati veſtre nos prefati Magiſtri Gulde et operis Piſtorum in Premslow humili precum inſtantia ſupplicamus. Quatenus autoritate veſtra ordinaria dictos redditus cum eorum ſumma capitali per Dominum Magiſtrum Petrum ad hoc pium opus deputatos et ad hoc per nos et alios Chriſti fideles porrigendos, augmentandos et deputandos, ne ad vſus prophanos redeant, cum diſpoſitione Juris Patronatus vt premittitur dignemini in domino ſalubriter confirmare premium inconſumptibile ab omnium bonorum largitore feliciter acceptantes, Et veſtre paternitati Diſcretum Johannem Pridanck, clericum veſtre Dioceſis, dignum duximus preſentandum per preſentes, pro eo et cum eo attentius deprecantes, quatenus eundem Johannem in dicte Vicarie et omnium fructuum, obventionum et pertinentiarum corporalem et realem faciatis induci poſſeſſionem. Datum Premslow, Anno Domini M°. CCCC°. LX°., Die XXVIII Menſis Maj, noſtro ſub ſigillo preſentibus ſub annexo etc.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXVII. Biſchöfliche Beſtätigung der von Peter Templin in der Nikolaikirche zu Prenzlau geſtifteten Vicarei, vom 25. Juni 1460.

Et nos Henninghus, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis, ſupplicationibus circumſpectorum virorum Johannis Jagowen, Nicolai Lubbenowen, Johannis Poltzowen ac Achim Friſacken, Magiſtrorum Gulde et operis opidi Prempzlouw noſtre dioceſeos ex radice caritatis fauorabiliter annuentes; Nolentes in ipſis literis, quibus preſentes

noſtre litere ſunt annexe, contenta ſuo fruſtrari effectu, Ideo omnia et ſingula in dictis literis quomodolibet deſcripta quantum in nobis eſt, ordinaria noſtra autoritate, ratificamus et approbamus nec non confirmamus Dei nomine per preſentes. Inhibentes omnibus vtriuſque ſexus hominibus cuiuscunque ordinis, ſtatus, gradus ac conditionis exiſtunt, ne contra premiſſa ac premiſſorum aliquod quouis queſito colore ſub anathematis majoris excommunicationis ſententia ac eterne maledictionis penis facere aut ea infringere, ſeu eis in toto uel in parte contraire audeant uel preſumant, ſicuti preter has penas Indignationem omnipotentis Dei beatorumque Petri et Pauli Apoſtolorum eius, atque noſtram canonicam evitare voluerint vltionem. Tibique Johanni Pridanck, clerico noſtre Dioceſis, ad hanc novam vicariam inſtituendam nobis humillime preſentato, Eandem eum ſpiritualium et temporalium adminiſtratione tibi committimus et conferimus in animam tuam ſalubriter gubernandam Dei nomine per preſentes, Mandantes vobis Dominis presbiteris et Clericis noſtre Dioceſis preſentibus requiſitis, quatenus eundem Johannem Pridanck in et ad dicte nove vicarie Poſſeſſionem Juriumque proventuum et pertinentiarum eius ducatis corporalem, realem et actualem facientesque ſibi et nulli alteri de eiusdem vicarie redditibus integre reſpondere. Datum Corlin, Anno Domini M°. CDLX°., die viceſima quinta menſis Junii, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXVIII. Der Küchenmeiſter des Kurfürſten, Peter Pletz, quittirt den Rath zu Prenzlau wegen Zahlung von 500 Gulden Landbede, am 7. Mai 1464.

Lantbede Anno Domini M°. CDLXIIII°. ſuper wolpurgis, ſuper Philippi et iacobi. Ich peter pletz, des irluchten Hochgebarnen forſten vnde heren, hern fridrichs, marggrauen to Brandenburg, korforſten etc., meins gnedighen herrn kochemeiſter to Coln an der Sprew, Bekenne offentlich mit diſſen briue, Das mir de Erſamen, wiſen Borgermeiſter vnde ratmanne to premſlow dorch Benedictus van bentz, irem mitratmanne, haben geantworden laſſen van myns gnedighen heren weghen obgnant funffhundert gulden Rinſch, de ſe ſynen gnaden van der lantbede geben, derſelben funfhundert gulden ſaghe ich ſe loſs vnde quitire ſe daraf biſs an den gnanten mynen gnedighen heren. Zu orkunt mit mynen vfgedruckten inſigel vorſigelt vnde geben zu Coln an der Sprew, am ſonnabent nach philippi vnd iacobi, Anno etc. ſexageſimo quarto.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXIX. Der Rath zu Cöln beglaubigt die vorstehende Quittung, am 7. Mai 1464.

Wy borgermeiſter vnde Ratmanne der ſtat Colen, geleghen by berlin, Bokennen vor jdermennichlich, die deſſen vnſen brif ſien edder horen leſen, dat de Erſamen heren van premslow meth eren medegeſwaaren des rades, Benedictus van Bentz genant, vnſen gnedighen heren den Marggrauen van Brandenborgh vnde Burggrauen to norenberge etc., vp de lantbede geſant hebben vifhundert gulden rinſche, de ſyner gnaden Kokemeſter, peter pletz gnant, van ſyner gnaden weghen entfanghen vnde vp ghenamen heft. Deß to grotte orkunt meth vnſen vpgedruckten inſigel vorſegelt, Na Criſti vnſes heren gebort Duſent virhundert, darna in deme vier vnde ſoſtichſten iare, des ſonnavendes na philippi vnde iacobi.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXX. Symon Schulze zu Blumenhagen verkauft drei Brandenburgiſche Pfund jährliche Hebung zu St. Martins Altar in der Marienkirche zu Prenzlau, am 28. Oktober 1464.

Vor allen Lüden, dy deſſen Brieff zehen odir horen leſen, vnde vor alſweme, dar hie vorkumpt, Bekenne ick Symon Schulte, wonaftig to Blomenhagen, vor my vnd vor myne rechte Erven, dat ick met wolbedachten Mude verkoft hebbe vnd jegenwerdich vorkope in Kraft deſſes Brives den Eerſamen wiſen Herrn den Schepen to Prempſlow vnde Her Johann Molnern, Vicario to Sunte Mertens Altare, belegen in vnſer liven frowen kercken vnd alle ören Nakomelingen, dy dy Vicarie ock boſitten uppe der vorgnanten Vicarien Bohueff vnd alle ören Nakomelingen dry Brandenborgiſche Punt jerlicker Renten uppe twe Hufen, belegen uppe Blingower Felde, dy nuv beackeren vnd bedrifen Heyne Voſs vnd Claweſs Dowermann, wonafftigen beyde darſulveſt. Deſſe dri Brandenborgſche Punt jerlicker Rente ſchal Her Johann Molner vnd alle ſyne Nakomenden Vicarii boren alle Jar jerlicken uppe Martini Epiſcopi, ungehindert myner vnd myner Erven vor eynen iglicken vnde wil en dis eyn recht gewere weſen vor dem Rade to Prempſslow vnd vor alle dy yene, dy vor recht komen willen, id zy geiſtlick oder werlick, zolange, alſe ick en oder ören Nakomelingen van Rechtiſswegen plichtig bin, ſunder Hülperede. Geſcheget, dat Heyne Vos vnd Claws Dowermann oder öre Nakomelinge deſse dri Brandenborgeſche Punde nicht uth geven uppe Martin, ſo mach er Johann vorgenannt alle dy vorgenannten darumme panden, ſunder Rechtghand, vnde varen met den Panden, als gewonlick oder recht is, ſunder jengerleye Rechtghand geyſtlick oder werlick. Ock wil ick vorgenannte Symon Schulte Heren Johan Molnern oder ſynen nakomenden Vicarien uppe deſse vorgenannten Koypp ſchicken des Rades van Prempſslow Wille Briff, dar ſy mede toſtaden vnd fulleborden, dat dy Koyp öre Wille zy vnd fulmechtig is. Vor deſse vorbenumede dri Brandenborgiſche Punt Jerlicker Renten hefft my Her Johann Molner thue nuge vorbereydet anderhalff

hundert Marck Vinckenogen gude vnd genger Münthen, dy ick gekehret hebbe in mynen Framen, dar ick one quid vnd loſs ave late in krafft deſſes Briues.

In deſſem vorgenannten Kope hebbe ick Symon Schulte vor my vnd myne Erven boholden eyn Wedder kopp, alſe wen er, ick oder mine Erven deſse dri Brandenborgſche Punt willen wedder loſsen, So ſchal ick odir myne Erven den Schepen to Prempſslow vnd Her Johann Molnern vnd alle oren Nakomelingen eyn halff Jar vor Martini to vnd uppſeggen vnd denne uppe Martini to Hope wedder geven die ander halff hundert Marck Vinkenogen met den gebaren dren Brandenborgſchen Punden, ſunder Hülperede, an ſo danen Pagimente, alſe denn to Prempslow vnde in der Uckermarcke genge vnd geve is. Offt denne dy Boreydinge nicht en ſchege uppe den enckeden Sunte Mertens, watterleye Schaden dy Schepen odir öre Nakomelinge odir Her Johann Molner odir ſyne Nakomelinge darumme dun to Criſten odir to Yoden uppe Kiſten Pande odir borgen, den Schaden met alle lave ick vorgenannte Symon vor my vnd myne Erven en vnd alle oren Nakomelingen to benemende, gelick den anderhalff hundert Marck Vinkenogen, ſunder jengerleye Hülperede odir Angeferde. Offt in deſſeme Brive were was vorgheten, dat were vorzümet an dichtende odir an ſchrivende, odir gezeriget worde an den Ingeſegeln, odir waterleye Vorſümeniſſe dat dat were, dat ſchal my Symon Schulte odir mynen Erven nicht hülplicht zin vnd den Schepen vnd Hern Johann Molner vnd alle ören Nakomelingen nicht ſchedelick vnd Hern Johan. To mer Tüchniſse hebbe ick Symon Schulte myn Ingeſegel vor my vnd myne Erven witlicken laten hengen an deſsen Brieff, die geſchreven is na der Bord Chriſti Vierteynhundert Jar, darna in dem vir vnd feſtigſten Jare, am Dage Simonis et Jude Apoſtolorum.

Aus einem Copialbuche.

CCLXXXI. Notiz über die Landbede, welche die Stadt Prenzlau den 11. November 1464 dem Kurfürſten zu entrichten hatte.

Anno LXIIII up Martini lantbede. Item hefft Ilow ghehalet twe hundert gulden to hant na Sanctorum. Item dat ander gelt, Alſe drehundert gulden, hebben de Borgermeiſter henningh kiritze vnde hans ſchonenfeld meth den kemereren peter Damerow, Curt klinkebile vnde peter iagow boreith vnde uth ghegheuen tuſchen pingeſten vnde paſchen, alſe de erſte heren dach to premſlow was anno LXV°. deme Biſſchoppe van lubus vnde ſyner gnaden Dyneren jn iegenwerdicheit Arnoldi priſwalk vnde her mattie ſchapow in der matthias ſchapowes huſse An golde, an prentzſchen ſchillingen vnde berlinſchen gelde.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXXII. Die Teſtamentsvollſtrecker des Prieſters Franz Hoppe zu Prenzlau erbitten den biſchöflichen Conſens zur Stiftung einer Vicarei in der Johanniscapelle zu Prenzlau, am 12. März, mit biſchöflicher Beſtätigung vom 30. März 1465.

Reuerendo in Chriſto patri et Domino Henningo Epiſcopo Caminenſi aut ejus vicario, Martinus Beſenbrouwe, Mathias Schapow, preſbiteri, et Petrus Damerow, laicus, Teſtamentarii ſeu ultime voluntatis executores Honorabilis viri Domini Franciſci Hoppen presbiteri, debitam obedienciam cum promptitudine famulatus. Quoniam ſancta et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur; Hinc eſt, quod nos predicti executores premiſſa diligenter attendentes ad honorem Dei omnipotentis ejusque matris glorioſe virginis Marie et ſanctorum eius ob ſalutem anime dicti domini Franciſci Hoppen progenitorumque ſuorum ac fidelium omnium defunctorum atque in remiſſionem peccatorum noſtrorum de bonis et obuentionibus poſt mortem predicti domini Franciſci habitis et acquiſitis pro fundacione et dotacione unius vicarie in Capella ſanctorum Johannis Baptiſte et Ewangeliſte in Prempflow, Et de conſenſu et voluntate religioſe matrone de Schwechten, Abbatiſſe monaſterii ſancti Sabini dicti opidi Prempslow, ad altare fundatum et conſecratum in honorem omnipotentis Dei et Sanctorum Jacobi majoris, Mathie, Apoſtolorum, Clementis et Marie Magdalene, ex ſpeciali deuocione omnipotentis Dei eiuſque matris virginis Marie, Sanctorum Petri et Pauli Apoſtolorum, Katherine et Barbare virginum deputamus et aſſignamus ac ad dotacionem noui corporis unius vicarie ſeu beneficii ad premiſſum altare ſingulis annis ſubleuanda tradimus, donamus et apponimus decem talenta Brandenburgica reddituum annuorum, octo videlicet talenta aput capitulum eccleſie beate Marie virginis opidi Stettin pro quadringentis marcis et duo talenta aput honorabilem virum Dominum Nicolaum Czernekowen, preſbiterum, pro centum marcis ſumme principalis legitime emtis, prout hec in literis et munimentis deſuper confectis plenius continentur. Iſto adiecto quodſi tractu temporis huiuſmodi redditus in parte ſeu toto pro eorum ſumma redempti fuerint, patroni infraſcripti una cum vicario pro tempore tunc exiſtente ſummam ſubleuare, ac alios ſimiles redditus annuos prout magis Deifice potuerit, pro victu et ſuſtentacione ſupradicte vicarie vicarii emant. Eosque redditus per vicarium pro tempore exiſtentem percipi et ſubleuari diſponant. Idem eciam vicarius ornamentis, libro et calice ad ſupradictum altare pertinentibus et in poſterum procurandis et apponendis per ſe vel quemlibet alium honorifice utatur. Jus vero patronatus dicti altaris nobis teſtamentariis predictis et Barbare Hoppen, Sanctimoniali dicti monaſterii Sancti Sabini opidi Prempflow, tamdiu vixerimus, ſeu unus noſtrum vixerit legitime reſeruamus. Nobis vero omnibus defunctis dictum jus patronatus ad fratres Kalendarum opidi prelibati Prempflow eo tempore ſpectare et pertinere debebit: cum tali modificacione, quod unum clericum de cognacione dicti domini Franciſci ſi exſtiterit, ſin vero, unum presbiterum actu in fraternitate dictorum fratrum exiſtentem canonice preſentabunt. Idem ſi ſecus factum fuerit preſentacio debet eſſe nulla et nullum ſortiri effectum, Et volumus quod presbiter et frater in poſſeſſione parata predicte vicarie exiſtens unum talentum Brandenburgenſe in ſubſidium ſtipe per dictum Dominum Franciſcum inſtitute decano et prouiſoribus dicte fraternitatis largiatur, et qualibet ſeptimana unam miſſam pro ſalute anime ipſius Domini Franciſci progenitorumque ſuorum ac fundatorum et omnium fidelium defunctorum celebrabit. Caſu vero, quo aliquis alius dicti altaris ex permutacione, reſignacione aut quibusuis diſpoſitione, prouiſione et modis aliis poſſeſſionem conſecutus exſtiterit, et nec presbiter

neque actu in fraternitate conſtitutus fuerit, idem poſſeſſor et vicarius quator talenta Brandenburgica quousque a fraternitate aſſumptus fuerit, prouiſoribus pro communi diſtributione omnium fratrum annuatim ſine contradictione erogabit ac quilibet de huiuſmodi diſtributione percipiens ſpecialem memoriam pro animabus dicti domini Franciſci ſuorumque progenitorum atque fundatorum peragere propter dominum non omittet. Supplicant inſuper dicti fundatores, quatenus auctoritate ordinaria honorabilem virum Dominum Martinum Beſenbrouwe, presbiterum veſtre dioceſis, primo ad dictum beneficium et redditus eius inſtituere et inſtitutum in corporalem poſſeſſionem mittere dignemini pure propter Deum. Datum Prempſlow, Anno Domini M°. CDLXV°. ipſo die Sancti Gregorii Confeſſoris, fraternitatis fratrum Kalendarum ſupranominatorum opidi Premſslow, quo ad preſens utimur ſub ſigillo. Et Nos Henningus, Dei gratia Epiſcopus Camminenſis, ſupplicacionibus venerabilis ac prouidorum virorum Dominorum Martini Beſenbrouw, beate Marie Stetinenſis collegiate eccleſie canonici, Mathie Schapouw, presbiteri, et Petri Damerouw, laici, teſtamentariorum ſeu ultime voluntatis Domini Franciſci Hoppen presbiteri executorum ex radice caritatis fauorabiliter annuentes nolenteſque omnia et ſingula in literis ipſis, quibus preſentes noſtre litere ſunt annexe, contenta et deſcripta ſuo fruſtrari effectu, ſed ea cum omnibus et ſingulis clauſulis et articulis ſuis quantum in nobis eſt approbauimus, ratificauimus, ordinaria noſtra auctoritate et ratificamus, approbauimus ac in Dei nomine approbamus per preſentes, Inhibentes omnibus et ſingulis utriuſque ſexus Criſti fidelibus cuiuſcunque ſtatus, gradus fuerint et condicionis ne ſub anathemate majoris excommunicationis ſiue maledictionis eterne penis premiſſa vel premiſſorum aliquid alienare, diſtrahere, ſibi uſurpari aut eis in toto vel in parte contraire audeant vel preſumant, ſicuti preter has penas indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius atque noſtram canonicam evitare voluerit ultionem. Vobisque Venerabili viro Domino et magiſtro Martino Beſenbrouwen, canonico prefato, ad huiuſmodi vicariam noviter fundatam inſtituendum nobis hic preſentato, eandem cum ſpiritualium et temporalium adminiſtracione conferimus in animam veſtram ſalubriter gubernandam Dei nomine per preſentes, mandantes vobis dominis presbiteris et clericis preſentibus requiſitis, Quatenus antedictum Dominum et Magiſtrum Martinum ad huiuſmodi vicarie iuriumque et pertinenciarum eiuſdem ducatis poſſeſſionem corporalem, realem et actualem, facientes ſibi et nulli alteri de ipſius redditibus integre reſpondere. Datum Corlin in caſtro noſtro, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, die penultima menſis Martii, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXXIII. Anna, Mathias Wittwe, verkauft den Vorſtänden des Chors der Marienkirche zu Prenzlau ein halb Brandenburg. Pfund von den Buden vor dem Kuhthor, am 20. Mai 1465.

Vor allen Criſten lüden, de deſſen breef ſyen edder horen leſen, bekenne ick Anna, Mathias nagelathene ſeligher weidywe, dat ick meth wolbedachten mude vorkofft bebbe vnd vorkope

met macht vnde Crafft deſſes breues den erwerdighen her kurth Vreſen vnde Jacob Selübbe, nu vorſtänder des Chores to Prempflow in vnſer lyuen Vrowen kerke vnde eren nakömelinghen tho eyneme rechtem kope eyn halff punth Brandenborgheſs vor XXV mark ghenghes geldes vor my vnde mynen eruen vp hans Walſowes behueff vppe myne buden, vor deme kodare beleghen, vp alle paſse daghe vredeliken to borende vnde to pandende, efft yd not were, van tiden tho tyden. In deſſeme kope hebben de erghenanten vorſtender vor ſick vnde ere nakömelinghe my vnd mynen eruen edder we der buden eyn herre ys vnde eyn recht beſitther met guden willen gogunth eynes wedder kopes, alſo wän ick vnde myne eruen edder vnſe nakömlinghe deſse vorgeſcreuene renthe willen wedder afkopen, ſo ſchole wy tho vorne vpſegghen eyn verdendeel Jarſs, darna vf den enkenden pacht dach, alſo vthghande Paſken bereyden renthe vnde houetſtuel, ſunder hulperede vnde arghelift. Dat diſseme breeue muchte ſchädelicken weſen in ſchriuende, in dichtende edder wat dat were, dat wil wy nicht vp teen in vnſe recht. Jeghen deſſen breeff Auer deſſen kop ſynth gheweſeth Her Mathias Puleman, Herr Nicolaus Withun, Herr Johann Hogher, Claus kiel, Claus dumker vnde vele beruer lüde meer, Priſter vnde Leyghen, de eren wol werth ſind. Tho meer bewahringhe vnde tho tughe ſo hebbe ick vorgenannte Anna Mynes naghelaten ſeligher Mathias korners yngeſegel nedder lathen henghen met Volborth an deſſen apenbreef. Ghegheuen vnd geſchreuen na der borth vnſes Heren Duſent veerhundert vife vnde ſüſtich, des mandaghes vor Sunthe Vrbanus daghe des hilghen mertelers.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CCLXXXIV. Des Kurfürſten Friedrich Stadtordnung für Prenzlau und die Städte des Uferlandes, vom 12. Juli 1465.

Wy Frederick, von Godes Gnaden Marggraue to Brandenborch, Korforſte etc. Entbyde juw vnſen leven gethruwen Borger Meiſteren vnde Radtmannen, vier Werckern vnde gantzer Ghemeynheit vnſer Stadt Premſslow Vnſen Gruth vnde alle gut to voren. In vorgangen Tiden vnde kortliken hebben wy wol vnd notdorftich ghemerket vnde erkant etlike Ghebreken vnde Unart, der dar is vnder Juw in vnſer Stadt, Als nemliken an averriger Tering, Vorkoſtinge vnde etliken anderen Sacken, dat juw allen, Arm vnde Ryke, ok der genanten vnſer Stad in tokomenden Tiden Armude vortenen vnd grot Afnement an Gude vnde Ghebüwete ſyn worde, wo dat nicht na guder Betrachtinge vorendert vnde in beter Ordening vnde Weſen gheſettet vnde gheordent worde; hebben wy in vnſen Mude dat bedacht vnde dat darto met vnſen drepliken Reden, Vnſer Stat vnde juw allen tom beſten vnd juwen Framen, vnde dat id Juwe vnde der Stat eyn Tenement, upſtighen vnde Ghedyent ſyn ſchal vnde werdet, ghenugh anerwaghen vnde juw dyt nagheſchreven Regiment, Weſen vnde Ordening in ſunderken Artikelen gheteikende gheſettet vnde beſtedighet. Als nemliken tom erſten, dat Nymant to deme Upſlaghe, wor men twe Lüde to hope lawet, nicht mer, wen achte Frind eyn iglik hebben ſchal, wil he den ſülven eten vnd drincken ghewen, dat mach he don ſunder Bröke: hefft ower ymant mer to der Tyd, de ſchal

linarum fiduciam gerentes, toto cordis desiderio suspiramus, Sperantes, quod nobis adhuc sicut prius pinguiora beneficia promotionis inpendere debeatis, pro quo vobis nostra paruitas, deuotio et humilitas bonorum temporalium condigna seruitia nequit exibere. Sed uestra prefulgens discretio omnium nostrorum operum spiritualium participationem, que Cristus Jesus dominus noster per nos et successores nostros fieri disponit, In uigiliis, in orationibus, in ieiuniis, in castigationibus et in omnibus aliis operibus, in quibus deo gratum seruicium speramus exhibere, acceptare nullatenus dedignetur, Que eciam pro omnibus vobis et affinibus uestris cunctis diebus nostris puro corde deo altissimo et glorioso dei genitrici ac toti celesti curie offeremus, vos quoque recipientes in nostram fraternitatem, vt, cum dies vestri obitus nobis fuerit nunciatus, vestras exequias ueluti nostrarum consororum et confratrum in vigiliis et in aliis orationibus fideliter peragemus. Petentes vos nichilominus pio desiderio cordis cum affectu, ut hoc donum vestra benigna honestas animo recipiat letabundo, quod tanto magis rationem boni participat et magis se placitum esse probat et karitatem nostram et sollicitudinem erga vestram honestatem arguit et ostendit, quanto postulationem preueniens esse dinoscitur et uoluntarie oblatum pocius quam petitum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostri conuentus est munitum. Datum anno domini M° CCC° XXII°, feria IIII. post dominicam, qua cantatur Misericordia.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXIII. Bischof Friedrich von Camin bestätigt eine von dem Markgrafen Ludwig am 21. Dezember 1326 bewilligte Altarstiftung in Prenzlau, am 3. Mai 1333.

Fredericus, dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, Ad perpetuam rei memoriam. Specialem deo famulatum impendere credimus, cum hiis, in quibus cultum diuinum augeri conspicimus, cooperamur ac Ambiguitatis materiam, que posset oriri posteris, amputantes ea, que circa huiusmodi alias fluxu temporis forent labilia, ex incumbente nobis officio perhennamus. Sane vidimus litteras illustris principis Lodewici, Marchionis Brandenburgensis, quarum tenor sequitur in his verbis: In nomine domini Amen. Nos lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et lusacie marchio, Palatinus Reni, Dux Bauarie, sacri Imperii Archicamerarius, Vniuersis presentes audituris litteras vel visuris volumus esse notum, quod, vt cultus diuinus vberior et diffusior habeatur, dedimus et per presentes liberaliter donamus Ad instanciam Nicolai et Johannis, filiorum quondam Nicolai de Rauenstein, et ad honorem domini nostri Jesu Cristi ac ipsius matris marie et in remissionem nostrorum peccaminum atque memoriam nostrorum progenitorum proprietatem plenam et omnimodam super octo talentis et duodecim solidis appositis per dictos Nicolaum et Johannem ad Altare situm in ecclesia beate Marie Ciuitatis nostre Premzlav consecratum in honorem Omnium sanctorum percipiendis et tollendis annuatim debito termino per Rectorem Altaris eiusdem in Censu mansorum adiacencium ciuitatis nostre Premzlav predicte, Jus quoque presentandi altaris eiusdem dictis Nicolao et Johanni et eorum heredibus pertinebit, ita quod ad dictum altare, dum vacauerit, presentabunt personam ydoneam sacerdotem Infra mensem a vacacionis tem-

pore numerandum vel talem perſonam, que infra Annum in ſacerdotem a preſentacionis tempore valeat promoueri. Deficientibus vero dictis Nicolao et Johanne ac eorum heredibus et nullo de ipſorum genere ſuperſtite remanente, tunc ius preſentandi in perſona ſenioris de duobus ſénioribus Conſulum tunc exiſtencium volumus reſidere ad prouidendum tali perſone, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Forma quoque officiandi dictum altare talis erit: in ſecunda, quarta et ſexta feria miſſa eſt pro defunctis legenda et memoria habenda eorum, qui clam vel palam ad dicti altaris inſtauracionem ſuas elemoſinas et ſubſidia pia ſunt largiti. Die vero dominica, tercia et quinta feria atque ſabbato legenda eſt miſſa, ſicut talium dierum ſollempnitas requirit, niſi plebanus vel eius vices gerens miſſam ſibi legi depoſceret congruentem, tunc dicti Altaris rector ipſi plebano vel eius gerenti quoad dictos quatuor dies debet in dicendis miſſis omnimode obedire omni contradictione ceſſante. et vt premiſſa omnia et eorum quodlibet perpetuis temporibus incommota perſiſtant, hanc litteram exinde confectam noſtri ſigilli robore dari iuſſimus communitum. Preſentibus teſtibus Nobilibus viris G. Vl. et Adolfo, Comitibus de Lindowe, Domino Segero, prepoſito in Stendal, hermanno de Redere, Thiderico de kercow, hennincho et dobizlao de Ekſtede, militibus, et hermanno de Luchowe, cum aliis fide dignis. Datum Reppin, Anno domini M° CCCXX° ſexto, die ſancti Thome Apoſtoli. — Cum igitur ex paſtorali nobis incumbat officio, circa talia diuino cultui applicata ſollicite prouidere, ne ad prophanos vſus redeant, et circa huiuſmodi poſteris tollere materiam Ambigendi, Nos prefati Altaris, vt premittitur, inſtauracionem, proprietatis donacionem et abdicacionem ac ordinacionem circa jus preſentandi id ipſum et idem officiandi ratas et gratas habentes auctoritate noſtra ordinaria auctorizamus et confirmamus in nomine domini in hiis ſcriptis, Inhibentes ſub pena Anathematis, ne in futurum poteſtas ſecularis in prefatis talentis et ſolidis de predicto cenſu manſorum tollendis quidquam ſibi vendicet aut Rectorem dicti altaris, qui pro tempore fuerit, quominus integraliter dicta percipiat, preſumat quomodolibet impedire, adiciendo nichilominus, vt ſi qui fideles deuocione accenſi ad aucmentum dicti altaris aliquid de bonis a deo ſibi collatis appoſuerint, eadem exempcione et libertate gaudere debeat cum predictis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Stetin, Anno domini Milleſimo CCCXXX° tercio, ipſo die Inuencionis ſancte crucis.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXIV. Biſchof Dieterich von Camin beſtätigt Verſchreibungen Johanns von Stegelitz von 1299, des Rathes zu Prenzlau von 1307 und des Markgrafen Woldemar von 1319 über Altäre in der Jakobikirche zu Prenzlau, am 2. März 1336.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis amen. Fredericus, dei gracia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis, Ad perpetuam rei memoriam. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt, ordo iuris et vigor expoſtulat racionis, vt id ad effectum debitum perducamus, quod tunc eo prompcius facimus, cum in hiis cultum diuinum augeri conſpicimus, que libenti animo perhennando, quantum auctoritate ordinaria poſſumus, confirmamus. Sane vidimus et audiuimus litteras honorabilis viri

domini Johannis de ſteghelis pie memorie, quondam plebani in prenzlav, et diſcretorum virorum Conſulum Ciuitatis eiuſdem ſanas et illeſas ſuper proprietate et libertate plenaria trium manſorum in Campo dicte Ciuitatis ſitorum et pertinencium ad quoddam altare beate marie virginis conſtructum In Eccleſia ſancti Jacobi ibidem per honorabiles viros hinricum de ghotowe, preſbiterum, et hinricum biſmarcke, prefate Ciuitatis Ciuem, fundatum et dotatum ſub anno domini M° CCC° XCIX°, quinto ydus februarii, confectas et ſigillis ſaluis dicti plebani et Ciuitatis premzlav ſigillatas. Item vidimus litteras Diſcretorum virorum Conſulum Ciuitatis prenzlav antedicte ſuper libertate exaccionis et quarumcunque talliarum vnius manſi, que ſchot wlgariter nuncupatur, ſiti in campo eiuſdem ciuitatis et ad idem altare in eccleſia ſancti Jacobi predicta erectum pertinentis, quem videlicet manſum dominus hinricus de ghotowe memoratus ſua propria pecunia comparauit, ſub anno domini M° CCC° ſeptimo, In die ſancti gregorii pape confectas et Ciuitatis premiſſe ſigillo ſigillatas. Poſt hec vero vidimus et conſpeximus litteras Magnifici principis domini woldemari, Brandenburgenſis et luſacie marchionis, ſuper donacione proprietatis ſex talentorum II ſolidos minus ſitorum in Cenſu manſorum Ciuitatis premzlav et proprietatem ſeptem ſolidorum denariorum brandenburgenſium duorumque chororum et dimidii quadruplicis annone ſitorum in Cenſu manſorum Ciuitatis ſtraceborch pertinencium ad quoddam altare in honorem beati Bartholomei apoſtoli dedicatum et in Eccleſia ſancti Jacobi apoſtoli ſepedicta per diſcretos viros Conickinum, henninghum, nicolaum et gherardum, filios hinrici biſmarck priuſ tacti, necnon hinricum et henninghum, filios eyckonis de brunſwick, ciues dicte Ciuitatis, erectum et conſtructum, ſub anno domini Milleſimo Trecenteſimo XIX°, confectas et eiuſdem domini marchionis ſigillo ſano et integro ſigillatas, quarum tenores de verbo ad verbum propter prolixitates earum omiſimus, ſed tamen vtilitatem et effectum earundem ſub modo et forma breuiori quo potuimus colligere fecimus et in preſentibus mencionem facimus de eiſdem. Nos prefatorum Conickini, henninghi et nicolai, dictorum biſmarcke, necnon hinrici et henninghi eycken humiliter ſupplicancium, vt dicta altaria cum ſuis proprietatibus et libertatibus confirmare dingnaremur, peticionibus condingnis inclinati, prefatas fundacionem, dotacionem et proprietatis ac libertatis donacionem, tam manſorum, denariorum, quam annone, cum ordinacione iuris patronatus, cum forma ſiue modo officiandi ac memoria ipſorum fundatorum perpetuo peragenda, prout in litteris originalibus cautum eſt et euidenter continetur, necnon cum omnibus et ſingulis condicionibus ac ſpecificacionibus in eiſdem litteris expreſſis ſiue comprehenſis gratam et ratam habentes eaque in nomine domini auctoritate noſtra confirmamus per preſentes, volentes, omnes predictos redditus eodem iure cenſeri et ad illos ſolos ſpectare deberi, quibus predicta altaria pro tempore fuerint collata, vt ſuperius eſt expreſſum, et omnes redditus predictos ſepedictis altaribus preſentibus adunamus, Inhibendo ſub pena anathematis, ne poteſtas ſecularis uel alius quicunque, cuiuſcunque condicionis fuerit, in redditibus ſeu prouentibus altarium predictorum ſibi quicquam vendicet ſeu vſurpet contra noſtram confirmacionem, ſicuti omnipotentis dei et noſtram canonicam euitare voluerit vlcionem. In quorum omnium premiſſorum euidenciam pleniorem preſentem litteram deſuper confectam ſigilli noſtri munimine dedimus communitam. Datum ſtettin, anno domini M° CCC° XXXVI°, Sabbato proximo ante dominicam, qua Oculi mei Cantabatur.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXV. Georg von Kerkow belehnt die von Göritz mit vier Hufen und dem Kruge zu Baumgarten, am 11. Juni 1346.

Nos georgius famulus, de kerkow dictus, Coram vniuerſis Criſtifidelibus publice recongnoſcimus in hiis ſcriptis proteſtando, Quod diſcretis viris, ſcilicet iohanni goriz, filio quondam thiderici goriz bone memorie, et nicolao goriz, ſuo patruo, et ſuis veris et heredibus legitimis contulimus et per preſentes conferimus manu ſimul iuncta quatuor manſos circa villam bomgarden ſitos cum omnibus obuenientibus eorundem manſorum excepta precaria, Item X ſolidos brandenburgenſis monete ſuper tabernam predicte ville bomgarden, et duos denarios brandenburgenſes de quolibet dimidio plauſtro ceruiſie in eadem taberna propinande, et de qualibet braxaria eiuſdem taberne vnam tinam ſilique, que proprie ſey dicitur, in eadem taberna a tabernatore pacifice et perpetue ſuſtulendos, Tali condicione interiecta, Si predictus iohannes goriz abſque pueris legitimis ab hoc ſeculo migrauerit viam vniuerſe carnis ingrediendo, tunc predictus nicolaus goriz et ſui heredes poſt mortem predicti iohannis goriz predictos redditus in perpetuum poſſidebunt eodem iure, quo predictus iohannes goriz poſſidebat. Si autem predictus iohannes goriz poſt mortem ſuam legitimos pueros reliquerit, tunc pueri ſepedicti iohannis goriz et eorum heredes ſepedictos redditus poſſidebunt pacifice et quiete, qualibet contradictione predicti nicolai goriz non obſtante. Hos redditus nos et noſtri heredes heredibus ſepedictorum de goriz conferre tenebimur abſque dono. Inſuper predictis de goriz decimam ſuper predictam tabernam ville bomgarden contulimus et conferimus in hiis ſcriptis. Preterea Si predicti de goriz ſepedictos redditus vel ſui heredes vendere decreuerint, cuicunque vel quibuſcunque vendiderint, illi vel illis ſine donacionis munere hos redditus nos aut noſtri heredes conferre tenebimur, omni contradictione procul mota. Vt autem hec noſtra collacio per nos et noſtros ſucceſſores illeſa maneat et conwlſa, preſentem paginam hinc inde confectam conſcribi iuſſimus noſtri ſigilli appenſione in euidens teſtimonium roboratam. Teſtes huius rei ſunt henninghus de lintſtede, ludolphus de linſtede, milites, woldenbergh de benz, zabellus de crewiz et erewinus, ſuus filius, famuli, nicolaus drenſen, ſtephanus de ſtendal, petrus driuer, nicolaus driuer et hermannus driuer, fratres, et alii quam plures fidedigni. Actum et datum primizzlav, Anno domini M° CCC° XLVI°, in feſto ſancte et indiuidue trinitatis, per manus conradi, notarii noue Angermunde.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXVI. Markgraf Ludwig geſtattet den Städten Prenzlau, Paſewalk, Angermünde und Templin, mit Landesbeſchädigern nach Recht zu verfahren, am 25. Februar 1348.

Wi Lodewich, von der godes gnaden Eyn marchgreue to Brandenborch vnde to Luzitze, Eyn hertoghe to Beyeren, Eyn palandeſchgreue des Rynes, Eyn ouerſte kemerere

des hilghen rykes, Ick bekenne in deſſeme jeghenwerdeghen bryue, dat ich med ganthen willen vnd van gnaden hebbe ghegheuen den ſteden Tu premzlaw vnde tu Pozewalk, Tu Angermunde vnde tu Tempelyn, vmme de Echtere vnde vmme de Rouere vnde vmme de luodere vnde de ſi huſen vnde houen vnde de ſi heghen, de dar ryden jn vnſeme lande, ſwes ſi dar an dun, na den eden, de ſi hebben ghedan to deme Rade vnſer ſtede vnde nach des voghedes Rade, dar ſcolen ſi van vns eder van vnſen nakomelingen cheynerleye recht noch not ane lyden. Weret ouch, dat ere vrunt en jennegherleye not ane leden, dar ſcole wi ſi ane halden leddich vnde los. Tu eyner betughunge ſo hebbe wi deſſen bryf gheſterket med vnſen jngheſeghele. Tughe deſſes briues ſint her frederich van lochchen, de eyn houetman is der marke, her Wilheim van Wambrecht, vnſe ſcenke vnde vnſe voghet, her Peter van Bredowe, vnſe Rydder, vnde Hennyng van Blankenborch, de eyn knecht is, Buſſo grüwelhut, de vnſe voghet is to ſpandowe, vnde vele mer bedderuer lude, de ouch alle wol eren vnde achbaricheit werdich ſint. Deſſe brief is ghegheuen vnde gheſcreuen To Euerſwalde, na godes bort duſent jar vnde dryhundert jar, jn deme achte vnde virtegheſten iare, jn ſvnte Mathias daghe des hilghen apoſteles.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXVII. König Karl zeigt den Städten der Uckermark an, daß er das Compromiß auf den König von Schweden nicht dulden, Ludwigs und der Baiern Klage über Woldemars Unechtheit aber zu Nürnberg gerichtlich entſcheiden laſſen werde, am 29. März 1350(?)

Karl, von gots gnaden Romiſcher kunig, ze allen zciten merer des Reichs vnd kunig ze Beheim, Embieten den Raitmannen vnd den Burgern gemeinlich der Stete in der vkere, Prempzlaw, Pozewalt, Angermund vnd Templin, vnſern lieben getruwen, vnſir gnad vnd allez gut. Alleyne wir vormals Marcgrafen Woldemar, der vns fur einen Marcgrauen zo Brandemburg furgelegen iſt, durch vntirweiſung der, die ſulche rede an vns bracht haben, belehent haben mit derſelben marken vnd ouch den aneuall derſelben marken des hochgeborn Rudolfs, herzogen zo Sachſen, vnſirs Oheim kindern, vnd den von Anhalt vorliehen haben, ob an dem obgenanten woldmaren icht geſchee, vnd darnoch keinen andern fur einen Marcgrafen zv Brandemburg haben, nennen oder halten wolten: wenn nur (ſic) denſelben woldemaren biz an die zeit, daz die vorgenante herzogen Rudolf von Sachſen, vnſirs Oheim kinder, vnd die von Anhalt vmb dieſelben Marken, die des heiligen Romiſchen Reichs eigen fur manchen zeiten geweſen iſt vnd noch iſt, einer gantzen ſune rechtis vnd der minnen vff den kunig zv Sweden gegangen ſein, zv vnſerm vnd des heiligen Reichs ſchaden, daz do von geſwechet wurde in ſeinen rechten, ob daz ſo geſchiehe, daz der kunig von Sweden vmb ſulcher zweyung, die billich vnd zv rechte fur vns vnd dem Reich entſcheiden wirdet, recht vrteil oder mine geben oder vinden ſolte; Doch ſint dem mal daz der hochgebornn Ludwig, Marcgraue zv Brandenburg, Pfalczgreue bey Reyn vnd herzog in Beyern, vnſir liebir Oheim vnd furſte, vnd ſeine bruder, die daz angehet, fur vns vnd dem Reich beweiſen vnd beweren wellen, als ſie zv rechte ſullen, daz

wir mit fulcher vntirweiſung, die vns getan iſt, daz ez Marcgraue woldemar ſein ſolte, gentzlich betrogen ſein vnd daz ez der Marcgraue Woldemar, Marcgrauen Cunrades ſeligen Sun, des man ſich lange tot verſehen hat, nicht ſey, vnd haben des beide, der vorgenant Marcgraue Ludwig vnd ſeine bruder, an vns gemutet vnd begert, daz wir in geruchten zv lyhen, waz wir in zv rechte lyhen ſolten, des wir ouch von furſten vnd von herren vnſern vnd des heiligen Reichs getruwen vntirweiſt ſein, daz wir daz zerechte zetun pflichtig weren; Des haben wir dem obgenanten Marcgrafen Ludwigen vnd ſeinen brudern dieſelben Marke verliehen, als wir durch vnderweiſung der furſten vnd der herren zv rechte ſolten, vnd haben in des beiden ſeiten einen namhaftigen tag beſcheiden gein Nuremberg vnd wes vns doſelbeſt noch ir beider reden vnd beweiſung die furſten vnd herren vnſir vnd des Reichs getruwen, die billich darumb dirkennen vnd ſprechen, vmb alle ſachen vnderweiſen vnd beſcheiden, dem wellen wir genzlich volgen, vnd wen vns doſelbiſt fur einen Marcgrauen von denſelben furſten vnd herren benennet, beweiſet vnd geben wirt, den wellen wir dobey lazzen vnd behalden, als wir vnſern vnd des Reichs furſten billich vnd zerecht zetun pflichtig ſein. Geben zv Prage, des nehſten mantages noch dem heiligen Oſtirtag, jm vierden Jar vnſir Reiche.

Per dom. Regem Johannes Nouiforenſis.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXVIII. König Karl verkündet den Gewandſchneidern zu Prenzlau das Erkenntniß über die Unechtheit Woldemars, am 6. April 1350.

Wir karl, von gots gnaden Romiſcher kuning, czu allen czeiten merer des Reichs vnd kunig cze Behemen, ſaczzen czu gericht czu Nurenberg des neheſten dinſtags nach dem Suntag, als man ſinget Quaſi modo geniti, vnd enbieten den wiſen Luten, den gewantſnideren gemeynichlich der ſtat zu Premzlaw vnſer gnad vnd alles gut, vnd tun iw kunt, das wir ze gericht gèſezzen ſein, als ein Romiſcher kunig von rechte ſol, Do kom fur vns in gericht der hochgeborn Ruprecht, Phalantzgraf Bi Reyn vnd hertzogen in Beyern, vnſer lieber Swager vnd furſte, mit vollem vnd gantzem gewalt an des hochgeborn Ludwigs ſtat, Marggrafen czu Brandenburg, vnſers furſten vnd lieben ohems, von der ladung wegen, die wir getan hetten woldmaren, den man nennet Marggrafen czu Brandenburg, vnd ouch von ſeiner helfer wegen, die wir vnuerzogenlich dahin geladen hetten vnd betagt vf recht, vnd das recht vfgenomen wart mit recht vnſerm gunſt vnd guten willen, ir beider kuntſchaft vnd bewiſinghen mit dem rechten ze bewiſen, ob er es Marggraf woldmar, Marggrafen Cunrads ſeligen ſun, wer oder nicht, Do bewiſete vor vns offenbar in gericht der vorgenente hertzog Ruprecht mit guter, warer kuntſchaft, das er es nicht were, woldmar, Marggrafen Cunrads ſeligen czu Brandenburg ſun, von des obgenenten Ludwiges wegen, Marggrafen czu Brandenburg. Vnd dauon gebieten wir iw von gerichtes weghen vnd vnſerm kuninglichen gewalt vnd bi vnſerm vnd des Reichs hulden, das ir iwch nichts mer keret an demſelben woldmar, wann er vngerecht iſt, noch an ſeine hel-

fer, vnd der vorgenente Ludwig, marggraf czu brandenburg, mit vnrecht vs der mark czu Brandenburg geworfen ist von des wegen, den man nennet Marggraf woldmar, vnd sullent iwch vnuerzogentlich vnd ane vidderrede an den obgenenten Ludwigen, Ludwigen dem Romer vnd otten, seinen brudern, Marggrafen czu Brandenburg vnd czu Lusitz, vnserm lieben ohemen vnd fursten, halden vnd in sweren, hulden vnd gehorsam sein, vnd ouch gehorsam tun als iwren rechten herren, wan wir sei ouch derselben Mark czu Brandenburg vnd des landes czu lusitz in nutz gewergesetzzet haben mit rechtem gericht vnd vrteil, als ir briefe sprechent, die sei daruber habent, besiglet mit vnsers hobgerichts insigel, die in mit vrteil von vns daruber gegeben sint, vnd sullent ouch von dem vnrechten in das recht widder keren, wann es der obgenente hertzog Ruprecht vor vns vnd dem gerichte mit rechter vrteil also bewiset hat, das woldmar, der sich nennet Marggrafen czu Brandenburg, vngerecht ist, vnd der vorgenente Ludwig, Marggraf czu Brandenburg, vnd sein egenente Brudere gerecht sint vnd rechte Marggrafen sein zu Brandenburg, darumb tut bi in, als bi iweren rechten herren. Tetent ir des nicht, wann es in mit gesamter vrteil vor vns irteilit ist, wir richten darumb zu iw, als recht ist. Des senden wir iw von gericht mit vrteil disen brief, besiglet mit vnsers hobgerichts insigel, der geben ist czu Nurenberg, Nach Cristis geburt drieczehenhundert iar vnd funftzig iar, des tages, als vorgeschriven stat, in dem vierdem iare vnser Reich.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXIX. Bischof Johann von Camin bestätigt die Stiftung eines Kreuzaltares in der Klosterkirche zu Prenzlau, am 6. Juni 1362.

In Nomine Domini amen. Johannes, Dei gracia Epiſcopus Eccleſie Caminenſis, ad perpetuam rei memoriam. Cura paſtoralis Officii nobis commiſſi mentem noſtram ſollicitat, vt, vbi Deuocionem fidelem verſari circa augmentum Diuini cultus conſpicimus, Diligenter caueamus, ne, quod piis deputatur vſibus, redeat ad prophanos, quod tunc recte facere credimus, cum ea, que noſtre confirmacionis ordinarie indigent munimine, per noſtras litteras patentes ſtabilimus. Vidimus igitur litteras Commendabilis viri Domini Johannis vergnitzen, quondam prepoſiti ſanctimonialium in premzlaw, ac Diſcretorum virorum Tiderici neghelyn, necnon hinrici houener et henninghi Meynardi, Ciuium ibidem, ſuper fundacione cuiuſdam altaris in honore Sancte Crucis et Sanctarum katherine, margarete, Barbare et undecim milium virginum in Eccleſia Sancti Sabini et beate Marie magdalene monaſterii Conuentus ſanctimonialium Ciuitatis noue Premzlaw, et litteram dictarum ſanctimonialium ſuper conſenſu earum ad hoc preſtito, et ſuper dotacione eiuſdem altaris cum ſexaginta marcis argenti Brandenburgenſis minus dimidia marca, Cum quibus Octo fruſta redditiuum annuorum a Conſulibus Ciuitatis Templym ſunt comparata, prout in litteris ſuper eo contentis plenius continetur, et ſuper ordinacione iuris patronatus dicti altaris, non Raſas, non cancellatas neque vitiatas, ſed omni prorſus ſuſpicione carentes, quarum tenor ſequitur in hec verba: Venerabili in Criſto patri ac Domino, Domino Johanni, Epi-

ſcopo Eccleſie Caminenſis, Johannes vergnitze, olim prepoſitus Sanctimonialium in Premzlaw, Tidericus neghelyn, ex vna parte, Hinricus Houener et Henninghus meynardi, ex altera parte, Ciues ibidem, cum Debita Obediencia ſe paratos ad queuis genera mandatorum Veſtre paternitati Reuerende preſentibus declaramus, Quod ob augmentum cultus diuini Obque ſpem ſalutis animarum noſtrarum noſtrorumque progenitorum Dedimus atque preſentibus Damus Sexaginta marcas argenti Brandenburgenſis minus dimidia marca, quibus comparauimus Octo fruſta reddituum annuorum a Conſulibus Ciuitatis Templyn Sub tytulo tamen reempcionis et reuendicionis, vt patet ex litteris ipſorum Deſuper confectis, ad altare Sub honore Sanctarum vndecim milium virginum ac ſanctarum Margarete, katherine, Barbare atque ſancte Crucis, Situatum, Dotatum atque fundatum in Eccleſia Sanctorum videlicet Sabini atque marie magdalene et (in) Monaſterio Conuentus Sanctimonialium Noue Ciuitatis Premzlaw, pro miſſa in eodem altari iuxta vtilitatem Eccleſie et voluntatem prepoſiti celebranda, Jugiter permanenda aut tot redditus, qui Sub proprietatis nomine cum dicta peccunia Deifice comparari poterunt, ad idem altare Jugiter permanſuros. Cuius altaris iuſpatronatus pro prima vice Nos Johannes vergnitze et Tidericus neghelyn optinebimus. Pro Secunda vero vice vacacionis Hinricus Huuener et Henninghus meynardi aut ipſorum filii Dictum altare conferent Clerico ydoneo, Pro Tercia vero vacacione Tidericus neghelyn, pro quarta Hinricus Huuener, Henninghus meynardi aut ipſorum vtrobique filii, et ſic deinceps viciſſitudinaliter, cum vacauerit, conferetur. Nobis autem omnibus Deficientibus et ab hoc exilio ſublatis Dicti altaris iuſpatronatus cedit et deuoluetur ad abbatiſſam Conuentus ſanctimonialium Noue Ciuitatis prempzlaw, quecunque pro tempore fuerit, Ita quod dictum altare conferet, cum vacauerit, cum conſenſu prepoſiti, qui pro tempore fuerit, abſque aliqua penſa et diminucione ſub modo et formula prenotatis. Huius rei gracia veſtre paternitati Dominum Paulum de Nidem, preſencium oſtenſorem, cui idem altare ſeu elemoſinas Nos Johannes vergnitze, olim prepoſitus, et Tidericus Neghelyn pro prima collacione vnanimi cum conſenſu Hinrici Huuener et Henningi meynardi propter Deum contulimus, duximus preſentandum, Humiliter Supplicantes, quatenus prefatas Sexaginta marcas argenti Brandenburgenſis minus dimidia marca ac redditus, qui cum ipſis poterunt deifice comparari, ad prefatum altare veſtra auctoritate ordinaria Dignemini applicare ac confirmare, ipſique domino paulo Dicti altaris acceſſum conferre, conſwetudinibus et Juribus adhibitis Debitis et conſwetis. Datum et actum premzlaw, Anno Domini Milleſimo CCC° ſexageſimo Secundo, ipſo Die annuncciacionis marie virginis, preſentibus Diſcretis viris et Dominis alberto litzicke, prepoſito Sanctimonialium in premzlaw, Johanne Roſtok, Hinrico Dedelo, arnoldo Moer, frederico herſleue, Cappellanis ibidem, et aliis fidedignis. In quorum omnium teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. — Secunde vero littere tenor talis fuit: Reuerendo in Criſto patri ac Domino, Domino Johanni, Epiſcopo Eccleſie Caminenſis, Margareta, abbatiſſa, Hildegundis, Prioriſſa, albertus De litzicke, prepoſitus, Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Premzlaw, cum Debita obediencia oraciones in Criſto tam continuas quam Deuotas. Veſtre paternitati Reuerende preſentibus Declaramus, quod altare Sub Honore ſancte Crucis, Sanctarumque Katerine, Margarete ac vndecim milium virginum fundatum et Dotatum in Eccleſia Monaſterii noſtri in Ciuitate Noua premzlaw cum octo Talentis Brandenburgenſibus annuorum reddituum aut cum Sexaginta marcis argenti brandenburgenſis minus dimidia marca per Diſcretos viros, videlicet Dominum Johannem vergnitze, olim prepoſitum, Tidericum Neghelyn, ex vna parte, et Hinricum Houener et Henninghum meynardi, ex altera, Ciues in

premzlaw, De noſtro maturo conſenſu prodiit et proceſſit, Supplicantes humiliter et Deuote, quatenus Dei intuitu et vt apud nos tamquam in inſula pathmos ſituatas cultus Diuinus vberior et frequencior habeatur, prefatas ſexaginta marcas minus dimidia argenti brandenburgenſis aut redditus, qui cum ipſis poſſint Deifice comparari, veſtra auctoritate ordinaria Dignemini confirmare. Datum premzlaw, anno Domini Milleſimo CCC° ſexageſimo Secundo, feria ſexta poſt Dominicam, qua Cantatur Cantate Domino, noſtri Conuentus ſub Sigillo Cum ſigillo Domini alberti, noſtri prepoſiti, appenſis preſentibus in teſtimonium omnium premiſſorum. — Nos vero prefatorum patronorum, prepoſiti et ſanctimonialium pretactorum nobis humiliter ſupplicancium, vt erectionem, fundacionem, Dotacionem et iuriſpatronatus ordinacionem et aliorum articulorum ſuperius expreſſorum dicti altaris confirmare Dignaremur, precibus condignis inclinati, Erectionem et fundacionem altaris priuſdicti, Juriſpatronatus ordinacionem et aliorum ſuperius contentorum grata et Rata habentes, ea omnia et ſingula approbamus, Ratificamus et confirmamus in nomine Dei in hiis ſcriptis auctoritate noſtra ordinaria nobis in hac Specialiter competente, addicientes et volentes, vt, ſi in poſterum Conſules prefate ciuitatis Templyn redditus priuſcriptos reemere Decreuerint, quod extunc Dictum argentum Brandenburgenſe ſemper apud ipſum altare pro comparandis perpetuis redditibus iugiter Debeat permanere, quam ſummam peccunie ſeu argentum Eciam Dicto altari preſentibus apponimus et applicamus, Inhibentes et interdicentes ſub pena anathematis et maledictionis eterne, ne poteſtas ſecularis ſeu quis alius, cuiuſcunque ſtatus, Dignitatis ſeu condicionis fuerit, ſe De dictis ſexaginta marcis argenti brandenburgenſis aut de redditibus emendis cum eiſdem aliquatenus intermittat contra voluntatem et conſenſum altariſte Dicti altaris (qui) pro tempore Canonice fuerit inſtitutus, ſicuti omnipotentis Dei et noſtram vitare voluerit vlcionem. Datum et actum ſtetyn, anno Domini Milleſimo CCC° ſexageſimo ſecundo, feria ſecunda infra Octauas Penthecoſtes, noſtro ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXX. Markgraf Ludwig d. R. vereignet dem Hoſpital in der Neuſtadt Prenzlau vier Hufen zu Schönwerder, am 27. Mai 1364.

Wye ludewig dye Romer, von godes gnaden marggraue to Brandenburg vnde zu luſis, deſz hilgen Romiſchen rikes auerſte camerer, paltzgraue Bie rine vnde hertog in beyern, Bekennen vnde betugen apenbar in deſſem iegenwerdigen breue, dath wie met vorbedachten mude vnde met vulbort vnſes getruwen Rades hebben gegeuen vnde geuen in deſſem iegenwerdigen Breue den egindum auer vir huuen, dye dar liggen in deme dorpe to Schonenwerder, dar etwenne vppe geſeten hadde Arnd Stulpenagel, vnde dar nu vp ſittet vppe twen huuen wolter kruſe, vnde vppe dhie anderen twen dar vpp ſittet Arnd gruwel, to deme hoſpitale, dat dar legt in der nigenſtadtd to prempzlow, So dat men dar aff ſal herbergen vnde ſpiſen arme pilgernn, dhie dat nemen willen dorch god, gode to eren vnde to laue vnde ſiner lieuen muder Sande marien vnde der werden Apoſtolen Sunte peters vnde Sand pawels, vnd vertigen vnnſz aller dinſte,

aller plicht vnde aller rechticheit vnde aller boſwerniſſe, alles gebodes vnde alles angeuelles vnde aller hopeninge, der wie dar aue wardende ſzint vnde weſen mogen, wie vnde vnnſer eruen vnde nokomelinge, vnde willen dye vorgnanten huuen vnde ſchalen bie alle erme egyn vnde friheit, dye vorgeſproken ſyn, behalden vnde laten in aller wiſz, alſe hir vorgeſproken iſt, vnde dar bie behalden vnde beſchermen, wie vnde vnſe eruen vnde nokomelinge, met alleme vlite, vnde bekennen des wol, dat vnns dye dinſt vorgudet is vnns tu genuge, dye dar vor vplach met andern guden in deme ſuluen dorpe to Schonenwerder, na rade vnſes wides her Zacharies haſen von kufſtein. Des to orkunde is vnſer Ingeſegel gehangen an deſſen breff, des ſynt getuge dye edel man friderick von lochen, herre to Boiſſemborg, Ock dye veſten manne Peter von Bredow, hans von Rochow, wedege von wedel, Ridder, vnde genuch ander erbar lude. Gegeuen to Euerſwalde, na godes gebord dritteynhundert Jar Im vir vnde Seſtigeſten Jare, des mandages na vnſes herren lichams dage.

Auſchultata et Collacionata eſt preſens copia per me Johannem Inclytum, brandenburgenſis dioceſis clericum, publicum apoſtolica et Imperiali auctoritatibus notarium. Et concordat cum ſuo vero originali de verbo ad verbum, quod proteſtor manu mea propria.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXI. Heinrich Etwad's, Domherrn zu Magdeburg, Erklärung über eine zu Prenzlau gemachte Memorienſtiftung, vom 16. September 1377.

Ich her hinrik etwad, domherre vnd kemerer des heyligen godishuſes tu magdeburch, bekenne myt diſſen iegenwardigen briue vor allen guden luden, dar hy vorkumpt, Allene ich vormals eyne ewige memorien in der parrekerken vnſer liuen vrouwen tu premzſlaw gemaket vnd eyne ewige mark brandeburgſchen ſuluergeldes ierliker rente dartu gekofft hebbe van tide ſcroder vnd heyne gotouwen, vorſtendern tu der tyd der vorgenanten vnſer vrouwen kerken, myt willen, gunſt vnd wlbort der ratmanne vnd der gemeynheyt der vorgenanten ſtad, vnd meynde dyſulue memorien van dem werdigen vader in gode, hern philippo, biſſcoppe tu Camyn, laten beſtedigen, doch ſo hebbe ich angeſyen des vorgenanten rades vnd der gemeynheyt truwe vnd eere ok vnd mangerleye fruntſcafft, dy ſy mi vnd minen frunden dorch minen willen bewiſet hebben vnd noch bewiſen mogen in tukomenden tiden, vnd wil nine beſtedinge van wertliken odir geyſtliken furſten ouer dy memorien in tukomenden tiden erweruen noch bidden, Sunder mi ſcal genugen an der ſtad briue, den ſy mi ouer dy memorien hebben gegeuen, na alle ſiner vtwiſinge, artiklen vnd puncten, vnd geloyue eren eeren vnd trouwen, dat mi vnd den armen ſylen, den ich dy gemaket vnd geſcaffet hebbe, eerliken werde geholden. Des tu orkunde hebbe ich min ingeſegel an diſſen briff gehenget, dy geuen is tu premzſlaw, na godis bort drutteynhundert in deme ſouen vnd ſouentigeſten iare, in deme negeſten middeweke vor ſunte mauricius dage vnd ſiner ſelſcafft der heyligen mertelere.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXII. Biſchof Philipp von Camin beſtätigt die Stiftung eines Marienaltares in der Nikolaikirche zu Prenzlau, am 21. Januar 1378.

In Nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Philippus, dei et Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Eccleſie Camynenſis, Ad perpetuam rei memoriam. Cura paſtoralis officii nobis commiſſi mentem noſtram ſollicitat, vt, vbi fidelium deuocionem circa diuini cultus augmentum verſari conſpicimus, ſollicite caueamus, Ne, quod piis deputatur vſibus, vſus redeat ad prophanos, quod tunc recte facere credimus, quando ea, que noſtre confirmacionis ordinarie indigent munimine, per litteras noſtras auctenticas ſtabilimus. Sane vidimus et audiuimus litteras Prouidorum et Diſcretorum virorum Thiderici Nechgelin et Johannis nechgelin, eiuſdem thiderici filii, Ciuium in Prymzlaw, Super inſtauracione et fundacione vnius noui altaris ſiue vicarie In honorem Omnipotentis dei Sueque glorioſe genitricis virginis Marie, necnon katherine, Barbare aliarumque virginum beatarum In Eccleſia ſancti Nicolai dicte Ciuitatis Prymzlaw de mero et libero conſenſu Domini Boldewini, Prepoſiti Sanctimonialium ibidem, Cum ſexaginta et duabis marcis argenti Brandenborgenſis ponderis et monete Ad huiuſmodi altaris ſiue vicarie dotacionem deputatis et aſſignatis Ac Juriſpatronatus ordinacione et reſeruacione Et quibusdam aliis articulis et clauſulis circa inſtaurationem et fundationem altaris ſiue vicarie memoratorum tenendis et obſeruandis confectas, non Raſas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas, Sed ſanas et integras omnique prorſus et ſuſpicionis vicio carentes, quarum tenor ſequitur in hec verba: In nomine domini amen. Nos Thidericus Nechgelin et Johannes Nechgelin, filius iam dicti thiderici, Ciues in Prymzlaw, per graciam dei ſani tam mentibus quam corporibus, Cogitantes de ſalute animarum noſtrarum et noſtrorum progenitorum, videlieet gherardi nechgelin et hannen vxoris eius felicis memorie, Ceterorumque carorum noſtrorum, Damus et aſſignamus de conſenſu vxorum noſtrarum et heredum pro augmento diuini cultus ſexaginta et duas marcas argenti Brandenborgenſis ponderis et monete ad fundandum vnum altare perpetuum cum aſſenſu prepoſiti Sanctimonialium in Eccleſia Beati Nicolai in dicta Prymzlaw, In honorem dei Omnipotentis et ſanctarum virginum, videlicet Sancte katherine, ſancte Barbare aliarumque virginum beatarum, Ita videlicet, quod Nos Thidericus et Johannes prius dicti Juſpatronatus prefati altaris optinebimus et Pueri noſtri vtriuſque ſexus de nobis de genere in genus legitime deſcendentes eiuſdem altaris Juſpatronatus eciam optinere debebunt, Conferentes ipſum, quando vacabit, pauperi Sacerdoti Beneficium non habenti. Quibus quidem Tandem deficientibus penitus et extinctis, Senior Capellanus, quicunque pro tempore fuerit ſeruiens in Eccleſia Beate virginis marie in dicta Prymzlaw, Jamdicti altaris Juſpatronatus in perpetuum optinebit et conferet ipſum tociens, quociens et quando vacabit Cum conſenſu Abbatiſſe et prepoſiti Sanctimonialium dictarum pauperiori Capellano inter ſingulos capellanos Eccleſiarum parrochialium in Prymzlaw, Adicientes, quod, ſi fuerint duo uel plures eque pauperes, extunc ipſe ſenior conferet illi, diucius qui in eiſdem Eccleſiis ſeu in aliqua earum fuerit, ſi aliud beneficium non habuerit. Eciam ſi habens hoc altare aliud acceptauerit, tunc ipſum vacare debebit et alteri, ut premiſſum eſt, conferatur. Eciam ſi habens idem altare ipſum per tres menſes continue per ſe non officiauerit uel officiari ſufficienter fecerit abſque Racionabili et legitima cauſa, tunc ipſum, vt prius, vacabit et conferatur. Ad confirmacionem premiſſorum omnium Sigillum mei, thiderici Nechgelin ſupradicti, in euidens teſtimonium preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum in Prymzlaw, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo Septuageſimo Octauo, Ipſo die Beate Priſce

virginis glorioſe. Preſentibus honorabilibus viris, Dominis Boldewino de ſuzemyn, prepoſito Sanctimonialium, Thiderico fabri, Arnoldo verwer, preſbiteris, Arnoldo Coci et Nicolao Braband, Ciuibus predicte Ciuitatis, et aliis quam pluribus fidedignis ad premiſſa requiſitis et vocatis. — Nos igitur prefatorum Thiderici et Johannis condictorum Nechgelin nobis humiliter ſupplicancium precibus condignis inclinati, premiſſi altaris ſiue vicarie inſtaurationem et fundationem eiuſque cum ſexaginta duabus marcis argenti Brandenborgenſis dotacionem, Juriſpatronatus ordinacionem et reſeruacionem altaris ſiue vicarie predictorum cum omnibus et ſingulis ſuis articulis et clauſulis licitis et honeſtis ſecundum modum et formam in hiis Scriptis contentam ratificamus et approbamus dictasque ſexaginta et duas marcas argenti Brandenborgenſis et earum Redditus iam comparatos uel comparandos in futurum deifice et honeſte In nomine domini preſentibus noſtris litteris confirmamus Saluo Jure Eccleſie parrochialis, in qua dictum altare ſiue vicaria contingerit collocari, Inhibentes ſub pena anathematis et maledictionis eterne, Ne poteſtas ſecularis ſeu quiuis alius, cuiuſcunque ſtatus uel condicionis fuerit, ſe de predictis ſexaginta et duabus marcis argenti Brandenborgenſis aut earum redditibus comparatis uel in futurum comparandis aliqualiter intermittat, Sed ipſius altaris ſiue vicarie altariſtam pro tempore Canonice inſtitutum eiſdem redditibus comparatis aut in futurum deifice, vt premittitur, comparandis libere et quiete vti et frui permittat, Sicuti Omnipotentis dei indignacionem et noſtram Canonicam euitare voluerit vltionem. Datum et Actum in Opido gaartze noſtre dyoceſis, Anno domini milleſimo Tricenteſimo Septuageſimo octauo, Ipſo die Beate Agnetis virginis, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo in euidens teſtimonium omnium premiſſorum.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXIII. Achim Schernekow, markgräflicher Richter im Uckerlande, bekundet die Verpfändung eines Leibgedinges in Blindow, am 6. Dezember 1378.

Wy Achym ſchernekow, eyn rychter in der vker des eddellen vorſten markgrauen zeghemundes van brandenburg, bekennen in vnſen openen bryue, dat vor vns is gheweſen inne ghehegheden dinghe henningh hoghenwarden wrowe vnde heft vorſattet al ere lyfghedinghe, dat zy heft ghehat in deme dorpe tu blingow van gulen weghene egharde mehmeker vnde ſyner wrowen margareten vnde ſyner eruen, isleke ſtucke vor ſes mark ſuluers, vnde dy ſettinghe dy ſcal vnſchedeleke ſyn mynem heren an ſyner rechthycheyt. Wolde hoghenwardes wrowe dat gut weder kopen, ſo ſcholde eghart oder ſyne wrunt alle dy renthe thu voren vpgheboret hebben vnde ſy ſcal darna thu den negheſten wynachten vor islek ſtucke ſes rede mark ſuluers gheuen vp eyne ſtunt; Dar ſynt iheghenwardich gheweſen clawes bouir ere bruder vnde henningh hoppe vnde ok vele mer vnſes heren man, dy thughes werdych ſynt. Deſſe bryf is ghegheuen tu Premzlaw, na godes bort drutteyn hundert iar in deme achthe vnde zouenthygheſten iare, in ſunte nycolaus daghe des helyghen biſſcoppes.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXIV. Die von Zabelsdorf in Prenzlau belehnen den Schulzen zu Weselitz, am 10. März 1383.

In godes namen Amen. Wy frentzo vnde lyuin, brodere, gheheiten tzabelſtorp, borgere tu premzlaw, bekennen openbar in deſme briue, dat wy hebben ghelegen vnde lien deme vorſichtighen manne hermanne ſomeruelt dat ſcultambacht tu weſelitz mit aller rechtigeit, dye dar tu horet, alzo he dat vor hefft ghehat van vnſme vader coppe tzabelſtorp, deme got gheneidich ſi, alzo eynen hof vnde viu huuen in deme ſuluen dorpe vnde vppe der veltmarke tu weſelitz ſunder ouerſte rychte, vnde bede penninghe vnde bede corne, eyn punt brandenborgeſch, vif honre vnde tegede vppe deme crughe, vnde vppe dat coſtengut, dat vaſtrad nu beſüt, twe ſcillinghe brandenborgeſch, tein honre vnde den tegeden van deme ſuluen coſtengude, vnde den drudden pennink des brokes allent, dat vor gherichte kump in deme richte. Dit vorbenomede gut loue wy tu liende ok ſinen rechten eruen, den wy dat van rechtes weghen lien ſcolen, wan des not wert, ſunder gift vnde ghaue, quit, vrii, ledich vnde loos, ane leenperd vnde ane argeliſt. Tu eyner bewiſinghe, dat wi dit willen ſtede vnde vaſt holden, ſo hebbe wy ffrentzo vnde liuin vorſcreuen vnſe ingeſegil mit witſcap hanghen laten an deſſen brif. Datum anno domini M° CCC° LXXXIII°, feria tercia ante feſtum palmarum, in teatro in dicta premſlaw, preſentibus diſcretis viris arnoldo mildernitze, hermanno ſuarte, hinrico vulradi et marco kint, preſbiteris, hintzone bitekow, henningho middenwolde, aliiſque multis fide dignis ad preſencia ſpecialiter vocatis.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXV. Rule Lyntſtede überläßt eine Mühle den Städten Prenzlau und Paſewalk, am 29. October 1422.

Vor allen den ghenen, de deſſen Brif ſehen, horen edder leſen, Bekenne ik Rule Lyndſtede, Her Moer Lyntſteden Sone, vor my vnde vor myne eruen, Dat ik med Willen vnde med wol bedachteden mude hebbe recht vnde reddelyken vorkoft vnde vorköpe med krafte deſſes Bryues tu eyme Ewighen ſteden kope myne mollenſtede tho Nydem by der Vker den Erwerdighen louelliken lüden Borghermeiſteren vnde Ratmannen der Stad Premptzelow, vppe der ghenanten Stad Premtzelow behuf, vnde Borghermeiſteren vnde Ratmannen der Stad Pozuwalk, vppe der ghenanden Stad Pozuwalk behuf, thu ſamende thu eyme ſamenden köpe, med water, weſen, med aller thubehöringhe und frucht vnde met aller rechticheit nicht vt tu nemende. Vnde ik ſchal vnde wil edder myne eruen deſülüe mölenſtede med alle erer tubehöringhe vorlathen vnde vryen den Borgermeiſtern vnde Rathmannen der ghenanten Steden vppe behuf derſüluen ſteden Premptzelow vnde Pozuwalk vor mynen Hern den Markgreuen edder vor ſyne ghewaldighen, de van ſyner weghen Leen thu lyende mechtich ſyn, wen ſe dat eſchende edder begherende

ſynt ſunder Wedderſprake vnde Vortoch. Ok ſchal ik edder myne eruen den Borgermeiſtern der ghenanten Steden vnde den Ratmannen derſülven mollenſtede myd aller erer tubehörynghe eyn gewiſz ghewere weſen vor alle de ihene, de thu rechte kamen vnde to rechte antwerden willen, vnde dat recht, eft it dar thu queme, wil ik vnde ſchal Edder myne eruen thu ende vtriden vppe myne edder myner eruen Köſte vnde therunghe vnde nicht vppe der Köſte und therunghe der genanten Steden. Hir vör hebben my deſſe Erwerdighen Lüde Otto Hoppe, Jacob Lützlow, Czabel Middenwold, Borgermeiſter thu Premptzelow to der tyd, med vulbord eres gantzen Rades, vp behuf der Stad Premptzelow, vnde Hans Griben, Henningh Witte vnde Arnd Grambow, Borgermeiſtere to Pozuwalk to der tyd, med Vulbord eres gantzen Rades vppe behuf der Stad Pozuwalk wil to danke vnde thu nüghe betalet vnde bereideht virhundert Mark guder Vinkenogen Penninghe, Der ik den ghenanten Steden Premptzelow vnde Pozuwalk vnde eren Vorweſeren qwyd, ledigh vnde los lathe aller maninghe vnde thuſprake med Orkunde deſſes Bryues. Vnde wy Jaspar, Lüdeke, Brudere, Lüdeke, wonaftich thu Brellyn, Clawes, Meynckens ſone, dar ſülues thu Brellyn wonaftich, vnde Hans, wonaftich tho Pozuwalk, Alle Lyntſteden gheheyten vnde alle Veddern des ghenanten Rulen, hebben med guden Willen ghevulbordighet vnde vulborden deſſen vörgheſcreuen Köp an allen ſynen Artikeln vnde Puncten alſe vorſcreuen ſteyd, vnde wy willen med vnſen Eruen dar jeghen nümmer dön edder wedderſpreken, Sunder ſtede vnde vaſte to holdende ſunder ihengherleye argheliſt. Alle deſſe vorgheſcreuen ſtücken vnde Articlen vnde eyn yheslik by ſik, laue ik vörſcreuen Rule Lyntſtede, eyn ſakeweldighe, med mynen eruen vnde med alle myne vorſcreuen Veddern, de ghenanten Stede Premptzelow vnde Pozuwalk vnde ere Vorweſern yn rechten truwen Stede vnde vaſte thu holdende, ſunder ihengerleye hülperede vnde Argheliſt. Des thu thüghe vnde to orkunde, ſo hebbe ik Rule Lyntſtede, eyn houetman deſſes kopes, vor my vnde vor myne eruen myn Ingeſegel vnde vorgheſcreuen Lyntſteden, alſe Jaspar vnde Lüdeke, Brudere, Lüdeke, wonaftich to Brellyn, Clawes, Meynekens Sone, darſülues wonaftich, vnde Hans, wonaftich to Pozuwalk, vor vns vnde vor vnſe eruen vnſe Ingeſegele vnde eyn Yslik by ſik med witſchap vnde med vulbord lathen hänghen an deſſen bryff. Deſſe koep is gheſcheen thu Pozuwalk in der Stad, na gades bord duſent iar virhundert Jare darna in deme twevndetwyntigeſten iare, des negeſten Donredaghes na Symonis et Jude der hilghen Apoſtole.

Seckts Geſchichte von Prenzlau II, 165.

CCCLXXVI. Entſcheidung der Magdeburger Schöppen über eine während der Pommerſchen Beſitznahme von Prenzlau gegen einen vertriebenen Bürger anhängig gemachte Rechtsſache, vom 13. März 1426.

Vnſen fruntliken, gud vnde willeghen dinſt. Erſamen leuen hern, buſunderghe gude günre vnde fordrere, vor vns in gherichte ſind gheweſen deſſe nagheſcreuen lude vude gheren rechtes.

Gi Erliken, Rechtferdighen hern Richter vnde ſchepen, Alſo ik paſchen ſcroder hebbe

dinkplightigh ghemaket hans Cunow, vnde hebbe am hir in gherichte vor iw erfliken buſchuldeghet mid tu claghen, wo dat de ſulfe Cunow rekkelken vnde redelken mi paſchen vorbunumet vorcoft heft eynne bude vmme eynne bunumede ſumman penninghe, up enkede buſcheiden erfdaghe erfliken tu butalende, vnde ik hebbe am dar up alrede XL marc vinkenoghen penninghe bureidet, des lauede mi Cunow, mi paſchen de bude tu vorlatende vor eyn frig gud, vor iuw hern richter vnde ſchepen, alſo alſe hir eyn recht vnde eynne olde gude wanheit is, des he doch mi alſo nicht gheholden heft in ſodaner tüd, alſo he id my lafede, des ik tu hinder vnde tu ſchaden ghekammen byn, alſo ik tu am wolde vnde tu ſinen gude vmme X bemeſche ſchok groſſen, vnde wert, dat Cunow dar neyn tu ſeghen wolde, ſo wil ik paſchen dat buwiſen mid ſekern bedderfen luden, alſo vele my tu myme rechte buhuf is, Des is Cuno vorbenumet nicht ghekamen vor gherichte, noch tu der irſten, noch tu der andern, noch tu der drudden, ok heft he dat nicht buſendebadet, alſo recht is, alleyne dat myn here otto hoppe, eyn ſchepe, alſo he ſat in der bank tu der drudden claghen, ſecde, wo Cunowes wif en hedde beten, tu ſegghende, dat Cunow nicht darfte tu prempflow kamen vor gherichte, id were dat em de fürſten dar tu wolden feilighen vnde leiden, ok ſecde otto, dat he eynnen fürſten dar vmme ſproken hadde, wen he wolde Cunowen nicht gheleiden, des lid ik paſchen mynen deghedinghes Man fragen vmme ordil vnde recht, ſünd den male dat ik paſchen nu myne drudde claghe dede, vnde Cuno nicht qweme tu der antwerde, uft ik paſchen nu icht ſchole vorvolghet hebben, alſo alſe ik vor in mynen claghen bunumet hebbe, vnde wat mi myn recht coſtede, des wart vor recht ghedeilet, ik ſcholde tu am vorvolghet hebben, id en were dat Cunow noch qweme vnde brechte rede, de am hulpelk mochten weſen, vnde des worden am ghedeilet dre daghe, auer in der tüd qwam Cunow noch nicht, vnde ſo blef id do ſtande bet in deme negheſten dinghe, vnde do led ik paſchen bidden iuw hern richter vnde ſchepen, dat gi my dar finden recht auer helpen wolden, des ghinghe gi hern mid mi van gherichtes weghen tu der ſtede des erfes, dat Cunowen is, vnde wolden my daran ghewaldighet vnde ghewiſet hebben, Man do qwam Cunow, vnde ſprak darſulfen enieghen, vnde ſecde, he hapede, dat he hulperede darieghen hadde, dat me my nicht ſcholde anwiſen an ſyn gud, vnde alleyne, dat ik myn recht alſus verne gheambachtet hadde, vnde hadde deme richte ghedan wes am borde, doch ſo buſcheidede gi hern vnſ beiden in dat negheſte heghede dink, ſo wolde gi horen Cunowes hulperede, des qweme wi an beiden deilen vor dat dink, vnde Cunow makede dar vele langher rede, vnde meynde, dat ſcholden ſyne hulperede ſyn, ſunder ik paſchen led darieghen vraghen vmme ordil vnde recht ſund der tüd, dat Cunow ſik ghetaghen hadde up hulperede, vnde he noch nyne redelke rede vorbracht hadde, de am van rechtes weghen mochten hulpelk weſen, uft ik paſchen van rechtes weghen icht ſcholde vervolghet hebbe, ſo ik vorbunumet hebbe, vnde do buſcheide gi hern vns darmede, dat en islik ſine ſake buſcreuen ſcholde bringhen in deme negheſten dinghe, vnde ſo is dit myne ſcrift vnde rechtigheit paſchen ſcroders ieghen hans Cunowen beide vake numet, vnde ik paſchen bidde vmme recht vnde gherechtes.

Gi leuen hern, ik hinrik Cunow bidde iw vmme deſſe ſake tu vorſcheiden tuſchen paſchen vnde my, alſo he my vor iuw dinkplightigh ghemaket heft in ſyner claghe, de he tu my gheſettet heft vnde bunumet, alſo he tu wolde vmme X bemeſche ſchock, wan god dat wet, dat ik am ny penningh ſchuldigh wart, des dede he in ſyme rechte twe fulkamen claghe tu my, Tu der drudden claghe qwam ik vor vnde wolde paſchen antwerden, alſo he tu my gheſettet hadde, don ſprak de richter vnde de ſchepen, dat ik eynnen dach mid am ſcholde holden, des was ik hin-

rik Cunow volghaftigh deme richter vnde den ſchepen vnde annamede den dach ieghen paſchen, wert ſake dat wi vns vmme de vorſcreuenen ſake nicht vorgan en konden, ſo ſcholde wi an beiden ſüden wedder kamen vor den richter vnde de ſchepen in dat heghede dink, alſo dat negheſt tu kamende was, des konde wi vns nicht vorgan in deme daghe, dat wi vor richter vnde ſchepen in dat heghede dink nicht kunden kamen, dat makede de Inval, gode id ſi gheclaghet, dat de ſtad ghewunnen wart, darmede ward dat recht ghedempet van der tüd an, dat de ſtad gewunnen ward bed na pingheſten, dat de richter mid den ſchepen nyn recht en hadden. In deme ward ik hinrik Cunow vordrifen van prempflow, alſo dat witlik is, vnde dat buwiſen mach mid mannigheme bedderfen Manne, In deme dat ik do van nodes weghen moſte buten weſen mynes lifes, vnde muchte tu prempflow nicht in. Na der tüd, alſo hir vor ſcreuen ſteid, do dede paſchen ſyne drudde claghe vor den vorgenanten richter vnde ſchepen, dar ik nicht muchte ieghenwerdighen weſen van lifes nod wegen, do mi dat witlik ward, do led ik leide werfen vor den gnedighen furſten, alſo vor hertoghe Caſemer, de der ſtad mechtigh was bouen den rad, des konde mi dat leide nicht wedderfaren mid den erwerdighen luden, alſo mit otto hoppen vnde mid arnd lucowen, de dat van myner weghen vor ſyne gnade worfen. In deme dede paſchen ſyne drudde claghe, vnde meynde de X ſchok up my tu vorvolghende, don lid ik myne nod in deſſer wiſe kundeghen, dat ik nicht tu der claghe nicht antwerden muchte, ſo vor ſcreuen ſteid, vnde wil des blifen bi rechte, uft nu de vorvolghinghe, de paſchen up my ghedan heft up de X ſchok, icht ſchole vnmechtigh weſen na den male, dat id mi deſſe nod bunamen heft, vnde meghe noch in myneme vullekamen antwerde ſtan, noch alſo do ik ieghen richter vnde ſchepen was in deme heghedinghe, alſo do ik antwerden wolde, edder wes hir eyn recht vmme ſy na meideborgſchen rechte vnde gherichtes.

Erſamen leuen hern, did enſteit vns vnde ſind des nicht ſynrik, des bidde wi iuwe erſamen wiſheit, deſſe ſake vorgeſcreuen na meideborgſchen rechte tu vorſcheidende. Gheſcreuen vnder vnſeme ſecrete, anno XXVI, tredecima die menſis Martii.

(Von anderer Hand): Hir upp Spreke wy Scheppen to Magdeborg eyn recht: Hefft paſchen ſchroder vpp hinrik Cunowen vnd ſin gut vmb dy X bemeſche ſchog vorderinge gedan vor richter vnd Scheppen bynnen der tiid, alze he vordreuen was vnd om neyn geleyde werden mochte, ſik vnd ſin gut to vorantwerden, dat ſchal om dorch recht nicht to ſchaden komen, Sunder he mach noch antwerden vnd paſchen rechtis plegen vmb dy X bemeſche ſchog, eddir wor he on eddir ſin gut vmb beclagen wil, von rechtiſwegen, vorſigilt mit vnſerm Ingeſigill.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXVII. Vereinigung der Stadt Prenzlau mit Stückgießern über den Guß einer Büchse, vom 26. Auguſt 1433.

In nomine domini Amen. Anno a Natiuitate eiuſdem Milleſimo Quadringenteſimo Triceſimo Tercio, Indictione vndecima, Die vero Mercurii Viceſima Sexta Menſis Auguſti, hora Nonarum uel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri, domini Eugenii, diuina prouidencia pape Quarti, Anno eius Tercio, In mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſencia perſonaliter conſtituti Venerabiles viri domini Otto hoppe, Johannes Angghermunde et hennynghus kyritze, proconſules, necnon Stentzke Stoybe, Clawes Clincow et alii domini Conſules opidi premptzlow, Caminenſis dioceſis ex vna, et quidam Johannes de lauedo ac Johannes pantzermeker, magiſtri in arte fundendi pixidum et conſimilium Inſtrumentorum bellicorum, iidem Johannes van lauedo et Johannes pantzermeker publice coram me Notario publico profitebantur, ſicut eciam et domini de Conſulatu met aſſeruerunt, qualiter cum prefatis dominis de conſulatu certum contractum ſuper fuſione vnius pixidis inierunt pro certa ſumma pecunie fundendi, ſic tamen, quod pixidem bonum et ſine aliqua diminucione et defectu ipſis dominis de Conſulatu tradere et aſſignare tenerentur. Quem tamen pixidem in fuſione deſtruxerunt, ſic quod contractus, ut premittitur, celebratus debitum non ſorciebatur nec ſortiri potuit effectum. Et tamen, ut apparuit, precium, ut pretendebatur per ipſos, pro huiuſmodi fuſione pixidis deſeruitum integre et totaliter ab ipſis dominis de Conſulatu poſtularunt. Qui quidem domini de Conſulatu reſponderunt: quod non, ſed quam cito contractus premiſſus ſuum debitum ſortiretur effectum ex ſuis ex partibus, tam cito eciam ipſi libenter vellent ſummulam pecunie pro precio promiſſam abſque defacalcacione, difficultate et contradictione ac eciam integre et totaliter exoluere ac ipſis magiſtris Johanne (ſic) de lauedo et Johanne pentzermeker libenti animo aſſignare. Et adiunxerunt iidem domini de Conſulatu, quod funderent ſecundario et alterata vice pixidem ipſum videlicet, vt premittitur, in fuſione deſtructum et incompletum, ſic quod compleretur et idem pixis perficeretur, ſub tamen propriis eorum expenſis; Extunc ab inſtanti fuſione huiuſmodi peracta et diminucione (ſic) pixidis completa et ſua perfectione cognita vellent, ut premittitur, eandem ſummulam pecunie promiſſam perſoluere totaliter et ad effectum modo et forma premiſſis, Iſta tamen condicione annexa, quod pixidem ipſum in quantitate eadem et maioritate cum pixide iam fuſo obſeruarent. Ipſi vero Johannes de lauedo et Johannes pentzermeker hoc minime facere ſe dixerunt poſſe, nec valere hoc adimplere propter dampnum, qui exinde ipſis inferretur, quoniam aſſeruerunt, pixidem ipſum in ſecundaria fuſione oportere neceſſario diminui, niſi plus de materia pixidis apponeretur, quam tamen appoſicionem ad ſe ſpectare omnino recuſabant. Quo audito dominus Johannes Angghermunde, proconſul prefatus, ex parte conſulatus predicti reſpondit, quod, ita ut premittitur per conſulatum, pixidem de nouo fundere in eadem quantitate inciperent et ante complecionem huiuſmodi fuſionis ipſi domini de Conſulatu vellent ſub propriis eorum expenſis ambarum huiuſmodi, videlicet dominorum de Conſulatu ex vna et ipſorum Johannis et Johannis partibus ex altera, cauſas et ſpecialiter articulum de materie ulteriori pixidis appoſicione Venerabilibus et Circumſpectis viris dominis Proconſulibus et Conſulibus Ciuitatis Magdeburgenſis fideliter inſcriptas repreſentare, ſic quod de huiuſmodi cauſe meritis agnoſcerent, et quid illi dictarent racionis eſſe et iuris, ad quam videlicet harum parcium appoſicio materie ulterioris ad pixidem fundendum ſpectaret, quod pars

illa appoſicionem ipſius materie neceſſarie procuraret. Quod iterum ſe facere minime valere Johannes de lauedo et Johannes pentzermeker predicti aſſeruerunt, Sed ſe velle ſtare dictamini domini Johannis, de dei gracia Comitis Brandemburgenſis etc., proprii dicti Conſulatus domini, aſſeruerunt et allegarunt. Quod poſtquam dicti domini de Conſulatu interlocucione preuia acceptarunt et hoc idem ita tenere promiſerunt, pars altera, Johannes videlicet et Johannes, ſe neque hoc adimplere poſſe replicarunt, Ita proprium eorum dictum reuocando. Tandem tamen et ultimo prefatus Johannes de lauedo dixit, quod pecuniam per eos perceptam in recompenſam ſui laboris defalcare vellet, ſic quod ambe partes quite, libere et ſolute ab obligacione mutua et impeticione eſſent et permanerent, Ita quod dicti domini de Conſulatu prefatos Johannem de lauedo et Johannem pentzermeker pro irritacione contractus prioris initi impetere aut in aliquo moleſtare non deberent, ſic pariformiter nec ipſi pro ſummule pecunie promiſſione nunquam dominos de Conſulatu monere, impetere aut aliquatenus impedire preſumerent aut inquietare. Quod iterum domini de Conſulatu gratanter acceptarunt, approbarunt et emologerunt, nec ſe contra illud dictamen proprium quouiſmodo ire allegarunt. De et ſuper quibus omnibus et ſingulis prefati domini de Conſulatu me Notarium publicum infraſcriptum requiſiuerunt, quatenus ipſis ſuper premiſſis vnum aut plura publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta ſunt hec in Theatro opidi premptzlow dicte Caminenſis dioceſis, Sub Anno, Indictione, die, menſe, hora et pontificatu, quibus ſupra, Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis ffranciſco Meclmeker et ludolpho Meclmeker, clerico et laico fratribus dicte Caminenſis dioceſis, et pluribus aliis fidedignis Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis.

Et ego Johannes kuwetze, clericus Caminenſis dioceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, Quia premiſſis omnibus et ſingulis, dum ſic, vt premittitur, agerentur et fierent, vna cum prenominatis teſtibus preſens interfui, Eaque ſic fieri vidi et audiui, Ideo hoc preſens publicum Inſtrumentum manu propria conſcriptum exinde confeci, publicaui et in hanc publicam formam redegi, Quam ſigno et nomine meis ſolitis et conſuetis ſignaui, Rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXVIII. Die von Greiffenberg bekunden eine dem Prieſter Nikolaus Möller zu Prenzlau verſicherte Schuld, am 6. November 1435.

Vor allen criſten bedderuen luden, dy deſſen bryff ſyen edder horen leſen, Bekenne ik hans van grifenberghe, olde Reyboldes van grifenberges ſone, vor my vnde myne brodere vnde vor mynen rechten eruen, dat myn lyue frund Otto hoppe, borghermeyſter der ſtad Prempflow, vmme myner ſchult wille hefft tynſplichtich gemaket ſyne wanunghe, hoff vnde hus, dar hy ynne wanet tho prempflow, vnde hefft dar vp ſcriuen laten XXIX mark ſuluers, dar he aue geuen ſchal vnde mud alle Jar VI brandenburgiſch punt pennighe deme erliken priſtere her Nicolao molner vnde ſynen nakomelinghe ſodaner wyſe, alſo dat in der ſchepen buk

ſcreuen ſteyd. Deſſen tynſs vnde borde laue ik hans vorbenomet med mynen eruen vnde med mynen borghen vttugheuende deme priſtere Nicolao yn rechten tyden, dat dar Otto edder ſyne eruen dar vmme nicht ſcholen maned werden, vnde laue vnde wil den houedſtul vnde renthe wedder af kopen van deme gnante haue vnde huſe ynnenwendich eyne Jare, vnde were, dat ik des nicht dede, wes ſchade dar Otto edder ſyne eruen dar vmme nemen tu criſten edder tho Joden, des wil ik em benemen vullenkamelik ſunder hulperede. Hir hebben vorghelauet dy duchtigen lude, myne veddere, alſo Reybold, wanaftich tu grifenberghe, Arend, wanaftich thu Polczene, vnde Bertram, wanaftich thu Angermunde, alle gheheyten van grifenberghe, med eyner ſameden hant alſtede vnde vaſte tho holdende, alſo vorgeſcreuen ſteyd, eyn iſlyk ſtukke by ſyk, ſunder hulpeword. Vnde des to thuge hebbe wy vnſer aller Ingeſegel med witſchap laten hangen an deſſen apenbriff, Dy geſcreuen vnde vorſegeld is na gades bord duſent Jar virhundert Jar in deme vyf vnde druchtigeſten Jare, des ſondages vor ſunthe Martens, des hilgen biſſchoppes.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXIX. Die von Holzendorf verkaufen an einen Bürger zu Prenzlau Hebungen aus Guſtow, am 4. Dezember 1437.

Vor allen criſten luden, de deſſen bryf ſen edder horen leſen, ſo bekenne wy lyppelt vnn rykbrecht, brudere, gheheten van holtzendorp, wonaftych to verkitz, vnn vnſe rechten erfen, dat wy myt guden wolbedachten mude, myt fryghen wyllen vnn myt guder eyndracht nach rade vnſes bruders vnde vnſer vrunt hebben vorkoft redelken vnn reklyken den erebaren manne Jacop druſedouwe, eynen borger to prentzelow, vnn ſynen rechten erfen, dat ſy vrouwe, Juncfrouwe edder man, VIII brandenborgeſſche punt geldes Jerlyke rentte, dar eyn bedderman den anderen wol to danke vnn to der nughe mede bereyden mach, vp eynen hof vnn vyr hufen, de dar lygghen ymme dorpe to guſtow negheſt prentzelow vnn vp der veltmarkede, vppe den hof vnn hufen, dar nu vppe want Juryghen bade, de ſchulte, alſe we deſſen vorſcrieuen hof vnn hufen beſyttet, de ſchal vt gheuen alle Jar Jacop druſedouwen edder ſynen rechten erfen, dat ſy vrouwe, Juncfrouwe edder man, VIII brandeborgeſſche punt guder muntte vppe ſuntte mertens dach. Hiir vor ſo heft vns Jacop druſedow ergenant gegheuen to der nughe veſtych rynſſche gulden vnn vyf ſchok berlynſſches gheldes, vnn werz, dat wy lyppelt edder rycbrecht, brudere, gheheten de van holtzendorp ergenant edder vnſe rechten erfen dyt vorbenumede gut welden wedder kopen van Jacob druſedow edder van ſynen rechten erfen, ſo ſchole wy lyppelt vnn rykbrecht ergenant edder vnſe rechten erfen to ſegghen Jacop druſedow edder ſynen rechten erfen eyn verrendel Jares to vorne vor ſuntte mertens dach vnn geuen im denne wedder deſſe vorbenomede veſtych rynſſche gulden vnn vyf ſchok berlynſſches gheldes vnn VIII brandenborgeſſche punt an eyneme ſummen vppe den enkeden ſuntte mertens dach guder muntte, alſe denne to prentzelow edder in deme vkerlande ghenghe vnn geue is, des wyl wy lyppelt

vnde rykbrecht, brudere erghenant, edder vnſe rechten erfen Jacop druſedouwen edder ſynen rechten, dat ſy vrouwe, Juncfrouwe edder man, des vorſcreuen gudes eyne were weſen vor alle den Jhenen, dede vor recht komen wyllen, alſe vake, alſe em des not vnn behuf is, vnn werz, dat deſſe bereydynghe nycht enne ſcheghe vppe deſſen vorſcreuen ſuntte mertens dach, vnn welken ſchaden Jacop druſedow edder ſynen rechten erfen dar vmme dun to kryſten edder to Joden vppe kyſten pande, den ſchaden wyl wy lyppelt vnn rykbrecht, brudere geheten van holtzendorp ergenant, edder vnſe rechten erfen benemen lyke deme houetſtule ſunder Jennighegherleyghe arghelyſt edder hulperede edder ſunder recht ghandes gheyſlikes edder werlykes, de deſſen bryf hynderen edder ſchaden mach, vnn eft hiir wes verſumet were an dychtende edder an ſcryuende, dat ſchal vns lyppelt edder rykbrecht, brudere erghenant, edder vnſe rechte erfen met nychte to hulpe komen, ok ſo ſcholen vnſe bure, de vnder vns beſeten ſynt to guſtow tenden den dam, helpen halen des Jares Jacop druſedouwen edder ſynen rechten erfen eyn fuder holtes vtme ſtude to ſwanepul. Hiir an vnn auer ſynt gheweſen deſſe erebaren lude, alſe clawes meynyke, wylke ſtubbe, clawes ſtargharde, Jaſpar grunow vnn clawes ſchutte vnn vele mer bedderfer lude, dede louen vnde eren werdych ſynt. To merer bekanntnyſſe vnn to grotteren tughe ſo hebbe wy lyppelt, rykbrecht ſakweldigen vnn frederyk, brudre, geheten de van holtzendorp, myt wyllen vnn myt wytſchop vnn myt beradene mude vnſer aller Ingheſeghel laten hengen benedden an deſſen apenen bryf, de gegeuen vnn geſcreuen is to prentzelow, na godes bort XIIII^{c} Jar, darna in deme XXXVII Jare, in ſuntte barbaren daghe der hylghen Juncfrouwen.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXX. Otto Berlin, päpſtlicher Richter, entbindet die auf Eggert Schröder's Veranlaſſung mit der Excommunication belegten Bürger Prenzlau's von dieſer Strafe, am 13. Mai 1446.

Otto Berlyn, Decanus eccleſie ſancti Andree Verdenſis, Domini noſtri pape Cubicularius in Romana curia reſidens, Judex et Commiſſarius cauſarum cauſeque et cauſis ac partibus infraſcriptis ad infraſcripta negocia ab eodem domino noſtro papa ſpecialiter Deputatus, Vniuerſis et ſingulis dominis Abbatibus, Prioribus, prepoſitis, decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, cantoribus, Theſaurariis cuſtodibus, Sacriſtis cuſtodibus, canonicis, tam cathedralium quam collegiatarum parrochialiumque eccleſiarum Rectoribus ſeu locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, Capellanis, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, Altariſtis ceteriſque preſbiteris, clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuſcumque per ciuitatem et dioceſim Caminenſem ac alias vbilibet conſtitutis et eorum cuilibet in ſolidum, ad quem vel ad quos preſentes noſtre littere peruenerint, Salutem in domino et mandatis noſtris huiuſmodi ymmouerius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nuper Sanctiſſimus in Criſto pater et dominus noſter, dominus Eugenius, diuina prouidencia papa Quartus, quandam commiſſionis ſiue ſupplicacionis cedulam nobis per certum ſuum curſorem preſentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerencia recepimus, huiuſmodi ſub tenore: Dignetur

Sanctitas veſtra de expreſſo parcium conſenſu Venerabili et circumſpecto viro domino Ottoni Berlyn, Decano eccleſie ſancti Andree Verdenſis in Romana curia reſidenti, committere et mandare, Quatenus deuotos viros Johannem Angermunde, Nicolaum Koppen, Stenczeken Stoyben, conradum Goricz, conſules, Nicolaum cordes, luderum in den hakenboden, et luderum prenominati luderi filium, ac Thomam Cabucz, opidanos opidi prentzlow caminenſis dioceſis, ab excommunicacionis Sentencia in eos per Reuerendum patrem dominum petrum Martini de caueiſrubris, veſtri ſacri palacii apoſtolici cauſarum Auditorem, ob non Reſponſionem libelli in quadam cauſa coram eo pendente inter deuotum virum Eggardum Scroder, eciam laicum dicte dioceſis, ex vna et prefatos Johannem Angermunde, Nicolaum koppen, Stenczeken Stoyben, Conradum Goricz, Nicolaum Cordes, luderum in den hakeboden et luderum prenominati luderi filium ac Thomam Cabucz de et ſuper nonnullis bonis mobilibus et immobilibus rebuſque aliis in actis cauſe deſignatis et eorum occaſione partibus ex altera, pro parte dicti Eggardi data (ſic) et oblati lata et promulgata ſimpliciter vel ad cauthelam, ſi et quatenus indigeant abſoluat Ipſoſque communioni fidelium ac ſacramentorum eccleſiaſticorum participacioni atque ſancte matris eccleſie vnitati reſtituat de dicti Eggardi expreſſo conſenſu, In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. In fine vero dicte commiſſionis ſiue ſupplicacionis cedule ſcripta erant de alterius manus littera ſuperiori littere ipſius cedule penitus et omnino diſſimili et diuerſa hec verba, videlicet: De mandato domini noſtri pape Abſoluat eciam ad cautelam Idem Decanus De conſenſu parcium, vt petitur. Poſt cuiuſquidem commiſſionis ſiue ſupplicacionis cedule preſentacionem et recepcionem nobis et per nos ſic vt premittitur factam conſtitutus coram nobis Diſcretus vir Matheus vos, clericus caminenſis dioceſis, honeſtorum virorum Johannis Angermunde, Nicolai Koppen, Stenczeken Stoyben, conradi Goricz, conſulum, Nicolai cordes, luderi in den hakenboden et luderi prenominati luderi filii ac Thome cabucz, Opidanorum Opidi prentzlow caminenſis dioceſis predicti, procurator aſſertus et nomine procuratorio eorundem, in honeſti viri Eggardi Scroder principaliter in dicta nobis facta et preſentata commiſſione principaliter nominati ad infraſcripta expreſſe conſencientis preſencia, ſe in perſonam dictorum Johannis Angermunde, Nicolai koppen, Stenczeken Stoyben, Conradi Goricz, Conſulum, Nicolai Cordes, luderi in den hakenboden et luderi prenominati luderi filii ac Thome Cabucz, opidanorum, principalium ſuorum Ac ipſos principales et eorum quemlibet in perſonam ſui ab excommunicacionis Sentencia in eos per Reuerendum patrem dominum petrum Martini de caueiſrubris, ſacri palacii apoſtolici cauſarum Auditorem, ob non reſponſionem libelli in quadam cauſa coram eo pendente inter dictos Eggardum Scroder ex vna et prenominatos Johannem et alios prenominatos de et ſuper nonnullis bonis mobilibus et immobilibus rebuſque aliis in actis eiuſdem cauſe deſignatis et eorum occaſione partibus ex altera pro parte eiuſdem Eggardi dati et oblati lata et promulgata iuxta vim, formam et tenorem commiſſionis prenarrate Abſolui ac communioni fidelium participacionique ſacramentorum eccleſiaſticorum et ſancti matris vnitati reſtitui per nos inſtanter poſtulauit, Offerens ſe nichilominus nomine predicto paratum, jurare de ſtando juri et parendo ſancte matris eccleſie atque noſtris mandatis. Nos igitur Otto, Decanus et Cubicularius prefatus, Attendentes, poſtulacionem huiuſmodi fore iuſtam et conſonam racioni, quodque ſancta mater eccleſia nemini claudit gremium veniam poſtulanti, Recepto tamen primitus ab eodem Matheo vos, procuratore aſſerto nomine quo ſupra, ad mandatum noſtrum et in noſtris manibus tactis ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta dei euangelia corporaliter preſtito juramento de ſtando juri et parendo ſancte matris eccleſie ac noſtris mandatis, jniuncta ſibi pro modo culpe penitencia ſalutari, prefatum Matheum vos, procuratorem nomine procuratorio quo ſu-

pra, coram nobis conſtitutum et id humiliter flexis genibus petentem in perſonam dictorum Johannis Angermunde, Nicolai koppen, Stenczeken Stoyben, conradi Goricz, Nicolai cordes, luderi in den hakenboden et luderi eiusdem luderi filii ac Thome Cabucz, principalium ſuorum, ac ipſos Johannem et alios iam prenominatos principales ſuos et eorum quemlibet in perſonam dicti mathei procuratoris a dicta excommunicacionis Sentencia in eos predicta occaſione quomodolibet lata in ſupradicti Eggardi Scroder ex aduerſo principalis expreſſe ad hoc conſencientis preſencia Abſoluimus et communioni fidelium et participacioni ſacramentorum eccleſiaſticorum ac ſancte matris eccleſie vnitati reſtituimus et reintegrauimus, prout Abſoluimus, reſtituimus et Reintegramus per preſentes. Que omnia et ſingula vobis vniuerſis et ſingulis ſupradictis jntimamus, Inſinuamus et notificamus ac ad veſtram et cuiuslibet veſtrum noticiam deducimus et deduci volumus per preſentes, voſque et veſtrum quemlibet requirimus et monemus primo, ſecundo, tercio et peremptorie vobis nichilominus in virtute ſancte obediencie et ſub excommunicacionis pena, quam in vos et veſtrum quemlibet, terna tamen dierum canonica monicione premiſſa, ferimus in hiis ſcriptis, ſi ea, que vobis in hac parte committimus et mandamus, neglexeritis, diſtuleritis ſeu contempſeritis contumaciter adimplere, diſtricte precipiendo mandantes: Quatenus ſingulis diebus dominicis et feſtiuis in veſtris eccleſiis, monaſteriis et capellis infra miſſarum et aliarum horarum diuinarum ſolempnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit aut alias congregata fuerit, vbi, quando et quociens pro parte dictorum Johannis Angermunde, Nicolai koppen, Stenczeken Stoyben, conradi Goricz, Nicolai cordes, luderi in den hakenboden et luderi prenominati luderi filii ac Thome cabucz principalium vel alicuius eorundem vigore preſencium fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, Ita tamen, quod in hiis exequendis vnus veſtrum alterum non expectet nec vnus pro alio ſe excuſet, eoſdem Johannem, Nicolaum, Stenczeken, conradum, Nicolaum cordes, luderum patrem et luderum filium ac Thomam principales palam et publice alta et intelligibili voce abſolutos et quemlibet eorum abſolutum a predicta excommunicacionis Sentencia et ab aliis publice nunciari faciatis. Quos nos eciam tenore preſencium abſolutos ſic nunciamus et quemlibet eorum abſolutum a Sentencia excommunicacionis antedicta. Abſolucionem vero omnium et ſingulorum, qui prefatam noſtram excommunicacionis incurrerint ſiue incurrerit quoquo modo, nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes litteras ſeu preſens publicum jnſtrumentum huiuſmodi noſtram Abſolucionem in ſe continentes ſiue continens exinde fieri et per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi et publicari mandauimus, Sigillique Reuerendi patris domini Baptiſte de Roma, Electi camerinenſis, locum vnius ex ſacri palacii apoſtolici cauſarum Auditoribus tenentis, fecimus appenſione communiri. Datum et actum Rome in palatio apoſtolico apud Sanctum petrum, De mane hora audiencie cauſarum, Sub Anno a Natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, jndictione Nona, Die vero Veneris Terciadecima menſis maii, Pontificatus prefati domini noſtri domini Eugenii pape Quarti Anno Sextodecimo, Preſentibus ibidem honorabilibus viris domino Johanne Eggardi, canonico lubicenſi, Henrico Soneken et Nicolao Grawerock, clericis Raſcburgenſis et Verdenſis dioceſis, Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis.

Et ego Nicolaus Bruckman, clericus Caminenſis dioceſis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius, Quia premiſſis omnibus et ſingulis, dum ſic ut premittitur agerentur et fierent, vna cum prenominatis teſtibus preſens fui, Eaque ſic fieri vidi et audiui, Ideo preſens publicum Inſtrumentum per alium fidelem ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicaui et in hanc publicam formam redegi, Quod ſigno et nomine meis ſolitis et conſuetis vna cum Reuerendi patris domini Baptiſte

de Roma, Electi Camerinenſis, ſigilli Impenſione ſignaui, In fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum requiſitus et rogatus.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXXI. Die Stadt Prenzlau erneuet und erweitert die Stiftung des Kreuzaltares in der Jakobikirche, am 14. Februar 1460, mit biſchöflichen Beſtätigungen vom 8. Mai 1460 und 9. Juni 1505.

In nomine domini Amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, cum temporis fluxibilitate in obliuionem eueniunt, niſi ſcripture teſtimonio recipiunt firmitatem, Hinc eſt, Quod nos proconſules et conſules opidi premſzlaw, piorum hominum et predeceſſorum noſtrorum pia geſta augmentanda, ne noſtrorum memoria cum ſonitu pereat, ad poſterorum eciam cupientes memoriam reuocare, Altare enim ſancte crucis conſtructum in Eccleſia parrochiali ſancti Jacobi opidi premſzlaw, Caminenſis dyoceſis, dudum per illuſtrem principem ac dominum, dominum ludewicum, Brandeburgenſem et luſacie marchionem, Comitem palentinum reni, ducem bauarie, Sacrique romani Imperii archicamerarium, ad inſtanciam diſcretorum virorum Hinrici, Johannis, fratrum, Bertoldi et nicolai, fratrum, patruis, condicti de Juteritcz, ciuibus premſzlawienſibus (ſic), ob eorum ſalutem ac progenitorum erectum, fundatum et dotatum, Cuius Juſpatronatus de iure ad nos deuolutum, redditibus ampliare ſeu verius de nouo dotare Attendentes in eum, qui ſtabilem manſionem dat in celis, Ad omnipotentis dei ſueque intemerate genitricis virginis marie laudem et honorem dictorumque fundatorum necnon predeceſſorum noſtrorum pro preſenti proconſulum et conſulum opidi premſzlaw animarum ſalutem Ad nouam dotacionem dicti altaris pia liberalitate ac deuota largitate tradimus et donamus duo Tollenta Brandeburgenſium denariorum in villa noſtra Blingow de redditibus ciuitatis applicanda ad redditus priores ad dictum altare per nominatos de Juteritcz alias applicatos, videlicet ad decem choros annone, Quinque videlicet ſiliginis et quinque braſii ordeacei in molendinis opidi premſzlaw intra et extra muros annue deriuacionis in quartalibus anni terminis conſwetis et debitis ſine impedimento et contradiccione curiuacionis in quartalibus anni terminis conſwetis et debitis ſine impedimento et contradiccione curiuſlibet percipiendos, Ita quod omnes redditus dicti altaris prout nunc faciunt duo tallenta Brandeburgenſia et decem choros frumenti ſupradicti, Ad quod quidem altare duo perpetui viccarii ad preſentacionem duorum conſulum ciuitatis predicte locum conſulatus illo anno, cum vacauerint, tenentes, prout in litteris fundacionis prioris exiſtitit reſeruatum pro duobus actu preſbiteris cum Juriſpatronatus reſeruacione, Sic quodammodo preſententur altariſte et preſbiteri honeſti et deuoti in opido premſzlaw degentes et reſidenciam ſemper habentes, Qui formam officiandi huiuſmodi altaris ita ſeruabunt, Quod omnibus diebus dominicis et feſtis et eciam ſingulis feriis alternatis vicibus ſeu vnus per vnam ſeptimanam alter per alium dicant miſſas ſecundum deuociones eorum uel ſecundum curſum temporis, niſi plebanus uel vicem eius gerens miſſam depoſcerit congruentem, Statuentes eciam dicti proconſules et conſules, Quod poſt inſtitucionem dictorum viccariorum preſbiterorum primus primo, Secundus ſecundo et ſic deinceps alternatis annis fideliter colligant fructus

altaris ſupradicti ſub expenſis et dampno vtrorumque, Et colligens ſuo conuiccario porrigat fructuum medietatem, Quod ſi redditus premiſſi, quod deus auertat, diminuerentur uel forte augerentur, tunc quilibet eorum in diminutis deperit et in augmentis accreſcat. Supplicantes igitur paternitatem veſtram, quatenus intuitu omnipotentis dei et ipſius genitricis virginis glorioſe necnon noſtri famulatus ob reſpectum dignemini premiſſos decem choros, ut ſupra expreſſum eſt, cum duobus talentis vna cum iurepatronatus reſeruacione iuxta vim, formam et tenorem prioris confirmacionis ſeparare ac diuidere ad duo beneficia circa idem corpus iam erectum et fundatum denuo confirmare ac auctoritate veſtra ordinaria ratificare, Et alia, que circa premiſſa fuerint neceſſaria et oportuna, Premium inconſumptibile ab altiſſimo recepturus. Datum premſzlaw, Anno incarnacionis domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, menſis ffebruarii die XIIII.

In Nomine Domini Amen. Nouerint Vniuerſi et ſinguli hoc preſens publicum tranſſumptum Inſpecturi, Quod Nos Martinus, Dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Caminenſis, Habuimus, Vidimus et Diligenter Inſpeximus litteras Confirmationis bone Memorie Henninghi, noſtri predeceſſoris, fundationi preſentium annexas eiuſque Secreto In preſſula pergameni appendente ſignatas et Sigillatas, in nulla ſui parte viciatas ſiue cancellatas aut ſuſpectas, quominus dicti pargameni preſſula verminibus et non alias, prout euidenter apparuit, corroſa et aliqualiter adnichilata exiſtebat, Nobis pro parte prouidorum proconſulum et Conſulum opidi prenſlow noſtre dioceſis preſentatas, Cuius tenor ſequitur et eſt talis: Henninghus, Dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Caminenſis, Vniuerſe fidelium Nationi Vitam In Criſto conſequi ſempiternam. Paſtoralis noſtri officii tunc exequitur debitum, cum ea, que auctoritatis noſtre ordinarie munimine Indigent, litteris auctenticis ſtabiliuntur, Hinc eſt, quod ſupplicationes Honorabilium virorum proconſulum et Conſulum opidi premſzlow noſtre dioceſis in litteris, quibus preſentes noſtre littere ſunt adnexe, nominatorum ex radice caritatis tam dei quam proximi procedentes Nolentes fruſtrari effectu, ſed potius diuini cultus ampliationem, reddituum duorum tallentorum brandenborgenſium traditionem et aſſignationem, apropriationem, Diſpoſitionem, Juriſpatronatus reſeruationem, ſeparationem et diuiſionem omniaque alia et ſingula in litteris, quibus preſentes noſtre littere ſunt annexe, contenta ſub ſingulis clauſulis et articulis earundem approbando ratificamus et ratificando approbamus et confirmamus dei nomine In hiis ſcriptis, Inhibentes nichilominus omnibus et ſingulis criſtifidelibus, cuiuſcunque Status, gradus aut conditionis exiſtant, premiſſa ſeu ipſorum aliquid Infringere aut eis auſu temerario contraire minime ſeu ad vſus prophanos reducere aut quouiſmodo Impedire audeant ſeu preſumant ſub anathematis et Maledictionis eterne penis et ſicuti preter has penas Indignationem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ac noſtram canonicam Vltionem Voluerint euitare. Datum Corlin, Anno Domini MCDLX, Menſis Maii die Octaua, noſtro Sub Secreto preſentibus appenſo. — Quarum quidem litteram confirmationum, ut premittitur, preinſertarum ffuimus pro parte predictorum proconſulum et Conſulum Humiliter ſupplicati, quatenus preinſertam Confirmationem fundationi adnexam propter Huiuſmodi Defectum preſſule, ut premittitur, vermibus corroſe etiam auctoritate noſtra ordinaria approbare, ratificare Secretumque noſtrum interponere Dignaremur, Nos vero Martinus Epiſcopus prefatus, attendentes petitionem et requiſitionem huiuſmodi fore Juſtam et Rationi conſonam, Volenteſque Rem ſemel Deo Dicatam ad vſus prophanos minime deferre deberi, Quare dictam noſtri predeceſſoris Confirmationem per Nos Diligenter Maſticatam auctoritate noſtra ordinaria ratificando approbamus et approbando ratificamus Dei nomine per preſentes, Decernentes et Volentes Huic noſtro tranſſumpto ac noſtris litteris preſentibus annexis In Judicio et extra Judicium eciam coram quibuſcunque Judici-

bus plenaria fides adhibeatur, Quibus omnibus et ſingulis auctoritatem noſtram ordinariam et Decretum Interpoſuimus prout Interponimus noſtrique Secreti Juſſimus et fecimus appenſione Communiri. Datum Stettin, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinto, Die Nona Menſis Junii.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXXII. Der Rath zu Prenzlau ſtiftet eine Erweiterung des Mariendienſtes bei der Pfarrkirche, am 7. April, unter biſchöflicher Beſtätigung vom 8. Mai 1460.

In nomine domini Amen. Quoniam nulli dubium, quin totum ad gloriam laudis dei pertineat, quidquid dingne ſue genitrici fuerit inpenſum, Hinc eſt, Quod nos coram vobis Reuerendo in Criſte patre et domino, Domino henningho, Eccleſie Caminenſis Epiſcopo, aut veſtro in ſpiritualibus vicario Nos proconſules et conſules opidi premſzlaw veſtre dyoceſis lucide recognoſcendo proteſtamur, Quod ad honorem omnipotentis dei ſueque genitricis virginis marie glorioſe, Ob ſalutem quoque animarum noſtrarum, predeceſſorum et ſubſequencium noſtrorum pro augmento diuini cultus horas beate virginis in capella Eccleſie parrochialis beate marie in premſzlaw de conſenſu rectoris eccleſie per quatuor preſbiteros dietim de venerabili aſſumpcione virginis glorioſe decantandas pie erigere ac de nouo fundare decreuimus, Volentes, quod omnibus diebus, tam feſtis quam feriis, ſtatim poſt compulſum matutinarum hore iſte ad laudem marie virginis incipiuntur et ſub matutinali officio ante ſermonem per laudabilem modum cantande non nimis agitanter ſecundum decenciam et congruenciam eccleſie hore horis continuantur, Dominico eciam die in ſecundis veſperis poſt veſperas et completionem beate virginis vigilie defunctorum per dictos quatuor preſbiteros in refrigerium omnium fidelium defunctorum ſolemniter decantantur, De mane vero feria II. ſequenti poſt continuacionem horarum beate virginis vnus preſbiterorum de illis, quem ordo tangit, cum vno ſibi coadiuuante miſſam pro defunctis cantando celebrabit, Sabatinis vero diebus vnus preſbiterorum de IIIIor ad hoc deputatus de mane ad horam ſextam uel quaſi poſt decurſum horarum miſſam de aſſumpcione beate virginis, vel ſecundum quod tempus coercuit, cum coadiutoribus ſolemniter incipiat et vſque ad ſecundum offertorium decantet, Sub qua miſſa vnam breuem collacionem de beata virgine ad populum faciat, miſſam poſt hanc per cantum concludendo, Applicantes nihilominus ad id officium in laudem virginis glorioſe duo altaria iam erecta et conſecrata in eccleſia parrochiali marie virginis in premſzlaw, vnum ante armarium eiuſdem eccleſie in honore Beati Magni martiris dedicatum, Alterum retro chorum in eadem eccleſia proprie in der bücht in honore beate virginis marie erectum et conſecratum, cum eorum fructibus et redditibus, Quorum collacio ſeu Iuſpatronatus ad nos rite pertinere dinoſcitur, cum augmentacione octo talentorum Brandeburgenſium denariorum, Sic quod ad quotlibet corpus altaris quatuor talenta in ſuſtentacionem duorum preſbiterorum horas iſtas decantancium ad priores redditus applicentur. Inſuper proconſul henningus kiritz Et Barbara, legitima Johannis dedelow, filia Tylemanni heghers, veri collatores altaris decem milium martirum et undecim milium virginum, altari mercatorum, der Kremer, in premſzlaw ſpeciali deuocione affeccionati pro ſe et ſuis heredi-

bus id altare cum ſuis redditibus iam confirmatis, cui nos eciam quatuor talenta brandeburgenſia apropriamus, vna cum iurepatronatus libere et ſponte ad id officium eciam pro vno preſbitero reſignarunt et reſignant de preſenti, Sic tamen quod iidem collatores cum ſuis veris et legitimis heredibus interim, quod de ſanguine eorum aliqui vixerint, et poſt eos mercatores ſupradicti ſupplicacionem ad diſpoſitores ſeu ordinatores officii beate virginis, qui infra explicantur, pro actu preſbitero, officium illud attemptare volenti, quociens vacauerit, libere facere habeant, et illis tunc conſenſus iſtorum diſpoſitorum, quando et quociens petierint, minime denegetur, Si aliquo modo dominus Mathias poleman preſbiter, ad ſeruicium beate virginis anhelans, Beneficium ſuum, quod actu poſſidet in Eccleſia ſancti Jacobi in premſzlaw in honore venerabilis ſacramenti corporis Chriſti et ſancti mathei Apoſtoli iam dudum conſecratum et confirmatum, per eum et per fideles ſuos coadiutores erectum et dotatum, cuius verus cum ſuis heredibus eſt patronus, cum addicione quatuor talentorum brandeburgenſium huic officio beate virginis marie adiacet et apropriat per preſentes, Supplicacionem tamen pro actu preſbitero pro ſe et ſuis heredibus, intrim quod in humanis degent, et quibus ſpes aſſenſus a diſpoſitoribus iſtius officii prebetur, habere voluerit ſemper ſaluam, ſicud immediate ſupra de collacione henninghi kiritz et barbare, vxoris dedelow, eſt expreſſum, Sic tamen quod iſta quatuor beneficia ſupradicta ſic pie et deuote ad huiuſmodi officium adiecta per officium beate virginis ſuis debitis ſeruiciis et officiis in fundacionibus et confirmacionibus ſuis prioribus expreſſis minime fruſtentur. Nos quoque proconſules et conſules ſupradicti nobis et noſtris ſucceſſoribus conſulibus ſupplicacionem huiuſmodi, quando altaria iſta duo per nos appoſita vacauerint, ſicud in antedictis modis de altaribus ſupra expreſſis, eodem modo prouide reſeruemus, Jus vero diſponendi officium beate virginis cum iſtis altaribus, ſic ut premittitur, applicatis de conſenſu prenominatorum verorum collatorum tranſmittimus et ad tres proconſules opidi premſzlaw et ad prouiſores eccleſie beate virginis preſentes et futuros libere tradimus per preſentes, Qui ita formam et modum diſponendi circa idem officium obſeruabunt, ut quando et quociens preſbiteri ad officium beate virginis commendati in horis decantandis et aliis officiis circa eadem altaria et officia neceſſaria neglientes ſeu alter eorum negliens fuerint, tociens eis per predictos diſpoſitores per vnum quartale anni antea reſignabitur et alio preſbitero non neglienti et ſic deinceps altare cum fructibus ſuis modo predicto ad officiandum committetur, Pariformiter preſbiteri uel alter iſtorum plenum facultatem reſignandi optinebunt, Iſti vero preſbiteri, quibus iſta duo altaria, que a domino mathia poleman et henningho kiritz ad officium beate virginis applicata, commendata fuerint, alternatis vicibus miſſam de domina noſtra ſabbatinis diebus ebdomadatim cantabunt, et infra miſſam, ut premiſſum eſt, populo ad diuina congregato vnam paruam collacionem pro recommendacione beate virginis faciunt, niſi alteri predicatori ſpecialiter de nouo fuerit prouiſum, Alteri vero duo preſbiteri, quibus altaria de collacione conſulatus fuerint commiſſa, huic preſbitero celebranti miſſam de domina noſtra de eius venerabili aſſumpcione cantando adiuuabunt et miſſam pro defunctis in ſecundis feriis alternatis vicibus cantando celebrabunt. Paternitati igitur veſtre humiliter ſupplicantes, quatenus auctoritate veſtra ordinaria antedictum officium glorioſe virginis marie cum ſuis attinenciis, ſic ut premittitur, et alios fructus ſeu redditus per nos ſeu per quoſcunque fideles adhuc deputandos Et cum ſtipendiis ſpiritualibus, ſcilicet quolibet die horis beate virginis et miſſe de domina noſtra et pro defunctis intereſſentibus et ſermonem in ſabbatis audientibus pro quibuslibet horum predictorum officiis XL dies indulgenciarum in domino dignemini ſalubriter confirmare, Premium inconſumptibile ab omnium bonorum largitore ſuaque genitrice virgine maria intercedente feliciter

receptantes. Datum premſzlaw, Anno domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, fferia ſecunda poſt palmarum, Conſulatus et domini mathie poleman et henninghi kiritz ſub ſigillis.

Et nos Henningus, dei gratia Epiſcopus Caminenſis, Supplicationibus preſatorum prouidorum virorum proconſulum et conſulum opidi premſzlow, domini Mathie poleman et Mathie (ſic) kiritzen ex radice caritatis tam dei quam proximi procedentibus inclinati, Nolentes huiuſmodi dotationem, aſſignationem, Juriſpatronatus reſeruationem et ordinationem ac omnia alia et ſingula in huiuſmodi litteris, quibus preſentes noſtre littere ſunt adnexe, contenta ſuo fruſtrari effectu, ſed quantum in nobis eſt, ea auctoritate ordinaria ratificamus, approbamus et in dei nomine confirmamus per preſentes, Inhibentes omnibus et ſingulis utriuſque ſexus criſtifidelibus ſub anathematis et maioris excommunicationis penis, ne quiſquam, cuiuſcunque condicionis, gradus, ordinis aut preeminentie dignitatisve fuerit, premiſſa infringere, aut eis auſu themerario contraire, uel impedimentum inferre, aut ea alienare, diſtrahere aut ad vſus prophanos reuocare audeat uel preſumat, quouis queſito colore aut occaſione quacunque, ſicuti preter has penas Indignationem dei omnipotentis, beatorum petri et pauli apoſtolorum eius et noſtram canonicam euitare voluerint vlcionem. Datum Corlin, Anno domini MCDLX, menſis maii die octaua, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo.

Et nos Henninghus, dei et Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus eccleſie Caminenſis, defectus in litteris fundacionum, quibus hec noſtre littere ſunt annexe, Noſtris prioribus litteris confirmatarum et euidenter roboratarum Videlicet erga Indulgenciarum elargicionem per obliuionem forſan vel aliter commiſſos et factos quoquomodo ſupplere, criſtifideles quoque ad pietatis opera exercenda Inducere volentes et benigne ductare, Vt per illa et omnia bona opera, que domino inſpirante fecerint, ad eterne felicitatis gaudia feliciter valeant peruenire, Omnibus igitur criſtifidelibus vtriuſque ſexus vere penitentibus, confeſſis, contritis ac propoſitum confitendi habentibus, Cum horis glorioſiſſime Marie virginis et de domina noſtra ac pro defunctis miſſis in litteris fundacionis predictis his noſtris, vt premittitur, annexis . . . . deſignatis ſiue deſcriptis interfuerint, easque et ſermonem in ſabbatinis diebus deuote audiuerint, necnon pro fundatoribus horarum et miſſarum pretactarum Ceteriſque aliis, qui ad hoc auxilium preſtiterunt aut adhuc preſtiterint, deuote et pie orauerint, Quocienſcunque et quandocunque premiſſa aut premiſſorum aliquid pie adimpleuerint, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum petri et pauli Apoſtolorum eius Auctoritate confiſi, Quadraginta dies Indulgenciarum de Iniunctis ſibi penitentiis In domino miſericorditer relaxamus, Preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Corlin, Anno domini MCDLXII°, die prima menſis octobris, vicariatus eccleſie noſtre Caminenſis, quo ad preſens vtimur, ſub ſigillo appenſo.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXXIII. Die Fiſchergilde zu Prenzlau präſentirt dem Biſchofe von Camin einen Altariſten, am 7. November 1462.

Venerabili in criſto patri ac domino, domino Henningo, Eccleſie Caminenſis epiſcopo, Aut eius vicario in ſpiritualibus generali Nicolaus weyglyn, Nicolaus hardenbeke, Johannes mewes, Nicolaus hane, Andreas dannenwold, Nicolaus ſchulte, magiſtri Gulde piſcatorum opidi prempſzlow, et ceteri fratres piſcatorum ibidem Obſequium debita cum obediencia Jugiter indefeſſum paternitati veſtre, cui ſemper ſeruire adoptamus. Ad altare fundatum, dotatum et conſecratum in honorem petri et pauli, Mathei, Jacobi, Thome, necnon Bartholomei apoſtolorum, ſitum in Capella Sancti ſpiritus intra muros predicti opidi prempſzlow per obitum domini Theobaldi poſzwalk, preſbiteri, vltimi poſſeſſoris, vacans, Cuius iuſpatronatus ad nos pleno iure dinoſcitur pertinere, Diſcretum Nicolaum Dalemer, veſtre dyoceſis clericum, per preſentes duximus preſentandum, Vna cum ipſo et pro ipſo ſupplicantes, Quatenus dictum altare cum ſuis iuribus, fructibus, attinenciis, obuencionibus ac prouentibus eidem Nicolao dignemini conferre pure propter deum et de canonica inſtitucione gracioſe prouidere ob humile ſeruicium ac deuotarum oracionum noſtrarum reſpectum ac eciam mercedem a largitore omnium feliciter recipientes viceuerſa. Datum prempſzlow, Anno domini M° CCCC° LXII, proxima dominica ante Martini. In cuius rei teſtimonium Nos predicti Magiſtri gulde piſcatorum cum conſenſu omnium fratrum Sigillum fraternitatis piſcatorum fecimus appendi. Datum ut ſupra.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchives.

CCCLXXXIV. Hans von Bredow, Hauptmann zu Boizenburg, verleiht in des Kurfürſten Namen die Feldmark Buchholtz als Leibgedinge einer Wittwe, am 4. Oktober 1474.

